The person charging this material is responsible for its return to the library from which it was withdrawn on or before the **Latest Date** stamped below.

Theft, mutilation, and underlining of books are reasons for disciplinary action and may result in dismissal from the University.

UNIVERSITY OF ILLINOIS LIBRARY AT URBANA-CHAMPAIGN

L161 — O-1096

LINNAEA.

Ein

Journal für die Botanik

in ihrem ganzen Umfange.

Fünfundzwanzigster Band.

Oder:

Beiträge

zur

Pflanzenkunde.

Neunter Band.

Herausgegeben

von

D. F. L. von Schlechtendal,

der Med., Chir. u. Philos. Dr., ordentl. Prof. an der Universität zu Halle und mehrerer gelehrten Gesellschaften Mitglied.

Mit zwei Tafeln Abbildungen.

Halle a. d. S. 1852.

gedruckt auf Kosten des Herausgebers.

In Commission bei C. A. Schwetschke und Sohn.

(M. Bruhn in Braunschweig.)

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Illinois Urbana-Champaign

http://www.archive.org/details/linnaea25schl

580.5
LI
v. 25

Inhalt.

Seite

Enumeratio plantarum novarum et rariorum, quas in Hispania australi regnoque Algarbiorum annis 1845 et 1846 legit auctor Mauritius Willkomm 1

Uebersicht untersuchter Pilze, besonders aus der Umgegend von Hoyerswerda. Von G. T. Preuss. (Fortsetzung von Linn. XXIV. p. 99—153.) 71

Fortsetzung 723

Ein kleiner Beitrag zur Entwickelung des Pollen. Bearbeitet nach selbstständigen Untersuchungen von Dr. Herm. Gieswald. (Hierzu Taf. I.) 81

Mykologisches von G. T. Preuss 158

Corollarium observationum in plantas hortenses Halae Saxonum a. MDCCCLII et jam prius cultas institutarum, a Schlechtendalio 162

Orchidiographische Beiträge, von H. G. Reichenbach fil. (Fortsetzung v. Linn. XXII. p. 859.) 225

Beiträge zur Flora von Texas. Von Adolf Scheele. (Fortsetzung v. Linn. XXIII. p. 139.) 254

Beiträge zur Flora von Dalmatien. Von Adolf Scheele . 266

Beiträge zu einer Flora der Aequinoctial-Gegenden der neuen Welt, von J. F. Klotzsch. Cassiniaceae C. H. Schultz Bip. Trib. Eupatoriaceae; Stevia Cav., auct. C. H. Schultz Bip. 268

Hortorum botanicorum plantae novae et adnotationes in seminum indicibus et adversariis dispositae. Ann. MDCCCLI.

Hortus Berolinensis 293

Hortus Erlangensis 302

Hortus Gratianopolitanus 303

Hortus Halensis 305

Hortus Hamburgensis 306

Hortus Heidelbergensis 316

Hortus Vindobonensis 317

Hortus Wirceburgensis 319

Bemerkungen über die Gattung Heterocentron. Vom Herausgeber 324

298103

Seite

Beitrag zur Flora der Insel Portorico 333
Hampe et Gottsche Expositio Hepaticarum Portoricensium, quas collegit Schwaneke, hortulanus . . . 337
Musci frondosi Portoricenses, quos Schwaneke, hortul. collegit et Hampe examinavit 359
Fungi Portoricenses, quos Schwaneke, hortul. coll. et cl. Dr. Klotzsch examinavit 364

Diagnoses et descriptiones plantarum novarum, quas in Nova Hollandia australi praecipue in regionibus interioribus detexit et investigavit Ferd. Müller, Dr. 367

Verbenarum VI. hortensium fructus describit D. F. L. de Schlechtendal 446

Plantae Muellerianae. Beitrag zur Flora Südaustraliens, aus den Sammlungen des Dr. Ferd. Müller 449
Compositae, auctore Sonder 450
Algae, auctore Sonder 659
Characeae, auctore A. Braun 704
Lichenes, determinavit E. Hampe 709
Musci, determ. E. Hampe 713
Polypodiaceae et reliquae Filices cum Lycopodiaceis et Salviniaceis, determ. F. Müller et Sonder . . . 716
Marsiliaceae, auctore A. Braun 721
Isoëteae, auctore A. Braun 722

Holcus spicatus L. Ein kritischer Versuch von D. F. L. von Schlechtendal 531

Plantae quaedam itinerantium sub numeris communictae ex speciminibus authenticis aut certissimis herbarii Candolleani determinatae, adjunctis passim notationibus et descriptionibus; ab Alph. DeCandolle 570

Beiträge zur Kenntniss der Euphorbiaceen, von Adolf Scheele 580

Cycadis Rumphii stirps femina. Adumbravit F. A. Miquel. (Cum tab. II.) 589

Observationes quaedam de plantis, quas in itinere alpino a. 1851 suscepto legerunt A. Grisebach et H. Schenk . . 593

Animadversiones quaedam in Callisiae genus, auctore D. F. L. de Schlechtendal 612

Beiträge zur Entwickelungsgeschichte des Pistills. Inaugural-Dissertation von Franz Buchenau aus Kassel . . . 622

Species aliquot novas Valdivianas a domino W. Lechler collectas, proposuit F. A. Guil. Miquel 650

Dodonaeae confertae descriptio, auctore D. F. L. de Schlechtendal 655

Plantae Wageneriana Columbicae.
Algae, auctore Sonder 743
Lichenes 744
Musci frondosi, auctore C. Müller 744
Cryptogamae vasculares ex rec. beati Kunze . . . 745

Register der Pflanzen-Namen 751

Enumeratio plantarum novarum et rariorum, quas in Hispania australi regnoque Algarbiorum annis 1845 et 1846 legit

auctor

Mauritius Willkomm.

Plantae in hoc loco enumeratae a me in itinere per Boeticam, regnum Algarbiorum et Catalauniam inde a calendis Juniis 1845 usque ad idus Apriles 1846 sumptibus cl. Rudolphi de Roemer, Dresdensis, suscepto collectae atque ex parte annis 1849 et 1850 in diario „Botanische Zeitung" jam publicatae sunt.

Thalamiflorae.

1. **Sarcocapnos enneaphylla** DC. var. *monstrosa, ecalcarata.* (*Aplectrocapnos boetica* Boiss. secundum cl. de Roemer in Bot. Zeit. 1848. p. 9.) Pl. exs. ann. 1846. n. 1255. suppl.

Legi in Monte Serrato Catalauniae d. 15. Apr. 1846 cum floribus fructibusque, ubi in fissuris parietum monasterii abundat. Specimina mea saepe flores calcaratos ut *S. enneaphylla, genuina*, atque *ecalcaratos* simul ferunt, quamobrem

cl. de Roemer *Aplectrocapnon boeticam* nil nisi monstrositatem *Sarcocapni enneaphyllae* esse putavit. Sed specimina nuperrime (1851) a cl. Bourgeau in regno Granatensi lecta et a cl. Boissier determinata speciem a forma mea *S. enneaphyllae* monstrosa distinctam constituunt.

2. Platycapnos saxicola Willk. in Bot. Zeit. 1848. p. 367. Pl. exs. ann. 1845. n. 1247.

Legi d. 15. Jul. 1845 in monte jurassico-calcareo la Sagra Sierra, ubi in declivibus boreali-occidentalibus arena mobili glareaque tectis ad nivem deliquescentem et alt. circ. 7000′ in consortio *Crepidis pygmaeae* L. abundat, cum floribus fructibus juvenilibus.

3. Sisymbrium erysimoides Desf. Fl. Atl. t. 158. (*S. rigidulum* Lag.! in herb. reg. Madr. et in Nov. gen. et sp. n. 260. — *S. nitidum* Zea ex Webb et Berth. Phyt. Canar. — *Pachypodium erysimoides* Webb Berth. Canar.) Pl. exs. ann. 1845. n. 1074.

Legi d. 15. Junii 1845 in solo arenoso humido umbroso cavernae cujusdam in latere meridionali montis dolomitici Sierra de Lujar sitae ad alt. c. 2500′ cum flor. et fruct. Specimina possideo prope oppidum Antequera a cl. Prolongo atque in promontorio Cabo de Gata a cl. Clemente lecta.

Variat foliis latis, lobis obtusis repandis (forma umbrosa), et foliis angustis, lobis acutiusculis dentatis (forma aprica a cl. Desfontaines figurata.)

Pendulina,

novum *Cruciferarum* genus e tribu *Brassicearum*.

(*Diplotaxeos* species e sectione *Catocarpum* DC. Syst. natur. II. p. 629.)

Char. gen. Calyx basi aequalis. Petala integra unguiculata. Stamina libera edentula membranacea compressa.

Stigma discoideum bilobum ob stylum brevissimum ad apicem siliquae *subsessile*. Siliqua pedunculo filiformi tenerrimo insidens *pendula*, plerumque pedicellata, linearis, a dorso compressa. Valvae planiusculae nervo medio unico venisque anastomosantibus instructae. Semina parva pendula biserialia ovalia exalata. Cotyledones ovales nec truncatae nec emarginatae nec bilobae, conduplicatae radiculam acute prominentem amplectentes. — Herbae annuae vel perennes, omnes, ut videtur, halophilae, regionem mediterraneam maxime austro-occidentalem inhabitantes, basi foliosae et saepe ramosissimae, ceterum nudiusculae, ob flores in racemos laxissimos graciles dispositos siliquasque pendulas habitum singularem praebentes eamque ob causam genus naturalissimum constituentes.

Differt ab omnibus Brassiceis siliquis pendulis, a ceteris *Diplotaxeos* speciebus (sectionem *Anocarpum* cl. De Candolle l. c. vel sectiones *Brassicaria*, *Sisymbriastrum* et *Erucastrum* cl. Florae francogallicae auctorum constituentibus) stigmate subsessili (stylo subdeficiente nec unquam conico vel filiformi compresso), filamentis subalatis, siliquis pendulis in omnibus fere speciebus longe pedicellatis.

Species, ut videtur, quinque distinguendae sunt, nempe:

Pendulina Lagascae Willk. (*Sisymbrium pendulum* Lagasca! in herb. reg. Madr. et Boutelouano. — *Diplotaxis Lagascana* DC. syst. nat. II. 629. — *Brassica pendula* Boiss. Voy. Esp. p. 35., synonymo Fontanesiano excluso.)

Hab. locis humidis saxosis et arenosis salsuginosis circa Alicante, Murcia, Cuevas-Overa etc. ubi hucusque nonnisi a cl. Lagasca et Clemente lecta est. Planta annua.

Pendulina hispida Willk. (*Sinapis Hara* Forsk. ex DC. syst. nat. 630. — *Sisymbrium hispidum* Vahl Symb. II. 77. *Diplotaxis hispida* DC. l. c.)

Hab. in Aegypto circa Kahiram sec. Forskål atque prope Damascum in Dgebel-cher sec. Labillardière (forma glabra) et ex Webb (it. hispan. 73.) „in rupibus maritimis prope Lucentum (Alicante?). Planta ex DC. l. c. annua.

Obs. Quum cl. Webb l. c. *Diplotax. crassifoliam* DC. et *D. pendulam* DC. cum *D. hispida* sua conjungit, dubito, quin planta a cl. Webb prope *Lucentum* lecta vera sit *D. hispida* DC. Haec enim ex descriptione quidem et a *D. pendula* et a *D. crassifolia* valde recedit.

Pendulina Fontanesii Willk. (*Sisymbrium pendulum* Desf. Fl. atl. t. 156. — *Diplotaxis pendula* DC. l. c. p. 630.)

Hab. sec. cl. Desfontaines in Africae borealis arenosis prope Cafsam, ubi hieme decedente floret. Planta e descriptione sine dubio perennis. Anno 1851 in Hispania legit cl. Bourgeau.

Obs. Nomen specificum *pendulum* supprimendum est, quod siliqua pendula characterem genericum constitnit. Haec species a *P. Lagascae*, quacum cl. Boissier l. c. eam jungit, ex icone atque ex descriptione distinctissima est.

Pendulina crassifolia Willk. (*Sinapis crassifolia* Raf. *Diplotaxis crassifolia* DC. l. c.)

Hab. in Siciliae gypsaceis circa S. Cataldo et Delia sec. Rafin. et Schouw.

His quatuor speciebus bene distinctis (cf. descriptiones apud DC. syst. nat. l. c.) species adhuc nova addenda est, nempe:

4. Pendulina intricata Willk. (*Diplotaxis Lagascana* Willk. in „die Strand- und Steppengebiete d. iber. Halbinsel" p. 102., non DC. nec *Sisymbrium pendulum* Lag. nec *Brassica pendula* Boiss.) Pl. exs. a. 1845. n. 1260.

Perennis, rhizomate sublignoso, caule inde a basi ramosissimo, hispido-setoso; ramis inordinate ramosis intricatis inferne foliosis, superne nudis, glabris; foliis angustis carnosis glaucis, obtusissimis, inferioribus spathulato-linearibus, margine utroque lobulum linearem obtusum gerentibus, summis anguste-linearibus, integerrimis, omnibus margine et praecipue apice et folii et lobulorum lateralium setas albas paucas gerentibus; floribus parvis, petalis calyce paulo longioribus ovalibus in unguiculum attenuatis; siliquis in racemos satis longos laxos dispositis, in pedunculo patulo-recurvato pendulis, longiuscule pedicellatis, seminibus numerosis parvis rufis.

Hab. in arenosis humidis salsuginosis in valle fluvii Almanzora inter oppida Huescal-Overa et Cuevas-Overa atque prope Cuevas ad viam quae ducit ad opp. Purchena, in gypsaceis, ubi d. 20. et 22. Julii 1845 florentem fructiferamque legi.

Planta pedalis et ultra, pallida glauca, caespites grandes intricatos fragiles formans. Folia inferiora $1\,^1/_2 - 2$ poll. par. longa, 2 lin. lata, superiora angustiora et breviora, omnia dorso nervo medio albo instructa. Racemi fructigeri semipedales gracillimi cernui. Pedunculi ante anthesin erecti, sepala aequantes, sub anthesi patentissimi calyce longiores virides, post anthesin patulo-recurvati 5 — 6‴ longi, violacei. Sepala oblonga obtusissima patulo-hirsuta. Petala flava. Filamenta compressa subalata albida. Antherae sagittatae flavae. Siliqua 10 lin. usque ad $1\,^1/_2$ poll. par. longa, $^3/_4$ lin. lata, ad semina subtorulosa. Semina $^1/_3$‴ longa.

Species proxima, ut videtur, *P. crassifoliae* et *hispidae*. *P. crassifolia* differt (e descriptione Candolleana) caulibus 3 — 4-pedalibus ramis lateralibus brevibus; foliis arutis, inferioribus oblongis, basi longe cuneato-attenuatis, inciso-lobatis, lobulis utrinque 3 — 4, mediis oblongo-linearibus

dentatis; calyce extus villoso-velutino; petalis calyce duplo-longioribus; siliquis brevioribus. *P. hispida* (e descriptione Candolleana) radice annua, foliis membranaceis, pollicem latis, grosse dentatis, caule humiliore nec intricato-ramoso a nostra distinctus est. *P. Lagascae*, quam plantam meam esse e loco natali et diagnosi valde incompleta in Prodromi tom. I. p. 221. data opinatus sum, differt a specie mea secundum specimen originale a cl. Clemente lectam, quod nuper accepi, radice annua parva, caule vix pedali parce ramoso tenero, foliis fere omnibus radicalibus membranaceis lanceolatis pinnatifidis, lobis integris obtusis; floribus majoribus, petalis calyce duplo longioribus obovato-cuneatis; pedunculis fructiferis reflexis viridibus, siliquis lineam latis, totoque habitu, qui *Diplotax. viminalem* refert. Ab hac specie *P. Fontanesii* ex icone citata et descriptione Candolleana radice verosimiliter perenni, caule multo robustiore 1 — 2-pedali, foliis utrinque margineque setulosis, lobis acute-dentatis, siliquis brevioribus latioribusque etc. distincta est.

5. **Moricandia Ramburei** Webb it. hisp. p. 73. (*Brassica moricandioides* Boiss. voy. p. 34. t. 8.)

Legi d. 21. Aug. 1845 in declivibus argillosis inter pagum Campillos de Arenas et vallem fluvii Rio de Jaen cum floribus fructibusque.

6. **Sinapis hispida** Schousb. DC. syst. nat. II. p. 621. — Pl. exs. a. 1846. n. 1370.

Abundat sub dumetis juxta castellum prope opp. Ayamonte ad ostia flum. Guadiana, ubi d. 26. Jan. 1846 cum floribus fructibusque nondum maturis legi. Antea in Europa nondum lecta erat.

Corynelobos,

novum *Cruciferarum* genus e tribu *Brassicearum*,
auctore cl. Rudolpho de Roemer.

Char. gen. Calyx subbisaccatus patens. Petala integra longe unguiculata. Stamina edentula non alata. Stigma discoideum stylum brevissimum terminans. Siliqua teretiuscula, valvis nervo medio validiore duobusque lateralibus tenuibus instructis, rostrata. Rostrum 3‴ longum, siliqua crassius, clavatum, circulo albido impositum, articulatim a siliqua matura secedens, monospermum (semine plerumque abortiente), media parte seminifera toruloso-strangulatum, venosum, stylo sessili coronatum. Semina rufescentia ovata laevia. Cotyledones conduplicatae.

Genus dictum ex *κορύνη*, clava et *λοβός*, appendix, affine quidem *Sinapi*, sed et ab ea et a ceteris *Brassicearum* generibus structura rostri valde discrepat. Species huncusque unica:

7. Corynelobos boeticus de Roem. herb. — Pl. exs. a. 1845. n. 971.

Hab. prope Malacam in Sierra de Mijas in dumetis lateris orientalis supra pagum Churriana raro, ubi d. 3. Junii 1845 pauca specimina cum floribus fructibusque legi.

„Planta biennis, 1—2-pedalis, glaberrima, ramosa. Radix longa, tenuis, albescens. Folia radicalia 2-pollicaria, longe petiolata, lyrata, denticulata, lobo ultimo ovato-lanceolato $^1/_2$-pollicari obtuso, infimis (1 — 2) angustis brevibus in petiolum decurrentibus. Folia caulina pauca, lanceolata, obtusa, summa linearia. Racemi laxi. Pedunculi calycis longitudine. Sepala glabra, obtusa, pallide flavescentia. Petalorum limbus lineari-oblongus luteus (in sicco albescens).

Siliquae pollicares, in pedunculis 2‴ longis patentibus crassiusculis positae, arrectae, strictae." (Nota communicata a cl. de Roemer.)

8. **Vella spinosa** Boiss. Voy. Esp. p. 41. t. 10. — Pl. exs. a. 1845. n. 1018.

Legi d. 9. Junii 1845 in monte Sierra Tejeda, ubi cl. Boissier hanc plantam eximiam primus detexit, postea d. 15. ejusdem mensis in summo jugo montis dolomitici Sierra de Lujar, d. 25. in Sierrae Nevadae cacumine dolomitico el Dornajo. Observavi etiam hanc speciem in summo jugo montis jurassico-calcarei Sierra de Maria atque in latere meridionali montis la Sagra. Planta calcarea regionem alpinam (zonam inter 5500 — 7000′ sitam) incolans. Ante me non nisi in Sierra Tejeda, Sierra de Gador et Sierra Nevada reperta erat.

9. **Alyssum Willkommii** de Roem. ined.

Legi mense exeunte Januario 1846 in collibus arenosis siccis prope oppidum Ayamonte c. flor. et fruct.

„Abbreviatum, incanescens, fere argenteum, humile, divergenti-ramosissimum, floribus flavis, exsiccando non albescentibus. Habitu omnino *A. minimum* W. refert, sed siliculae majores, pilis stellatis tectae, flores flavi, calyces persistentes. Stamina tetradynama exappendiculata, igitur *Psilonema*." (Nota communicata a cl. de Roemer.) Plantula ramis 1 — 3-pollicaribus, foliis numerosis subimbricatis anguste-lanceolatis, supra albo-pilosis, subtus pilis stellatis densissimis argenteis. Silicula leviter emarginata, 1 ½‴ lata.

10. **Ptilotrichum longicaule** Boiss. Voy. Esp. p. 47. t. 11.

Legi d. 12. Jul. 1845 in monte Sierra de Maria.

11. **Draba hispanica** Boiss. Voy. Esp. p. 48. t. 13a.

Legi d. 15. Jun. 1845 in summo jugo montis Sierra de Lujar et d. 2. Jul. in cacumine Sierra de Jarana prope Granatam.

12. **Iberis contracta** Pers. Boiss. l. c. suppl. p. 719. — Pl. exs. a. 1845. n. 955.

Abundat in glareosis calcareis supra pagum Churriana prope Malaga atque in monte Sierra de Huetor prope Granada, ubi d. 3. Junii et 8. Julii 1845 florentem fructigeramque legi.

13. **Cleome violacea** L. — Pl. exs. a. 1845. n. 940.

Legi hanc plantam pulcherrimam, antea non nisi in Lusitaniae arenosis et circa Malacam monteque Sierra de Contraviera observatam, prope Malacam, prope Yunquera in tractu Serrania de Ronda, in vineis inter Velez-Malaga et Canillas de Aceytuno, circa Ayamonte atque in arenosis Sierrae Morenae, ubi praecipue in planitie alta granitica los Pedroches dicta circa pagos abundat, v. c. circa el Viso de los Pedroches. Floret, ut videtur, toto anno.

14. **Helianthemum dichroum** Kunze in Flora 1846. p. 633. Pl. exs. a. 1845. n. 1078.

Legi d. 15. Junii 1845 in glareosis summi jugi montis Sierra de Lujar, ubi rarissimum est, ad alt. circ. 6000′ cum floribus.

15. **Helianthemum viscidulum** Boiss. voy. Esp. p. 66. t. 15. — Pl. exs. a. 1845. n. 1092.

Hab. satis frequens in arenosis calcareis montis Sierra de las Almijarras in valle inter pagos Gnajar Faraguit et Gnajar alto, ubi d. 16. Junii 1845 cum floribus legi. A cl. Boissier in Sierra Tejeda et Serrania de Ronda detectum est.

16. **Helianthemum piliferum** Boiss. l. c. p. 69. t. 17. — Pl. exs. a. 1845. n. 1132.

Legi d. 21. Jun. 1845 in cacumine Dornajo in Sierra Nevada et d. 1. Jul. in rupestribus montis Sierra de Alfacar cum flor.

17. **Viola Willkommii** de Roem. ined. — Pl. exs. a. 1846. n. 1421.

Hab. copiose in fissuris rupium muscosis atque sub dumetis umbrosis in latere septentrionali Montis Serrati Catalauniae, ubi d. 14. Apr. 1846 florentem legi.

„Glabra, caule adscendente basi ramoso, foliis cordato-ovatis, crenatis, apice obtusis; stipulis inferioribus scariosis, superioribus herbaceis lanceolatis acuminatis integris, inferioribus ad basin raro fimbriato-dentatis petiolum aequantibus, in superiore caulis parte eum superantibus; sepalis tribus majoribus (ut in *V. mirabili*), calcare lato obtuso apice subadunco, capsula acuta, seminibus . . . . . ." (Nota communicata a cl. de Roemer.)

Species floribus speciosis pulchre violaceis praedita affinis *V. mirabili* L., a qua differt foliis cordato-ovatis obtusis nec cordato-reniformibus breviter acuminatis, multo minoribus, caulibus glaberrimis nec linea pilosa notatis, floribus majoribus violaceis nec pallide coeruleis, vix odoratis, et calcare multo latiore sacciformi.

18. **Reseda Gayana** Boiss. Voy. Esp. p. 76. t. 21. — Pl. exs. a. 1845. n. 1099 et 1220.

Legi d. 17. Junii 1845 in monte Sierra de las Almijarras, ubi in fissuris rupium calcarearum ad alt. 3 — 4000′ raro habitat, cum floribus, et d. 12. Jul. in glareosis lateris borealis montis Sierra de Maria cum fructibus. Antea non nisi in Serrania de Ronda reperta erat.

19. **Reseda lanceolata** Lag. nov. gen. et sp. n. 220. Boiss. l. c. p. 74. t. 19. — Pl. exs. a. 1845. n. 1070.

Legi d. 11. Junii 1845 in rupestribus prope pagum Frigiliana ad radices Sierrae Tejedae, d. 12. Jun. in montibus inter Nerja et Almuñeres, d. 15. Jun. in segetibus collium inter opp. Motril et radices Sierrae de Lujar, ubi abundat, d. 16. Jun. in glareosis loco Cuesta de la Cebada prope opp. Velez de Benandalla, cum flor. et fruct.

20. **Polygala Boissieri** Cosson Notes sur qu. pl. nouv. crit. Esp. III. (1850.) p. 100. (*P. rosea* Boiss. voy. Esp. p. 81. non Desf.) Pl. exs. a. 1845. n. 1127.

Speciem a cl. Boissier in Sierra Nevada detectam et nuperrime (Junio 1850) a cl. Bourgeau in Sierra de Alcaraz repertam ego multis regni Granatensis locis legi et observavi, v. c. in tota fere regione montana Sierrae Nevadae (d. 24. Junii 1845 c. flor.), in dumetis montium Sierra de Alfacar et Sierra de Jarana pr. Granatam (d. 1. et 2. Jul. c. flor.), in monte Sierra de Filabres provinciae Almeriensis (d. 23. Jul. c. flor.). Post me anno 1848 cl. Funk legit plantam, cujus varietatem albifloram in Sierra Nevada hinc inde observavi, in Sierra Nevada atque in valle fluvii Anchurón prope el Molinillo.

21. **Frankenia revoluta** Forsk. (*Fr. corymbosa* Desf. Fl. atl. t. 93.) Pl. exs. a. 1845. n. 1087.

Abundat in collibus aridis salsis prope opp. Motril ad viam, quae ducit ad opp. Velez de Benandalla, ubi d. 16. Junii florentem legi.

22. **Dianthus crassipes** de Roemer ined. — Pl. exs. a. 1845. n. 1318.

Hab. in Sierra Morena orientali locis apricis dumosis et rupestribus formationis grauwackanae, hinc inde abundanter, v. c. inter pagos San Esteban del Puerto et Alden quemada, ubi d. 28. Aug. jam fere defloratum et foliis exsiccatis legi.

E sectione Armeriastrum. „Perennis, caulibus 1 — 2-pedalibus, teretibus, puberulis; caudice foliorum emortuorum (pallidorum) basibus tunicato; foliis linearibus, acutis, 5 — 7-nerviis, undique scabriusculis, caulinis internodio brevioribus, basi latitudine laminae vaginantibus; capitulis 1 — 3 (lateralibus et terminalibus), densissime 20 — 30-floris, bracteis ovato-lanceolatis, cuspidatis; squamis calycinis 4, ovatis, sensim cuspidatis, pallidis, anguste scariose-marginatis, cuspidibus purpurascentibus, dimidiam longitudinem tubi calycis aequantibus vel paulo superantibus; calycis striati uncialis dentibus cuspidatis, rubentibus; unguibus petalorum calycem aequantibus, laminis roseo-purpurascentibus, ovatis, antice serratis; capsulae maturae dentibus obtusiusculis revolutis, seminibus brunneis glabris alatis." (Nota communicata a cl. de Roemer.)

Species maxime affinis *D. liburnico* Bartl. Wendl. (cf. Gren. et Godr. Flore de France I. p. 231.), qui differt bracteis oblongis subito in mucronem herbaceum contractis, squamis calycinis subaequalibus tubo aequilongis, petalis fauce glabris, caulibus tetragonis. Capitula similia eis *D. calocephali* Boiss. diagn. pl. orient. nov. VI. 23.; qui caule caesio, vaginis folii latitudine quadruplo longioribus, squamis calycinis 6 calyce triplo brevioribus, lamina petalorum apice obtuse denticulata etc. a specie Roemeriana bene distinctus est.

23. **Dianthus brachyanthus** Boiss. Voy. Esp. p. 85. t. 24. — Pl. exs. a. 1845. n. 188. suppl.

Speciem inde a montibus Asturiarum per totam Hispaniam centralem et meridionalem distributam, legi in montibus Sierra de Alfacar et Sierra de Jarana prope Granatam (d. 1. et 2. Jul. c. flor.), Sierra de Maria (d. 12. Jul. c. flor.) et Sierra de Filabres (d. 23. Jul. c. fruct.). Antea, quoad

Hispaniam meridionalem, non nisi in Sierra Nevada et Sierra Tejeda observata erat, ubi ego etiam eam reperi.

24. **Dianthus serrulatus** Desf. var. *grandiflorus* Boiss. l. c. 84. t. 23. — Fl. exs. a. 1845. n. 1292.

Hab. frequens in monte calcareo Sierra de Elvira prope Granatam in latere septentrionali ad alt. 2 — 3000′, ubi d. 14. Aug. florentem legi.

Obs. Forma luxurians foliis caulinis elongatis, caulibus plerumque ramosis.

25. **Silene Agrostemma** Boiss. Reut. diagn. pl. nov. Hisp. n. 10.

Legi d. 1. Jul. 1845 in graminosis montis Sierra de Alfacar.

26. **Silene Boryi** Voy. Esp. p. 94. t. 25. A. — Pl. exs. a. 1845. n. 225. suppl.

Legi d. 12. Jul. in summo jugo montis calcarei Sierra de Maria. Antea non nisi in Sierra Nevada observata erat.

27. **Silene hirsuta** Lag. Cf. Boiss. l. c. p. 88. — Pl. exs. a. 1845. n. 934.

Legi prope urbem Malaga in collibus aridis ad viam, quae ducit ad oppidum Ronda (d. 30. Maj. c. flor.), in graminosis ad vinearum margines inter Velez-Malaga et Canillas de Aceytuno (d. 8. Jun. c. flor.), in graminosis inter Canillas et Salares (d. 11. Jun. c. flor.).

28. **Silene Boissieri** Gay apud Cosson not. II. (1846.) p. 32. (*S. ramosissima* Boiss. l. c. p. 93. t. 26. non Desf.) Pl. exs. a. 1845. n. 1093.

Legi in monte Sierra de las Almijarras in arenosis regionis montanae in valle inter Guajar Faraguit et Guajar alto d. 16. Junii c. flor. et fruct. mat.

29. **Buffonia perennis** Pourr. Cf. descript. cl. Gay

apud Gren. Godr. Flore de Fr. I. p. 249. — Pl. exs. a. 1845. n. 1324.

Hab. abundanter in Sierra Morena in declivibus schistosis aridis ad viam regiam inter Venta de Cardenas et Puerto de Despeñaperros, ubi d. 29. Aug. c. flor. et fruct. legi.

Obs. Sepala etiam in hac specie inaequalia. A *B. macropetala* mihi toto coelo abhorret. Cf. Flora od. bot. Zeit. 1851. p. 606.

30. **Mochringia intricata** Willk. (*Stellaria Willkommii* de Roemer ined. *Arenaria intricata* Gay? ined.) Pl. exs. a. 1845. n. 1214.

Hab. copiose in cavis rupium calcarearum in declivitate septentrionali montis Sierra de Maria ad alt. circ. 4500—5000′, ubi d. 12. Jul. anni 1845 eam primus legi cum floribus fructibusque. Eodem loco eodemque mense cl. Funk hanc speciem eximiam legit a. 1848. Cl. Gay Parisiis specimina a cl. Bourgeau aestate anni 1850 (an 1849?) in monte Sierra Sejura lecta mihi demonstravit, quae plantae meae valde similia erant. Cl. Gay illi speciei nomen *Arenariae intricatae* imposuerat, sed planta mea ob semina strophiolata ad genus *Mochringia* referenda est.

„Radice perenni, caudice suffrutescente, ramosissimo, glabro; caulículis 3 — 6-uncialibus (in sicco striatis), foliis spathulato-lanceolatis, obtusis aut brevissime apiculatis, in petiolum attenuatis, coriaceis vel carnosis, rugulosis (in sicco), pedunculis gracilibus racemosis, in medio pedicellorum $^1/_2$ — 1-uncialium et in ramificationibus bracteis ovato-lanceolatis, acutis, uninerviis, margine albescentibus; petalis 5 ovato-lanceolatis, sepala duplo superantibus, staminibus ....., ovario globoso, capsula globosa 6-valvi, calycem non excedente; seminibus maturis brunneis, opacis, tuberculato-exasperatis."

„Proxima *Stellariae Saxifragae* Bertol, a qua differt: foliis plerumque carnosis, spathulato-lanceolatis, obtusis (nec ovatis acutis sessilibus), glabritie, floribus globosis, sepalis glaberrimis, brevioribus, albo-marginatis, capsula globosa. Foliorum forma quodammodo refert *Stellar. muralem* Link." (Nota communicata a cl. de Roemer.)

Obs. Planta intricatissima, fragilissima, caespites densos formans, foliis junioribus membranaceis viridibus, adultioribus carnosis glaucis.

31. Arenaria Armeriastrum *γ. caesia* Boiss. Voy. Esp. p. 102. — Pl. exs. a. 1845. n. 239. suppl.

Legi d. 1. Julii in glareosis regionis montanae Sierrae de Alfacar, ubi abundat, cum floribus.

32. Arenaria tomentosa Willk.

Perennis, multicaulis, caespitosa, caesio-tomentosa; cauliculis 1—2 poll. par. longis, simplicibus vel patulo-ramosis; foliis parvis, squamaeformibus, obtusissimis, recurvis, venosis, nervo valido marginatis, approximatis, subimbricatis, quadrifariam dispositis; floribus ad apicem cauliculorum ramulorumque aggregatis (aliis capitatis, aliis sub capitulo solitariis, axillaribus, sessilibus); sepalis strictis, lanceolato-acutatis, concavis, obtusis, basi carinatis, ceterum enerviis; petalis calyce paulo longioribus, spathulatis, in unguem longe attenuatis; staminibus calycem subaequantibus, stylis tribus; capsula calyce multo breviore, seminibus parvis, reniformibus, laevibus, rufis.

Hab. in calcareis aridis subsalsis ad viam regiam inter pagos las Vertientes et Chirivel in provincia Almeriensi ad alt. circ. 3500′, ubi d. 11. Julii 1845 unicum specimen legi.

Species habitu insignis caespites parvos densos formans, ob pilos crispos albos caules, folia sepalaque obtegentes caesio-

tomentosa. Affinis *A. Armeriastrum β. frigida* Boiss., *A. racemosa* Willk. (Bot. Zeit. 1847. p. 239.) et *A. aggregata* Lois., a quibus primo intuitu indumento, foliorum forma, dispositione florum etc. facile distinguitur.

33. **Arenaria emarginata** Brot. Flor. lus. II. p. 202. — Pl. exs. a. 1846. n. 1378.

Hab. raro in arenosis inter Asphodelos prope oppidum Faro in Algarbiis, ad viam quae ducit ad opp. Tacira, ubi d. 3. Febr. cum floribus fructibusque legi. Jam anno praecedente pauca specimina minima in pinetis prope Chiclana ad sinum gaditanum (d. 19. Mart. 1845) legi.

Obs. Species affinis *A. modestae* Duf. sed distinctissima. Plantula annua 1—2-pollicaris, apice subdichotome ramosa vel etiam simplex, superne pilis glanduliferis viscosis tecta. Folia elongata, linearia, filiformia, obtusa, subcarnosa, enervia, in vivo patentissima. Flores solitarii. Sepala oblonga, obtusissima, enervia, glanduloso-pilosa. Petala calyce breviora, cuneata, emarginata, carnea. Stamina petalis dimidio breviora. Styli 3. Capsula 6-dentata, calycem aequans. Semina reniformia, tuberculata nigra.

34. **Arenaria modesta** Duf. Cf. Boiss. voy. Esp. p. 99. — Pl. exs. a. 1845. n. 1025.

Legi d. 9. Junii in monte Sierra Tejeda, d. 15. Jun. in Sierra de Lujar. Hab. in arenosis ad alt. 6—7000′.

35. **Cerastium Boissieri** Gren. Boiss. l. c. p. 723. (*C. repens* Boiss. l. c. p. 106. non L.) Pl. exs. a. 1845. n. 227. suppl.

Speciem a cl. Haenseler et Prolongo prope Alhaurin el grande in prov. Malacitana primum lectam, deinde a cl. Boissier in Serrania de Ronda, Sierra Tejeda et Sierra Nevada repertam legi aestate 1844 in Sierra Nevada, anno

1845 in Sierra Tejeda (d. 9. Junii c. flor.), in Sierra de Lujar (d. 15. Junii c. flor.), in Sierra de Jarana (d. 2. Jul. c. flor. defl.) et in Sierra de Maria (d. 12. Jul. c. fruct.). Hab. in arenosis glareosisque calcareis et dolomiticis ad alt. 3000 — 9000′.

36. **Hypericum ericoides** L. — Pl. exs. a. 1845. n. 1218.

Abundat in fissuris rupium montis jurassico-calcarei Muela de Montalbiche pr. Velez-Blanco ad alt. 2 — 4000′, ubi d. 19. Jul. florentem legi. Etiam in Sierra de Maria.

37. **Hypericum humifusum** L. var. *australe* Willk. — Pl. exs. a. 1845. n. 1335.

Hab. in Sierra Morena locis argillosis humidis atque ad ripas rivulorum passim, v. c. Villanueva de Cordova et Fuencaliente, ubi d. 6. Sept. cum floribus fructibusque legi.

Differt a specie statura multo majore (caulibus semipedalibus et ultra), foliis etiam inferioribus pellucido-punctatis, sepalis glanduloso-dentatis. Specimina a me in Cantabria lecta (Pl. exs. 1850. n. 197.) formam intermediam inter hanc et formam borealem constituunt.

38. **Hypericum tomentosum** L. var. *dissitiflorum* de Roemer. Pl. exs. a. 1845. n. 1178 b.

Hab. in Sierrae Morenae vallibus inter pagos S. Esteban del puerto et Aldea quemada, ubi d. 28. Aug. florentem legi.

„Differt a forma normali pedunculis elongatis, floribus rariis longe distantibus." (Nota communicata a cl. de Roemer.)

39. **Hypericum undulatum** Schousb. Cf. Boiss. voy. Esp. p. 724. — Pl. exs. a. 1845. n. 1341.

Hab. in Sierrae Morenae vallibus profundioribus ad rivorum margines, v. c. in Barranco hondo inter Venta de Cardenas et Aldea quemada, ubi d. 29. Aug. cum floribus fructibusque legi.

40. **Erodium supracanum** W. — Pl. exs. a. 1846. n. 1429.

Hab. copiose in fissuris rupium Montis Serrati Catalauniae inde a media montis altitudine usque ad summa cacumina, ubi d. 15. Apr. absque floribus legi.

41. **Erodium trichomanaefolium** l'Hèr. Boiss. voy. Esp. p. 120. t. 37. A. — Pl. exs. a. 1845. n. 383. suppl.

Speciem ante me in Serrania de Ronda, Sierra Tejeda, Sierra Nevada et Sierra de Gador lectam reperi etiam in Sierra de Lujar (d. 15. Juni 1845 c. flor.), Sierra de Alfacar (d. 11. Oct. 1844 c. fr.), Sierra de Jarana (d. 2. Jul. 1845 c. flor.) et Sierra de Maria (d. 12. Jul. c. fruct.)

42. **Haplophyllum hispanicum** Spach in Ann. sc. nat. XI. 176. (*H. pubescens* Boiss. l. c. p. 371.) Pl. exs. a. 1845. n. 1091.

Legi d. 16. Junii in dumetis apricis prope opp. Velez de Benandalla loco Cuesta de la Cevada c. floribus. Planta, ut videtur, rarissima.

43. **Catha europaea** Boiss. voy. Esp. p. 725. (*Celastrus europaeus* Boiss. l. c. p. 127. t. 38.) Pl. exs. a. 1845. n. 1060.

Abundat in montibus litoralibus inter Nerja, Almuñecar et Motril, ubi d. 12. Junii absque floribus fructibusque legi. Anno 1848 inemte Septembre eodem loco florentem legit cl. Funk.

Calyciflorae.

44. **Rhamnus myrtifolius** Willk. (*Rh. Alaternus* var *prostrata* Boiss. l. c. p. 128. — *Rh. infectorius* var. Kunze in Flora 1846. p. 650. non L.) Pl. exs. a. 1844. n. 241.

Hab. in fissuris rupium regionis montanae et alpinae (3000 — 8000′) regni Granatensis: in Serrania de Ronda,

Sierra Tejeda, Sierra Nevada, ubi cl. Boissier hanc speciem detexit. Iisdem locis ego aestate 1844 et 1845 eam cum fructibus legi.

Frutex humillimus intricatus, ramis prostratis ramosissimis rupibus arcte Hederae instar adpressis; foliis parvis (4—6‴ l.) oblongo-lanceolatis, uninerviis, margine obsolete dentatis vel integerrimis, coriaceis, nitidis, laete viridibus; floribus fructibusque eis *Rh. Alaterni* omnino aequalibus, sed solitariis.

Obs. Ob structuram florum fructuumque, qui plane iidem atque in *Rh. Alaterno*, cl. Boissier hanc plantam ut varietatem ad *Rh. Alaternum* ducit; sed quum *Rh. Alaternus* frutex satis elatus, saepissime arborescens, ramis erecto-patentibus, minime intricatis sit, regionem calidam inhabitet, nec formae intermediae inter fruticem regionis calidae arborescentem, foliis magnis dentatis nervosis floribusque dense spicato-racemosis praeditum et fruticem nanum prostratum regionem montanam et alpinam inhabitantem hucusque, quantum scio, repertae sint: plantam hanc habitu ab omnis *Rhamni Alaterni* formis plane abhorrentem ut speciem distinctam proponere minime haesito.

45. **Rhamnus velutinus** Boiss. l. c. p. 129. — Pl. exs. 1845. n. 1096.

Hanc speciem pulcherrimam a cl. Boissier in Sierra Nevada et prope Lanjaron detectam reperi mense Junio et Julio 1845 florentem prope Canillas de Aceytuno ad radices Sierrae Tejedae, prope Velez-de-Benandalla, per totum tractum saltus Sierra de Almijarras atque in valle fluvii Anchuron in Sierra del Molinillo.

46. **Ulex genistoides** Brot. Cf. Webb it. hisp. p. 49.

Hab. in arenosis maritimis prope opp. Faro in Algarbiis, ubi d. 3. Febr. 1846 pauca specimina florentia observavi.

47. **Ulex Webbianus** Cosson Not. II. (1849) p. 32. (*Ulex Boivini* Willk. exs. 1846. n. 1358. non Webb.)

Abundat in pinetis ad oram maris atlantici inter Lepe et Ayamonte sitis, ubi d. 23. Januarii 1846 florentem fructiferumque legi. Reperi etiam in silvis *Pini Pineae* inter opp. Faro et Albufeira in Algarbiis. Postea d. 22. Apr. 1849 hanc speciem in provincia Gaditana legit cl. Bourgeau.

48. **Sarothamnus affinis** Boiss. voy. Esp. p. 134. t. 40 A. — Pl. exs. 1845 et 1846. n. 768. suppl.

Legi hanc speciem d. 6. Junii 1845 in dumetis inter Competa et Frigiliana ad rad. Sierrae Tejedae fructigeram, et mense Febr. 1846 florigeram circa Ayamonte atque in Algarbiis, ubi abundat.

49. **Genista hirsuta** Vahl. Cf. Spach revis. Genist. p. 263. — Pl. exs. a. 1846. n. 1400.

Crescit copiose in collibus calcareis inter Ayamonte et Villablanca, ubi d. 1. Martii florentem legi. Provenit etiam in Algarbiis prope Faro.

50. **Genista polyanthos** de Roemer ined. — Pl. exs. a. 1846. n. 1385.

Abundat in formatione grauwackana montium algarbiensium inter Silves et Monchique, ubi d. 12. Februarii cum floribus fructibusque juvenilibus legi.

Frutex hominem altus truncis brachium crassis, ramosissimus, ramis intricatis, ramulis fasciculatis vel alternis pennam corvinam crassis, basi incrassatis, teretibus, sulcato-striatis, rigidis, in spinam cartilagineam validam abeuntibus; foliis minutis oblongis pubescentibus, in axillis pulvinulorum fasciculatis, mox deciduis; floribus numerosissimis ad ramulos annotinos racemoso-fasciculatis, mediocribus; calyce parvo sericeo, vexillo carinaque extus sericeis, carina cum alis

demum deflexa, genitalia nudante; leguminibus angustis, linearibus, elongatis, rectis, compressis, longe acuminatis, densissime sericeo-villosis.

„Habitus referens *G. Alpini* Spach (*G. acanthoclada* DC. *Spartium horridum* Sibth. Fl. graec. t. 674!), sed non est subgeneris I. (*Spartocarpus*) Spach, propter legumina non brevia, sed potius subgeneris IV. (*Stenocarpus*) Spach, propter legumina lineari-lanceolata, et sectionis II. *Erinacoides* Spach." (Nota communicata a cl. de Roemer.)

Obs. Species insignis juxta *G. boeticam* Spach collocanda.

51. **Adenocarpus decorticans** Boiss. l. c. p. 145. t. 41. — Pl. exs. a. 1845. n. 209. suppl.

Speciem a cl. Boissier non nisi in Sierra Nevada lectam reperi etiam in pinetis montis Sierra de Alfacar (d. 1. Jul. c. fruct. juven.), atque in monte Sierra de Filabres in vallibus prope opp. Gergal (d. 23. Jul. c. fruct.).

52. **Lcobordea lupinifolia** Boiss. l. c. p. 148. t. 42. — Pl. exs. a. 1845. n. 865. suppl.

Provenit hinc inde secus basin montium litoralium provinciae Granatensis inter Velez-Malaga, Canillas de Aceytuno, Sedella, Salares, Canillas de Albayda, Competa, Frigiliana etc. inter Almuñecar et Motril, ubi d. 8. — 11. Junii cum floribus fructibusque juvenilibus eam legi.

53. **Ononis crassifolia** Duf. Cf. Willk. Strand- und Steppengebiete d. ib. Halbins. p. 114. — Pl. exs. a. 1845. n. 1205.

Abundat in gypsaceis argillosisque salsis in Hoya de Baza atque inter Jaen et Ubeda, ubi d. 10. Julii et 25. Aug. cum floribus fructibusque eam legi.

54. **Ononis tridentata** L. Willk. l. c. 115. — Pl. exs. a. 1845. n. 1205 b.

Legi d. 22. Aug. in argillosis subsalsis inter pagum Campillos de Arenas et urbem Jaen loco la Puerta de Arenas, ubi abundat, cum floribus et fructibus.

55. **Ononis speciosa** Lag. Boiss. l. c. p. 156. t. 44. — Pl. exs. a. 1845. n. 163. suppl.

Legi speciem pulcherrimam d. 17. Junii in rupestribus Sierrae de las Almijarras prope pagum Guajar alto, ubi abundat.

56. **Anthyllis tejedensis** Boiss. l. c. p. 160. t. 49. — Pl. exs. a. 1845. n. 272.

Abundat in rupestribus apricis in latere meridionali montis Sierra de Huetor pr. Granatam (d. 8. Jul. 1845 deflor.) Legi etiam in Sierra de las Almijarras (d. 17. Junii c. flor.).

57. **Anthyllis Webbiana** Hook. var. *microcephala*.

Differt a specie non nisi omnibus partibus, praecipue capitulis, dimidio minoribus, indumento breviore et densiore, et habitat in summo jugo montis la Sagra Sierra, ubi d. 15. Julii 1845 florentem eam legi.

58. **Lotus arenarius** Brot. (*L. aurantiacus* Boiss. l. c. p. 174. t. 53.) Pl. exs. a. 1845. n. 886 suppl.

Legi speciem antea in Hispania non nisi prope Malacam observatam etiam in arena mobili ad oram maris prope oppidulum Nerja (d. 12. Jun. c. flor. et fruct.).

59. **Lotus longisiliquosus** de Roemer ined. — Pl. exs. a. 1845. n. 909. suppl.

Hab. in alveo exsiccato rivuli cujusdam juxta villam Hacienda de Ortega prope urbem Malaga, ubi mense Majo 1845 florentem fructiferumque legi.

„Pubescens, pilis adpressis, ramis teretibus, siliquis $1\frac{1}{2}$ — 2″ longis, quae in *L. corniculato* semper tantum $\frac{1}{2}$ — 1″ longae. Flores exsiccando non viridescunt.“ (Nota communicata a cl. de Roemer.)

Planta perennis, glaucescens, caulibus ramosis filiformibus procumbentibus, stipulis cordato-ovatis obtusissimis, foliolis obovatis emarginatis vel obovato-lanceolatis acutiusculis; pedunculis elongatis 2—6-floris; dentibus calycinis lanceolatis, breviter acuminatis; leguminibus rectis torulosis, valvis post dehiscentiam elegantissime spiraliter-convolutis, seminibus exacte globosis testaceis.

Species habitu *L. corniculato* valde similis, qui differt praecipue leguminibus multo brevioribus et seminibus minoribus ovoideis basi impressis nigricantibus.

60. **Astragalus narbonensis** Gouan. — Pl. exs. a. 1845. n. 1186.

Hab. copiose in declivibus graminosis apricis, in valle fluvii Anchuron montis Sierra del Monillo haud procul a pago Dierma in provincia Granatensi, ubi d. 8. Jul. florentem legi.

61. **Astragalus tumidus** W. Cf. Boiss. l. c. p. 181. — Pl. exs. a. 1845. n. 1193.

Hab., hinc inde copiose, in planitie alta salsuginosa circa oppidum Guadix atque in tota Hoya de Baza, ubi d. 9. Jul. fructiferum legi. Antea non nisi a Clusio illa regione lectus esse videtur.

62. **Coronilla coronata** DC. *β. minor* Boiss. l. c. p. 183. in adnot.

Legi in rupestribus Sierrae de Alfacar d. 1. Jul. 1845 cum floribus. Sec. Boissier in regno granatensi a Clusio solum observatus erat.

63. **Coronilla glauca** L. Cf. Gren. Godr. Flore de Fr. I. p. 494. — Pl. exs. a. 1846. n. 1396.

Abundat in dumetis sepibusque regni algarbiensis, v. c. inter Estombar et Lagoa, ubi d. 16. Febr. florentem legi.

64. **Coronilla eriocarpa** Boiss. l. c. p. 184. t. 54. — Pl. exs. a. 1845. n. 1020.

Legi d. 9. Jun. in Sierra Tejeda, in fissuris rupium inter Cerro de la Matanza et Fuente de la Gitana ad alt. circ. 5 — 6000′, eodem sine dubio loco, quo cl. Boissier eam detexit.

65. **Onobrychis stenorrhiza** DC. Prodr. II. 346. Cf. Cosson Not. III. (1850.) p. 105. (*O. hypoleuca* de Roemer ined.) Pl. exs. a. 1845. n. 1236.

Hab. in argillosis inter pagos Maria et las Cañadas, inter pagum la Puebla de Don Fadrique et montem la Sagra Sierra atque in parte inferiore hujus montis prope sanctuarium, ubi d. 13. et 14. Jul. cum floribus fructibusque legi.

Obs. Specimina mea cum specimine a cl. Bourgeau in regno murcico lecto, quod possideo, exacte congruunt.

66. **Geum umbrosum** Boiss. l. c. p. 728. (*G. heterocarpum* Boiss. l. c. p. 201. t. 58.) Pl. exs. a. 1845. n. 1032.

Legi speciem memorabilem d. 9. Junii in Sierra Tejeda loco los Ventisqueros et d. 25. Junii in Sierra Nevada supra cacumen Dornajo cum floribus.

67. **Cotoneaster granatensis** Boiss. l. c. p. 209. t. 60. — Pl. exs. a. 1845. n. 1234.

Hab. in Sierra de Maria ad rupes apricas in valle Barranco agrio raro, ad alt. circ. 4500 – 5000′, ubi d. 13. Julii defloratam legi.

Obs. Folia subtus tomentosa, sed fructus (immaturi quidem) pyriformes, quamobrem ad *C. Fontanesianam* Spach (Boiss. l. c. in adnot.) vix pertinere potest.

68. **Rosa granatensis** Willk. — Pl. exs. a. 1845. n. 1159.

Pygmaea, foliosa, aculeatissima, aculeis inaequalibus rectis horizontalibus vel subdivergentibus longis anguste-subulatis; stipulis omnibus aequalibus, angustis triangularibus, dense

glandulosis; foliis parvis, trijugis, foliolis oblongis vel subrotundis triplicato-serratis, dentibus glandulosis, supra glabris, subtus pallidioribus, reticulato-venosis, glandulosis; floribus solitariis, pedunculis calycibusque glanduloso-hispidissimis, segmentis calycinis integris, in acumen longum lineare productis, corolla longioribus; petalis albis parvis, stylis liberis lanato-tomentosis brevibus, fructibus . . . . . .

Hab. in Sierra de Alfacar in dumetis apricis lateris borealis in consortio *Cisti laurifolii* satis frequens, ubi d. 1. Julii florentem et defloratam legi.

Species habitu *Rosae pimpinellifoliae* var. *spinosissimae* (*R. spinosiss.* L.) valde similis, sed foliis triplicato-serratis, segmentis calycinis corolla sublongioribus, dentibus foliorum glandulosis aliisque characteribus distinctissima. Propter stipulas aequales et ovaria sessilia ad sectionem I. Florae francogallicae auct. Grenier et Godron pertinet.

Frutex vix pedalis multicaulis. Caules vetusti cinereo-corticati, juniores ramique ferruginei subherbacei, omnes aculeis innumerabilibus tecti.

69. **Cerasus prostrata** Ser. Cf. Boiss. l. c. p. 200. — Pl. exs. a. 1845. n. 1033.

Provenit copiose in superficie montis calcarei Muela de Montalbiche prope Velez-Blanco, ubi d. 19. Jul. defloratam legi.

70. **Pyrus communis** L. var. *mariana*. Pl. exs. a. 1845. n. 1332.

Hab. in Sierra Morena in planitie alta granitica los Pedroches dicta satis frequens, v. c. inter Fuencaliente et Pozoblanco, ubi d. 6. Sept. cum fructibus immat. legi, rarius in dumetis formationis grauwackanae.

Arbor 10 — 15′ alta (in formatione granitica) vel frutex 4 — 6-pedalis (in formatione grauwackana) ramulis hori-

zontaliter patentibus spinescentibus, gemmis glabris spadiceis nitidis, foliis adultis ovatis vel ovato-subrotundis longe petiolatis, (petiolo laminam plerumque superante gracili) crenatis, glaberrimis; fructibus pedunculis crassis longis insidentibus, globosis. An species distincta? —

Obs. Pyrus eriopleura Rchb. Fl. germ. exs. p. 630. ramis cicatricosis inermibus a specie hispanica differe videtur.

70. **Paronychia aretioides** DC. Prodr. III. 371. var. *nitens* de Roemer ined. — Pl. exs. 1845. n. 1181.

Abundat in glareosis montis calcarei Sierra de Huetor, ubi d. 8. Julii florentem legi. Provenit etiam in latere boreali Sierra de Maria atque in summo cacumine montis la Sagra Sierra.

Differt a specie caulibus densissime caespitosis, pulvinaria hemisphaerica formantibus, stipulis bracteisque majoribus.

71. **Pistorinia hispanica** DC. Cf. Boiss. l. c. p. 225. — Pl. exs. a. 1845. n. 1180.

Speciem elegantissimam ante me quoad Hispaniam australem non nisi in provincia Malacitana a cl. Rambur, Haenseler et Prolongo observàtam legi multis locis regni Granatensis et Jenensis, nempe in Sierra de Huetor (d. 8. Jul. c. flor.), ubi in arenosis apricis praecipue in summo jugo circa 4500′ elato abundat, in Sierra de Elvira (d. 14. Aug. defl.), in Sierra del Molinillo, in Sierrae de Jaen cacumine Javalcón (d. 23. Aug. defl.) et in arenosis prope opp. Baza.

72. **Saxifraga spathulata** Desf. Cf. Boiss. l. c. p. 231. — Pl. exs. 1845. n. 1037.

Legi speciem antea in Europa non nisi in Sierra Nevada et Sierra Tejeda observatam etiam in Sierra de Lujar, in rupibus cacuminis ad alt. c. 6000′ (d. 15. Junii c. flor.), in Sierra de Alfacar (d. 1. Julii c. flor.) et in Sierra de Jarana (d. 2. Julii) ad alt. 5000—5500′.

73. **Saxifraga Camposii** Boiss. Reut. Pugill. pl. nov. p. 47. (*S. almeriensis* Willk. ined.) — Pl. exs. a. 1845. n. 1224.

Hab. in fissuris rupium umbrosis in latere boreali montis Sierra de Maria et montis la Sagra Sierra in provincia Almeriensi ad alt. circ. 5500—6500′, ubi d. 12. et 15. Jul. 1845 florentem legi. Anno 1845 eodem mense in Sierra de Maria legit cl. Funk. Postea (anno 1849) prope Loja legit cl. Campos Granatensis et 1851 cl. Bourgeau.

Planta caespites latos densissimos formans valde viscosos. Caules basi foliis emortuis fuscis dense vestiti, 3—4-pollicares. Folia basilaria 6—8‴ longa, apice 3—4‴ lata, carnosa, nervis subtus valde prominentibus. Tota planta in vivo odorem balsamicum spirat.

74. **Eryngium dilatatum** Lam. Cf. Boiss. l. c. p. 235. — Pl. exs. a. 1845. n. 1242.

Legi in pinetis ad radices montis la Sagra Sierra (d. 15. Jul. c. flor.) atque in Sierra de Jaen in pascuis ad radices carnminis Cerro Javalcon (d. 23. Aug. c. flor.), ubi abundat. Observavi speciem antea non nisi in provincia Malacitana lectam etiam in Sierra Nevada loco el Puche atque prope opp. Isnalloz.

75. **Ptychotis trachysperma** Boiss. l. c. p. 731. — Pl. exs. a. 1845. n. 959.

Legi speciem a cl. Boissier prope Malacam detectam in Sierra de Mijas (d. 3. Jun. c. flor.), in colle San Antón pr. Malacam, in montibus inter Nerja et Almuñecar atque inter Motril et Calahonda (d. 14. Jun. c. flor. et fruct.), denique in Sierra de Lujar et Sierra de las Almijarras.

76. **Bunium Macuca** Boiss. l. c. p. 239. t. 56. — Pl. exs. 1845. n. 230. suppl.

Legi d. 25. Junii in Sierra Nevada loco la Vibora, ubi abundat, et d. 1. Julii in Sierra de Alfacar.

77. **Pimpinella villosa** Schousb. Cf. Boiss. l. c. p. 241. — Pl. exs. a. 1845. n. 992.

Abundat hinc inde in Sierra Morena, v. c. inter pagum Aldea quemada et Venta de Cardenas et prope Sta. Elena, ubi d. 29. Aug. florentem fructigeramque legi. Cum foliis radicalibus caulequc juvenili legi speciem memorabilem ad vinearum margines inter Velez-Malaga, Canillas de Aceytuno et Sedella d. 8. Junii.

78. **Bupleurum paniculatum** Brot. Cf. Boiss. l. c. p. 245. — Pl. exs. a. 1845. n. 1275.

Crescit copiose locis dumosis apricis inter pagum Piñar et opp. Isnallóz in provincia Granatensi, ubi d. 26. Jul. florentem legi.

79. **Oenanthe macrosciadia** Willk. — Pl. exs. a. 1845. n. 985.

Perennis, elata, caule fistuloso, profunde sulcato; foliis radicalibus . . . . ., caulinis inferioribus amplis, bipinnatisectis, segmentis inferioribus trifidis, ceteris lineari-lanceolatis, omnibus integerrimis, acutis, foliis summis pinnatisectis aut trisectis, segmentis paucis linearibus, elongatis; umbellis longe pedunculatis terminalibus et lateralibus (his saepe oppositis) 20 — 35-radiatis, radiis $1\frac{1}{2}$ — 2-pollicaribus post anthesin valde incrassatis, rigidis, sulcatis; involucro subnullo, involucellis oligophyllis, umbellulis planis multifloris, floribus exterioribus sterilibus, centralibus fertilibus brevissime pedicellatis (centrali sessili), pedicellis crassis; fructibus cylindricis, teretiusculis, annulo calloso destitutis, stylos divergentes valde superantibus, mericarpiorum dentibus conicis, rectis, incurvis styloque subulato coronatorum, pericarpio ad commissuram valde spongioso, albumen cingente.

Hab. ad fossas prope opp. Velez-Malaga, ubi d. 8. Junii cum fructibus maturis legi.

Planta bipedalis et ultra, glaberrima, laete-viridis. Folia caulina media semipedalia, segmentis 1 — 2-pollicaribus, omnia vaginis parvis insidentia. Pedunculi crassi fistulosi semipedales et ultra. Umbellulae etiam fructiferae planae. Fructus absque stylopodio 2‴ longi, 1‴ lati.

Species maxime affinis *O. crocatae* L., quae differt umbellis minoribus, radiis umbellae etiam fructiferae gracilibus, fructu stylum subaequante, dentibus calycinis patulis, pericarpio ad commissuram vix spongioso etc.

80. **Daucus setifolius** Desf.? — Pl. exs. a. 1845. n. 1316.

Legi exeunte Augusto in Sierra Morena, ubi multis locis, v. c. inter San Esteban del Puerto et Aldea quemada, inter Pozo blanco et Hinojosa, abundat, absque foliis radicalibus fructibusque, quamobrem species rite determinari non potest. Habitu *D. setifolio* (*D. brachylobo* Boiss. l. c. p. 258. t. 68.) valde similis, sed involucra longiora pinnatipartita.

81. **Elaeoselinum Lagascae** Boiss. l. c. p. 261. t. 77. — Pl. exs. a. 1845. n. 1340.

Legi speciem pulcherrimam florentem mense Junio in colle San Antón prope Malacam, ad vineas inter Velez-Malaga et Canillas de Aceytuno atque circa Velez de Benaudalla, fructiferam mense Augusto in Sierra de Elvira prope Granatam atque in collibus dumosis ad fluv. Guadalquivir prope opp. Ubeda, ubi abundat.

82. **Turgenia latifolia** Hoffm. var. *purpurea*. — Pl. exs. a. 1845. n. 1003.

Hab. in segetibus tritici inter pagos Albuñelas et Padul

in provincia Granatensi, ubi d. 17. Jun. cum floribus fructibusque legi.

Differt a specie petalis aculeisque mericarpiorum pulchre violaceo-purpureis.

83. **Scandix australis** L. Cf. Boiss. l. c. p. 735. — Pl. exs. a. 1845. n. 1077.

Abundat in graminosis apricis montis Sierra de Lujar ad alt. 5500 — 6000′, ubi d. 15. Jun. cum fructibus immaturis legi.

84. **Chaerophyllum nodosum** L. Cf. Gren. Godr. Fl. de Fr. I. p. 743. — Pl. exs. a. 1845. n. 1233.

Hab. in monte Sierra de Maria, in cujus valle Barranco agrio dicto sub dumetis d. 13. Julii cum fructibus maturis legi. In Hispania, quantum scio, nondum lectum erat.

85. **Lonicera splendida** Boiss. l. c. p. 276. t. 81. — Pl. exs. a. 1845. n. 261. suppl.

Legi speciem pulcherrimam antea non nisi in Sierra Nevada et Sierra Tejeda observatam d. 1. Julii in dumetis Sierrae de Alfacar cum flor.

86. **Galium pruinosum** Boiss. l. c. p. 285. t. 85. — Pl. exs. a. 1845. n. 995.

Legi speciem a cl. Boissier in Sierra Tejeda, S. Nevada et S. de Gador detectam prope Canillas de Aceytuno, inter Salares et Canillas de Albayda, ubi in fissuris rupium abundat (d. 8. Junii c. flor.), in tota Sierra de las Almijarras, in rupestribus inter Albuñelas et Padul, prope Guejar in Sierra Nevada (d. 25. Jun. c. flor.).

87. **Galium ephedroides** Willk. — Pl. exs. a. 1845. n. 1259.

Suffruticosum, cinereum, glabrum, inordinate ramosum, ramis scandentibus ramulisque ad nodos superiores caulium

vetustorum densissime fasciculatis tetraquetris subnudis ; foliis caulinis rameisque . . . . . , foliis ramulorum minimis, sphathulatis, obtusis, coriaceis, glaberrimis, nitidis, quaternis vel (plerumque) oppositis; floribus ad apicem ramorum elongatorum aphyllorum (sine dubio ob folia delapsa) in paniculam amplam dispositis, bracteis foliis similibus, pedicellis divaricatis, petalis oblongis obtusiusculis, fructibus glabris nitidis.

Hab. in fissuris rupium calcarearum in valle fluvii Almanzora inter Huercal-Overa et Cuevas in prov. Almeriensi, ubi d. 20. Julii fructigerum sed fere exsiccatum petalisque fere omnibus delapsis legi.

Species ab ramulos fasciculatos subaphyllos habitum *Ephedrae vulgaris* C. A. Meyer referens, in statu incompleto, in quo eam legi, vix rite determinanda, affinis, ut videtur, *G. maritimo* L. (cf. Gren. Godr. Fl. de Fr. II. 21.), sed glaberrima. Color petalorum e floribus perpaucis marcidis et corrugatis cognosci non potuit.

88. **Galium pyrenaicum** Gou. — Pl. exs. a. 1845. n. 195. suppl.

Hab. in summo jugo montis la Sagra Sierra ad alt. c. 7000′, ubi d. 15. Julii florentem legi. Antea in Hispania australi non nisi in regione Sierrae Nevadae nivali observatum erat.

89. **Galium glomeratum** Desf. Fl. Atl. t. 40. — Pl. exs. 1845. n. 965.

Abundat in glareosis montis Sierra de Mijas supra pagum Churriana, ubi d. 3. Junii cum floribus fructibusque legi.

90. **Galium verticillatum** Danth. Cf. Gren. Godr. Fl. de Fr. II. 45. — Pl. exs. a. 1845. n. 1010.

Legi speciem hucusque in Hispania meridionali non nisi a cl. Boissier in Sierra Tejeda observatam d. 9. Junii eodem

loco, d. 15. Junii in Sierra de Lujar, d. 27. Junii in Sierra Nevada prope pagum Guajar, d. 2. Julii in Sierra de Jarana, d. 12. Julii in Sierra de Maria et d. 23. Aug. in Sierrae de Jaen cacumine Javalcon. Occupat in regno Granatensi zonam inter 3000′ et 6000′ sitam, ubi in glareosis et praecipue in arena mobili crescere solet.

91. Callipeltis Cuculiaria DC. — Pl. exs. a. 1845. n. 1024.

Speciem hanc orientalem in Hispania australi non nisi in Sierra Tejeda, ubi cl. Boissier unicum specimen reperit, et nuperrime in regno Murcico a cl. Bourgeau (Majo 1850) observatam legi multis regni Granatensis locis, nempe: in Sierra Tejeda supra fontem Fuente-de la Gitana (hic rarissima!), in Sierra de Lujar, ubi in latere meridionali circa summas tritici segetes abundat (d. 15. Junii c. flor.), in Sierra Nevada prope pagum Guejar (d. 27. Junii c. flor.), in parte centrali Sierrae de las Almijarras (d. 17. Junii), in Sierra de Jarana supra Cortijo de los Esperones (d. 2. Julii defl.), in latere meridionali Sierrae de Elvira (d. 14. Aug. c. fruct.). Anno 1848 pr. urbem Granada leg. cl. Funk. Occupat zonam inter 2500′ et 5000′ sitam, ubi praecipue in arenosis crescit.

92. Valeriana globulariaefolia Ram. Cf. Gren. Godr. Fl. de Fr. II. 56. — Pl. exs. a. 1845. n. 733. suppl.

Hab. in monte la Sagra Sierra in fissuris rupium lateris septentrionalis infra cacumen ad alt. circ. 7000′ haud frequens, ubi d. 15. Julii florentem legi. In Hispania meridionali, quantum scio, nondum observata erat.

93. Pterocephalus spathulatus Boiss. l. c. p. 294. t. 87. (*Knautia spathulata* Lag.) — Pl. exs. a. 1845. n. 1183.

Legi in Sierra de Huetor in arenosis juxta viam, quae

ab urbe Granada ad opp. Guadix ducit, ubi passim caespites densissimos format, d. 8. Julii cum floribus fructibusque.

94. **Scabiosa monspeliensis** Jacq. Cf. Boiss. l. c. p. 295. — Pl. exs. a. 1845. n. 954. (ex parte!).

Legi in collibus aridis juxta monast. los Angeles prope Malacam et in segetibus collium inter opp. Motril et mont. Sierra de Lujar sitorum mense Junio cum flor. et fruct.

95. **Scabiosa sicula** L. Cf. Boiss. l. c. p. 739. — Pl. exs. a. 1845. n. 954. (ex parte.)

Legi in Sierra de Mijas in glareosis supra pagum Churriana d. 3. Junii cum fructibus.

96. **Bellis sylvestris** Cyr.*). — Pl. exs. a. 1845. n. 106. suppl.

Hab. in Sierra de Lujar in graminosis inter saxa lateris australis, ad alt. 3—5000′ passim, ubi d. 15. Junii florentem legi. In regione montana et subalpina, quantum scio, nondum observata est.

97. **Conyza Gouani** W. DC. Prodr. V. p. 380. (*Erigeron linearifolium* C. H. Schultz Bip. in litt. non Cav.) — Pl. exs. a. 1845. n. 1066.

Hab. ad ripas fluvii Rio Grande prope opp. Motril atque ad fossas planitiei Vega de Motril, ubi d. 12. Junii florentem fructiferamque legi.

Obs. Erigeron linearifolium Cavan. in Anal. de cienc. nat. IV. p. 89. e diagnosi quidem brevissima et incompletissima in Prodr. V. p. 294. data nostra planta esse videtur, sed e descriptione accuratissima a cl. Cavanilles l. c. lingua hispanica data a planta nostra abunde differt. Describit enim speciem suam hoc modo:

---

*) Compositarum longe plurimas determinavit cl. C. H. Schultz Bip.

„Caulis teres, herbaceus, villosus, 1 — 2-pedalis, superne ramosus, ramis alternis. Folia alterna, sessilia, linearia, integerrima, obtusa, pilo setoso terminata, parce villosa, inferiora 3 — 4-pollicaria, 2‴ lata, superiora breviora et angustiora. Capitula terminalia, vel solitaria vel quina, sena, in cymam ramosam disposita, pedicellis parvis. Anthodium villosissimum, squamis subulatis, 2‴ longis. Corollae omnes infundibuliformes, flavae, anthodio aequilongae."

Nostra species, quae cum diagnosi *Conyzae Gouani* in Prodromo l. c. optime congruit, differt a planta Cavanillesiana caule fere glabro, foliis omnibus superne grosse serratis, capitulis ad apices caulis ramorumque dense congestis, squamis anthodii lanceolatis obtusis, corollis ex albido rubellis. Species Cavanillesiana a cl. Broussonet prope Mogador lecta fortasse etiam ad genus *Conyza* referenda est.

Conyza Gouani W. jam a cl. Webb ad rivulum quemdam prope Motril lecta est.

98. **Astersicus aquaticus** Moench. var. *pygmaea* C. H. Schultz Bip.

Hab. in collibus aridissimis prope Malacam ad fluv. Guadalmedina sitis, ubi exeunte Majo 1845 florentem legi.

Differt a specie caule humillimo vix pollicari, monocephalo.

99. **Santolina pectinata** Lag. nov. gen. sp. n. 328. Cf. Boiss. l. c. p. 315. — Pl. exs. a. 1845. n. 1241.

Abundat in collibus calcareis inter pagum la Puebla de Don Fadrique et montem Sagra Sierra atque in declivitate orientali hujus montis supra sanctuarium Hermita de las santas Martyres, ubi d. 15. Junii florentem legi. E cl. Lagascae tempore, quo hanc speciem cl. Clemente eodem fere loco (inter la Puebla et Albox) detexit, in regno Granatensi non amplius observata erat.

100. **Santolina viscosa** Lag. l. c. n. 327. — Pl. exs. a. 1845. n. 1264.

Hab. copiose in collibus gypsaceis salsis aridissimis inter oppid. Cuevas-Overa et pagum Arboledas sitis, ubi d. 22. Julii fere defloratam legi. Eodem loco speciem distinctissimam detexit cl. Clemente.

101. **Senecio Boissieri** DC. Prodr. VII. p. 300. Boiss. l. c. p. 334. t. 95. B. — Pl. exs. a. 1845. n. 1248.

Legi d. 15. Junii florentem in summo jugo montis la Sagra Sierra ad alt. circ. 7000′. Antea non nisi in Sierra Nevada observatus erat, ubi eum multis locis legi.

102. **Willkommia minuta** C. H. Schultz Bip. in Flora 1852. (*Senecio minutus* DC. *Cineraria minuta* Cav.) — Pl. exs. a. 1845. n. 800. suppl.

Legi hanc plantam memorabilem permultis regni Granatensis locis, v. c. in Serraniae de Ronda cacumine Pico Jarro, ubi abundat (d. 26. Apr. 1845 cum flor.), in montibus Sierra Tejeda, Sierra de Lujar et Sierra de las Almijarras (mense Junio c. flor.), in Sierra de Jarana, Sierra de Maria et la Sagra (mense Julio defl.), in Sierra Nevada et Sierra de Jaen (mense Aug. c. fruct.). Occupat zonam inter 3000′ et 7000′ sitam, ubi praecipue in arenosis crescit.

103. **Carlina gummifera** Less. Cf. Boiss. l. c. p. 341. — Pl. exs. a. 1845. n. 1329.

Legi d. 2. Sept. in lutosis ad viam regiam inter la Carolina et Baylen. Provenit passim per totam Boeticam inferiorem, v. c. in valle flum. Guadalquivir inter Andujar et Montoro, circa urbes Cordova et Sevilla, prope oppida Huelon et Ayamonte etc.

104. **Amberboa muricata** DC. Boiss. l. c. p. 341. t. 100 A. (flores in icone violascentes, sed, sicuti Boissier ipse dicit, rosei sunt). Pl. exs. a. 1845. n. 991.

Hab. frequens ad vinearum margines inter Velez-Malaga et Canillas de Aceytuno et secus radices meridionales Sierrae Tejedae usque ad opp. Nerja, ubi d. 8. et 10. Junii florentem legi. Antea non nisi prope Malacam lecta erat.

105. Crupina Crupinastrum Vis. Fl. dalm. et Walp. Ann. bot. syst. I. p. 447. — Pl. exs. a. 1845. n. 243. suppl.

Hab. in agro Malacitano in collibus siccis prope villam Vistabella, ubi exeunte Majo 1846 cum floribus fructibusque maturis legi. Recentiori tempore (d. 10. Junii 1849) hanc speciem antea in Hispaniam nondum repertam prope opp. Ronda leg. cl. Bourgeau.

106. Centaurea Willkommii C. H. Schultz Bip. in litt. — Pl. exs. a. 1845. n. 1075.

Perennis, multicaulis, caulibus niveo-tomentosis adscendentibus ramosis, ramis monocephalis sub capitulo inerassatis; foliis in utraque pagina tenuiter albo-tomentosis, radicalibus petiolatis pinnatisectis, segmentis lanceolatis, undulatis, integris vel incisis, caulinis inferioribus petiolatis, pinnatipartitis, mediis pinnatifidis, lobis integerrimis, summis sessilibus lanceolatis, basi utrinque lacinias 1 — 3 gerentibus vel integris, omnium lobis breviter acuminatis mucronatis; capitulis satis magnis, anthodio ovato, glabro, squamis viridibus, exterioribus in appendicem spinosam, recurvatam, spadiceam, utrinque longe ciliatam productis, intimis angustis, linearibus, in acumen scariosum, subulatum, ciliolatum desinentibus; floscnlis carneis; achaeniis linearibus, compressis, pallide viridibus, pappo brevi, albo, basi purpurascente, coronatis.

Hab. in glareosis calcareis vel dolomiticis regionis subalpinae regni Granatensis: in summo jugo et praecipue in latere occidentali montis Sierra de Lujar (d. 15. Junii c. flor. et fruct.) et in Sierra de Jarana in graminosis prope Cortijo de los Esperones (d. 2. Julii), ad alt. circ. 4—6000′.

Species affinis *C. Boissieri* DC. (Boiss. l. c. p. 344. t. 101.) et *C. Funkii* C. H. Schultz Bip. Prior tomento tenuiore, caulibus subsimplicibus, capitulis dimidio minoribus et praecipue appendicibus squamarum brevioribus (2—3‴ longis, in nostra 4—5‴) non nisi leviter incurvis; altera foliis caulinis omnibus subsimplicibus, appendicibus rectis testaceis, flosculis lutescentibus etc. a nostra abunde differunt.

107. **Centaurea Funkii** C. H. Schultz Bip. in plant. hisp. exs. Funkianis. — Pl. exs. a. 1845. n. 1182.

Hab. in glareosis rupiumque fissuris apricis in latere australi montis calcarei Sierra de Huetor ad alt. 3 — 4000′ copiose, ubi d. 8. Julii 1845 cum floribus fructibusque legi. Aestate 1848 eodem loco legit cl. Funk.

Species affinis *C. Boissieri* DC., a qua differt foliis radicalibus lyrato-pinnatifidis, caulinis subsimplicibus obovato-lanceolatis, squamis anthodii in spinam albidam desinentibus, floribus ex roseo lutescentibus. Descriptionem accuratiorem relinquimus cl. auctori.

108. **Centaurea Prolongi** Boiss. l. c. p. 347. t. 103. — Pl. exs. a. 1845. n. 951.

Abundat in glareosis montis Sierra de Mijas supra pagum Churriana, ubi a cl. Prolongo detecta est. Legi d. 3. Junii cum flor. et fruct.

109. **Centaurea granatensis** Boiss. l. c. p. 348. t. 104. — Pl. exs. a. 1845. n. 273. suppl.

Abundat in fissuris rupium montis Sierra de Huetor inde a radicibus usque ad cacumen, ubi d. 8. Julii cum floribus et fructibus legi. Antea non nisi in Sierra Nevada observata erat. Julio 1848 in silvis ad radices Sierrae de Maria leg. cl. Funk et eodem mense anni 1850 in monte regni Murcici Sierra Segura cl. Bourgeau.

110. Centaurea macrorrhiza Willk. — Pl. exs. a. 1845. n. 1216.

Perennis, rhizomate crasso, lignoso polycephalo, caulibus plerumque subnullis, ita ut capitula in radice sessilia appareant, rarius 2—3-pollicaribus; foliis fere omnibus radicalibus, primordialibus ovato-lanceolatis lanceolatisque integris aut inaequaliter-lobatis, caeteris caulinisque (paucis) longissimis, pinnatipartitis, partitionibus lanceolatis aut ovatis irregulariterque lobatis, lobis vel muticis vel spina terminatis; capitulis satis magnis, anthodii glabri squamis adpressis, exterioribus viridibus integris, appendice albida margine longe ciliato-pectinata apice subspinoso terminatis, interioribus apice cucullato-rotundatis fimbriatis, flosculis citrinis vel croceis.

α. Toletana: caule subnullo, foliis araneoso-canescentibus, lobis spina terminatis, flosculis citrinis. (*Cent. Toletana* Boiss. Reut. diagn. pl. nov. Hisp. n. 32.)

Hab. in Sierra de Toledo, ubi a cl. Reuter anno 1841 detecta est.

β. Boetica: caule plerumque subnullo, interdum (locis umbrosis) 2—3-pollicari, foliis petiolisque niveo- et lanato-tomentosis, lobis muticis, flosculis croceis.

Hab. in fissuris rupium glareosisque in latere boreali montis Sierra de Maria ad alt. 5000—6500′, ubi d. 12. Juli 1845 cum floribus fructibusque legi. Anno 1848 eodem loco reperit cl. Funk.

111. Centaurea eriophora L. — Pl. exs. a. 1845. n. 1120.

Legi d. 20. Junii cum floribus ad sepes villae sarracenicae Generalife dictae prope Granatam.

112. Centaurea maritima Duf. DC. Prodr. VI. p. 599. — Pl. exs. a. 1845. n. 1089.

Crescit copiose in muris prope oppid. Velez de Benaudalla in prov. Granatensi, ubi d. 16. Junii florentem legi.

113. **Onopordon macracanthum** Schousb. *β. minor.* Cf. Boiss. l. c. p. 356. — Pl. exs. a. 1845. n. 946.

Abundat in collibus aridis circa urbem Malaga, ubi d. 3. Junii cum floribus legi.

114. **Bourgaea humilis** Cosson Not. II. (1849.) p. 39. (*Cynara humilis* L.) — Pl. exs. a. 1845. n. 947.

Abundat in collibus aridis circa Malacam, praecipue prope monast. los Angeles, ubi d. 2. Junii florentem legi.

115. **Bourgaea Tournefortii** Willk. — Pl. exs. a. 1845. n. 1276. (*Cynara Tournefortii* Boiss. Reut. diagn. pl. nov. Hisp. n. 33.)

Hab. satis copiose in agris argillosis derelictis inter pagum Piñar et oppidulum Isnalloz in prov. Granatensi, ubi d. 26. Julii 1845 viginti exemplaria legi. Observavi hanc speciem magnificam, e Tournefortii tempore semel tantum prope Madritum a cl. Reuter, cui non nisi unicum specimen reperire contigit, lectam in argillosis Sierrae Morenae orientalis et centralis circa pagos, sed illo tempore (mense Septembre) achaenia jam delapsa et folia exsiccata erant.

Obs. Propter achaenia tetragona epicarpio opaco suberoso crasso praedita haec species ad genus *Bourgaea* referenda est.

116. **Cirsium odontolepis** Boiss. l. c. p. 362. t. 110. — Pl. exs. a. 1845. n. 1285.

Legi speciem giganteam in vallibus Sierrae Nevadae alpinis Barranco de S. Juan et Barranco de Gualnon dictis d. 3. et 6. Aug. cum floribus fructibusque.

Obs. Secundum cl. C. H. Schultz Bip. haec species cum *C. criophoro* L. ob squamas anthodii sub spina dilatatas sectionem propriam constituit.

117. **Serratula pinnatifida** Poir. Cf. Boiss. l. c. p. 368. — Pl. exs. a. 1845. n. 1176.

Legi hanc speciem, antea non nisi in parte regni Granatensis occidentali et centrali observatam, in Sierra de Lujar infra cacumen (d. 15. Junii nondum flor.), in valle inter montes Sierra de Alfacar et Sierra de Jarana versus pagum Cogollor (d. 2. Julii c. flor.), in summo jugo Sierrae de Huetor, ubi abundat (d. 8. Julii), in declivitate boreali Sierrae de Maria (d. 12. Julii defl.) et in Sierra de Jaen, in cacumine Javalcon (d. 23. Aug. defl.). Zonam occupat inter 2500′ et 6500′ sitam.

118. **Jurinea pinnata** DC. Boiss. l. c. p. 369. t. 113. A. — Pl. exs. a. 1845. n. 1187.

Legi speciem pulcherrimam, antea non nisi in Serrania de Ronda observatam, in prov. Granatensi ad margines agrorum prope pagum Dierma et in planitie alta salsuginosa inter pagos Maria et Puebla de Don Fadrique, ubi abundat (d. 8. et 14. Julii cum flor. et fruct.)

Obs. Variat floribus roseis et albis.

119. **Jurinea humilis** DC. Boiss. l. c. — Pl. exs. a. 1845. n. 202. suppl.

Abundat in summis jugis Sierrae de Jarana prope Granatam, ubi d. 2. Julii florentem legi. Legi etiam in Sierra de Lujar.

120. **Atractylis humilis** L. — Pl. exs. a. 1845. n. 1265.

Legi speciem elegantissimam, antea in Boetica nondum observatam, d. 22. Julii in collibus gypsaceis aridissimis inter oppidulum Cuevas-Overa et pagum Arboledas, ubi raro provenit, et d. 25. Aug. in collibus dumosis ad fluv. Guadalquivir prope opp. Ubeda, ubi abundat. Specimina hoc loco lecta saepe pedalia, in gypsaceis 2 — 3-pollicaria.

121. Haenselera elatior Willk. — (Pl. exs. a. 1845. n. 1157.

Perennis, sed non caespitosa, caule elongato sub anthesi 4—10-pollicari, foliato; foliis radicalibus circuitu obovato-lanceolatis sinuato- vel pinnati-lobatis, lobis mucronato-dentatis; foliis caulinis paucis, inferioribus sinuato-lobatis, basi pinnatifidis, summis subintegris, basi uno ultervo dente instructis, squamaeformibus, omnibus concoloribus; capitulo solitario specioso, anthodii hemisphaerici glabri squamis lanceolatis, obtusis, margine membranaceis; ligulis anthodio dimidio longioribus late-linearibus, apice truncatis 5-dentatis, sulphureis.

Hab. abundanter in glareosis rupiumque fissuris in latere boreali montis Sierra de Alfacar ad alt. 4 — 5000′, ubi d. 1. Julii florentem fructigeramque legi. Anno 1848 in monte vicino Sierra de Huetor leg. cl. Funk.

Species affinis *H. granatensi* Boiss. l. c. p. 371. t. 114., sed distinctissima. Caulis enim jam ante florescentiam foliis radicalibus longior (in *H. granatensi* per anthesin foliis rad. vix longior), fructifer pedalis, semper foliatus (in *H. granatensi* nudissimus). Radix in nostra crassa quidem, sed raro duos caules edens (in *H. granatensi* multicaulis, caespites densos duros edens). Folia carnosula concoloria, (in *H. granatensi* subtus glaucescentia) mucronato-dentata, (in *H. granatensi* ex icone saltem obtuse dentata crispula). Squamae anthodii elongatae nec oblongae, capitula majora. Receptaculum, paleae et achaenia, ut in *H. granatensi.*

122. Thrincia tuberosa DC. (*Th. grumosa* Brot.) Pl. exs. a. 1846. n. 1371.

Abundat in collibus arenosis, locis graminosis et declivibus lutoso-arenosis circa oppidum Ayamonte et per totum

regnum Algarbiorum, ubi mense Februario florentem fructigeramque legi.

123. Leontodon hispanicum Mér. Cf. Boiss. l. c. p. 379. — Pl. exs. a. 1845. n. 1210.

Legi plantam rarissimam d. 11. Julii in sterilibus planitiei altae subsalsae inter montes Sierra de Oca et Sierra de Maria sitae ad viam inter pagos las Vertientes et Chirivel, ubi perraro crescit, cum floribus et fructibus.

124. Podospermum Willkommii C. H. Schultz Bip. in litt. — Pl. exs. a. 1845. n. 924.

Perenne?, caule erecto, stricto simplici vel basi in ramos duos vel paucos strictos diviso, striato, glaberrimo; foliis radicalibus inferioribusque elongatis pinnatisectis, segmentis elongatis, linearibus, dentatis vel integerrimis, tortilibus, apice obtusissimis subcartilagineis; foliis caulinis summis elongato-linearibus tortilibus, omnibus glaberrimis semiamplexicaulibus; caule vel ramis monocephalis, capitulo magno, squamis anthodii exterioribus late ovatis, breviter acuminatis, interioribus elongatis late lanceolatis acuminatis rectis, omnibus utrinque glaberrimis.

Hab. in agro Malacitano in collibus graminosis prope monasterium los Angeles, ubi d. 28. Maji fructiferum legi.

Species affinis *P. calcitrapifolio*, *octangulari* et *laciniato* DC. cujus descriptionem accuratiorem relinquimus cl. auctori.

125. Spitzelia Willkommii C. H. Schultz Bip. in litt. — Pl. exs. a. 1846. n. 1398.

Biennis aut perennis, tota pilis setosis apice furcatis albis sparsis vestita; caule elato ramoso fistuloso, ramis elongatis arcuatis; foliis radicalibus in planta juvenili dense rosulatis solo adpressis spathulatis, pinnati-lobatis, lobis brevi-

bus obtusissimis, in planta adultiore elongatis, late spathulatis in petiolum longe attenuatis sinuato-dentatis, dentibus acutinsculis; foliis caulinis ad ramorum ortum sitis, sessilibus, cordato-lanceolatis, in acumen longum sensim productis, basi lobis rotundatis caulem amplectentibus, apice obtusiusculis, margine eroso-crenulatis vel subintegris; capitulis longe pedunculatis, ad apices ramorum laxe cymosis, anthodii sub anthesi ovati, postea urceolati, albo-setosi squamis exterioribus angustissimis, patulis, interioribus multo longioribus linearilanceolatis erectis, omnibus obtusis, secus nervum medium serie setarum satis longarum instructis; ligulis anthodio longioribus, late-linearibus, apice truncatis, profunde 3 — 5-dentatis, croceis; achaeniis fusiformibus apice longe attenuatis, sulcatis et eleganter tuberculatis, radii corona scariosa oblique truncata, disci pappo plumoso albo munitis.

Hab. in dumetis collium ad ripam fluminis Guadiana sinistram supra oppidum Ayamonte sitorum copiose, ubi d. 24. Februarii 1846 cum floribus fructibusque legi.

Planta bipedalis, laete viridis, undique setosa. Folia radicalia in speciminibus adultioribus saepe pedalia, 2 — 2 1/2 poll. lata, rami aphylli arcuati 1/2 — 1-pedales. Affinis videtur *Sp. aegyptiacae* C. H. Schultz Bip. (*Picris pilosa* Del. flor. aeg. et DC. Prodr. VII. p. 130.), quae differt indumento e pilis confertis patentibus consistente, foliis oblongis dentatis, capitulis longius pedunculatis etc.

Obs. Hucusque generis *Spitzelia* Africae borealis peculiaris species in Europa nondum observata est.

126. **Crepis pygmaea** L. DC. Prodr. VII. 169. — Pl. exs. a. 1845. n. 1246.

Hab. in monte la Sagra Sierra in glareosis calcareis aridissimis ad nivem deliquescentem in consortio *Platycapni*

saxicolae, ubi d. 15. Julii florentem fructigeramque legi. In Hispania, quantum scio, nondum observata erat.

127. **Picridium intermedium** C. H. Schultz Bip. apud Webb, Berth. Canar.

Legi pauca specimina florentia mense Febr. 1846 prope oppidum Ayamonte.

128. **Hieracium phlomoides** Froel. sec. C. H. Schultz Bip. — Pl. exs. a. 1845. n. 1222.

Hab. in Sierra de Maria, in fissuris rupium lateris septentrionalis, ad alt. circ. 5000—6500′, ubi d. 12. Julii cum floribus fructibusque legi.

129. **Hieracium praecox** C. H. Schultz Bip. in Pollichia IX. — Pl. exs. a. 1846. n. 1412.

Hab. in montibus prope urbem Barcelona atque in Monte Serrato, ubi medio Aprili 1846 cum floribus legi.

130. **Andryala Agardhii** Haens. Boiss. l. c. p. 392. t. 118. — Pl. exs. a. 1845. n. 1040.

Legi speciem antea non nisi in Sierra Tejeda, ubi ipse eam d. 9. Junii nondum florentem reperi, et in Sierra Nevada observatam in montibus Sierra de Maria et la Sagra, ubi in regione alpina in fissuris rupium glareosisque lateris septentrionalis abundat, d. 12. et 15. Julii cum floribus et fructibus.

131. **Jasione foliosa** Cav. Cf. Boiss. l. c. p. 398. — Pl. exs. a. 1845. n. 1326.

Abundat in fissuris rupium in formatione grauwackana Sierrae Morenae, v. c. in faucibus Despeñaperros, ubi hanc speciem hucusque non nisi paucis Hispaniae meridionalis locis observatam d. 29. Aug. defloratam et fere exsiccatam legi.

132. **Campanula dichotoma** L. Cf. DC. Prodr. VII. 462. (*C. afra* Cav. in Anal. d. cienc. nat. III. p. 21.) — Pl. exs. a. 1845. n. 1101.

Hab. satis frequens in Sierra de las Almijarras in arenosis sub fruticibus denstis, ubi d. 17. Junii cum floribus legi. Pauca specimina observavi quoque in montibus Sierra Tejeda et Sierra de Lujar.

133. Campanula macrorrhiza Gay *β. pubescens* DC. Prodr. VII. 476. — Pl. exs. a. 1845. n. 1243.

Hab. in Pinetis montis la Sagra Sierra in latere australi et occidentali ad alt. circ. 5000′ passim. D. 15. Julii c. flor.

Obs. Specimina mea foliis majoribus et praecipue stylo longe exserto a forma in colle Tenda crescente differunt.

134. Erica australis L. — Pl. exs. a. 1845. n. 1342.

Abundat in formatione grauwackana montium Algarbiensium, ubi d. 6. Febr. 1846 florentem legi. Provenit etiam in Sierra Morena occidentali.

Obs. Species a me in Serto Florae hispanicae (Flora 1852) sub nomine *Ericae australis* enumerata (Pl. exs. a. 1850. n. 420.) est species nova ab *E. australi* distinctissima, cui nomen *E. aragonensis* imposui. Quum diagnosis *E. australis* in DC. Prodr. VII. p. 666. data utrique speciei conveniat, diagnoses ambarum specierum hoc loco addere volo:

Erica australis L. Cf. Boiss. l. c. p. 405. Elata, ramulis minute puberulis, foliis quaternis erecto-patentibus linearibus, obtusis, dorso leviter sulcatis, glaberrimis; floribus subsessilibus ad ramulorum apices umbellato-fasciculatis; sepalis late-ovatis vel subrotundis, acute carinatis, breviter acuminatis, purpurascentibus, carina viridi, margine albo-membranaceis bracteisque lanceolatis semiteretibus rubellis obtusis margine dense fibrillato-ciliolatis; corolla speciosa ($3\frac{1}{2}$ —4‴ longa) e basi ovata tubulosa, fauce subampliata, breviter quinqueloba, lobis ovato-rotundatis rectis; antherarum inclusarum appendicibus subpinnato-incisis, ovario hirsuto, stigmate exserto capitato.

Frutex — in regno Algarbiensi saltem — 3—4-pedalis nec humilis, ut dicit cl. Boissier. Rami stricti ut in *E. stricta* Andr. cujus specimina possideo e Sierra Nevada, et quae differt calyce ebracteato, sepalis lanceolatis, margine glabris, corollis brevioribus (3‴ longis) ore contractis, lobis brevissimis revolutis; appendicibus subulatis, integerrimis.

Erica aragonensis Willk. Humilis, truncis ramosissimis, ramulis erectis confertis subfastigiatis, junioribus breviter puberulis; foliis quaternis, linearibus, obtusis, dorso profunde sulcatis, glaberrimis; floribus subsessilibus ad ramulorum apices umbellato-fasciculatis; calyce bracteato, bracteis ovatis acutis purpurascentibus, sepalis ovatis obtuse carinatis acutis (sed non apiculatis, nervo medio non excurrente), purpurascentibus, margine anguste albo-membranaceis vix ciliolatis; corolla cylindrico-tubulosa (3‴ longa), fauce non ampliata, imo subcontracta, lobis rectis, subquadratis, leviter emarginatis: antherarum inclusarum appendicibus non nisi margine exteriore inciso-dentatis, ovario hirsuto, stigmate longius exserto, capitato.

Frutex $1\frac{1}{2}$—2-pedalis, truncis adscendentibus, floribus ob ramulos subfastigiatos in thyrsos fastigiatos congestis. Folia minora, angustiora et confertiora, quam in *E. australi*, cui maxime affinis, quoad dispositionem florum, calycem bracteatum, et figuram corollae. Habitu ab hac specie toto coelo abhorret.

Obs. Erica umbellata a cl. Asso in Synops. stirp. indig. Aragoniae p. 49. e monte Moncayo, ubi species mea habitat, laudata propter antheras „aristatas" identica cum *E. aragonensi* esse videtur.

135. **Erica umbellata** L. DC. l. c. — Pl. exs. a. 1845. n. 1347.

Defloratam legi d. 2. Oct. in Sierra Morena occidentali inter Venta de Culebrin et la Puebla del Conde, florentem d. 4. Febr. 1846 in regno Algarbiorum in collibus arenosis inter opp. Faro et Albufeira, ubi abundat.

136. **Rhododendron ponticum** L. Cf. Boiss. l. c. p. 406. — Pl. exs. a. 1846. n. 1390.

Abundat ad rivulos alpestres cacuminis granitici Foia in Sierra de Monchique in Algarbiis, ubi d. 14. Febr. florentem legi.

Corolliflorae.

137. **Phillyrea media** L. — Pl. exs. a. 1845. n. 1319.

Hab. in silvaticis Sierrae Morenae per totum tractum, praecipue in vallibus majoribus partis occidentalis, v. c. inter pagum la Puebla del Conde et opp. Aracena, ubi d. 28. Sept. hunc fruticem elatum, in Boetica antea non nisi prope opp. Estepona a cl. Haenseler observatum, cum fruct. legi.

138. **Phillyrea latifolia** L. Cf. Boiss. l. c. p. 408.

Hab. in nemoribus montium ad fretum gibraltaricum sitorum ad rivulos passim. D. 22. Martii 1845 absque flor.

Obs. Frutex arborescens satis excelsus, foliis magnis ovatis, a *Ph. media* abunde distinctus! — In Hispania nondum observatus erat.

139. **Vincetoxicum nigrum** Schult. Prodr. VIII. 524. — Pl. exs. a. 1845. n. 123. suppl.

Speciem antea in regno Granatensi non nisi in Sierra Nevada observatam florentem legi d. 11. Julii in pinetis lateris septentrionalis montis Sierra de Maria, praecipue loco el Barrancón dicto, ad alt. 4—5000'.

140. **Erythraea Boissieri** Willk. — Pl. exs. a. 1845. n. 972. ex parte! (*E. major* Boiss. l. c. p. 412. non Hffgg. Lk.) Cf. Griseb. in Prodr. IX. p. 58.

Glaberrima, caule erecto, pedali et ultra, tetragono, quadrialato, inde a basi ramoso, ramis erecto-patulis; foliis radicalibus obovato-oblongis 2-pollicaribus, $^1/_2$ pollicem latis, obtusissimis; caulinis inferioribus late-linearibus (4—5‴ latis) summisque e basi ovata sensim acutatis apice acutiusculis, omnibus nervis tribus mediis validis et duobus marginalibus tenuioribus instructis; floribus ad apicem ramorum laxe trichotome congestis, paniculam amplam constituentibus, breviter pedicellatis; tubo corollae speciosae persicinae calycem paulo superante, lobis angustis, lineari-lanceolatis breviter acuminatis obtusis, genitalibus longe exsertis.

Legi speciem pulcherrimam in dumetis montium inter pagos Competa et Frigiliana in ora Granatensi sitorum (d. 11. Junii c. flor.) et prope opp. Velez- de Benandalla loco Cuesta de la Cebada (d. 16. Junii).

Species quasi intermedia inter *E. Centaurium* L. et *E. majorem* Hffgg. Lk. *E. Centaurium* differt foliis elliptico-oblongis vel ovatis multo brevioribus latioribusque, floribus parvis, tubo corollae calycem duplo superante, lobis rotundatis; *E. major* foliis radicalibus spathulatis vel lanceolatis multo angustioribus, obsolete-nervosis (trinerviis), in rosulam expansis; caule non nisi superne thyrsoideo-ramoso, ramis confertifloris, tubo corollae calyce fere duplo longiore, lobis lanceolatis non acuminatis, obtusis.

141. **Convolvulus lineatus** L. — Pl. exs. a. 1845. n. 1105.

Hab. raro in saxosis planitiei altae inter Sierram de las Almijarras et la Vega de Granada sitae (d. 17. Junii c. flor.), copiosius in Sierra de Alfacar in glareosis regionis alpinae

inferioris (d. 1. Julii c. flor.); abundat in argillosis partis regni Granatensis orientalis inde a pago Dierma usque ad confinia regni Murcici (mense Julio c. flor. et defl.). Antea in Boetica non nisi prope Ronda et Antequera observatus erat.

142. Echium pyramidatum DC. Prodr. X. 23. (*E. italicum* L. Boiss. l. c. p. 423.) — Pl. exs. a. 1845. n. 1198.

Legi speciem per totam Hispaniam meridionalem et centralem pervulgatam sed antea in regno Granatensi non nisi prope Alhaurin a cl. Haenseler observatam d. 10. Julii in ruderatis prope opp. Baza et d. 15. Julii in graminosis inter pagum la Puebla de D. Fadrique et montem la Sagra et in argillosis planitici altae inter la Puebla et Maria sitae, cum flor. et fruct.

143. Echium glomeratum Poir. Boiss. l. c. p. 424. p. 124. — Pl. exs. a. 1845. n. 1177.

Hab. frequens in regno Granatensi septentrionali et regno Jenensi; ad vias et sepes prope urbem Granada orientem et septentrionem versus, inter pagum Nival et Granatam (d. 2. Julii c. flor.), in argillosis circa Piñar et Isnallóz (d. 26. Jul. c. flor.). Abundat in vallibus fluviorum Rio de Cubillas, Rio Benalna, Rio de Campillos, Rio de Jaen, in argillosis inter urbem Jaen et opp. Baëza, inter opp. Ubeda et fluv. Guadalimar etc. (Augusto defl.). Antea species haec gigantea non nisi prope Alhama et in Serrania de Ronda observata erat.

144. Heliotropium supinum Clus. — Pl. exs. a. 1845. n. 1310.

Abundat in argillosis inter opp. Ubeda et flum. Guadalquivir (d. 26. Aug. c. flor. et fruct.), in valle flum. Guadalquivir inter opp. Andujar et Montoro et in Sierra Morena, praecipue in planitie alta granitica los Pedroches dicta circa pagos. Species in Hispania occidentali-centrali communissima in Boetica antea non nisi prope Malacam observata erat.

145. **Withania frutescens** Boiss. l. c. p. 437. — Pl. exs. a. 1845. n. 982.

Hab. copiose in sepibus prope opp. Velez-Malaga, ubi d. 7. Junii florentem fructiferamque legi. Hanc speciem eximiam antea nonnisi loco citato et prope Motril repertam observavi quoque inter Velez-Malaga et Canillas de Aceytuno, circa Almunecar, Velez de Benandalla, inter Motril et Calahonda et prope Cuevas-Overa.

146. **Atropa baetica** Willk. — Pl. exs. a. 1845. n. 1230. (*Scopolina atropoides* Willk. in Bot. Zeitg. 1846. p. 37. non Schultes.)

Perennis glaberrima, rhizomate crasso lignoso multicipite; caulibus 1—1½-pedalibus erectis, herbaceis, robustis, angulatis, simplicibus vel apice ramulosis, foliosis; foliis petiolatis, ovalibus, breviter acuminatis acutis, in petiolum latum cuneatim attenuatis, subcoriaceis, penninerviis, nervis crassis; floribus axillaribus, solitariis, longe pedunculatis, erectis; calyce inflato, campanulato, profunde quinquefido, lobis ovatis, apiculatis; corolla calyce duplo longiore, infundibuliformi, e viridi lutea, tubo sub fauce constricto, lobis rectis ovatis obtusis; staminibus exsertis, filamentis filiformibus, fauce insertis; basi dilatatis, lanatis styloque longe exserto declinatis; antheris ovatis pallide luteis, stigmate reniformi, sulcato, papilloso; bacca . . . . . .

Hab. in Sierra de Maria in glareosis rupibusque umbrosis in valle nemorosa el Barrancón ad alt. circ. 5000—5500′ copiose, ubi d. 13. Julii 1845 florentem legi.

Tota planta luteo-viridis, rhizomate, ut videtur, horizontali. Caulis crassus, succulentus. Folia inferiora cum petiolo 4-pollicaria, 1½—2 poll. lata. *A. Belladonna* L. in Hispania huncusque non nisi in provinciis septentrionalibus

observata, caule altiore, foliis membranaceis longius acuminatis, lobis calycinis e basi ovata longe acuminatis, corolla multo majore campanulata e viridi purpurascente, staminibus inclusis, stylo corollam aequante totoque habitu a nostra specie abunde differt.

147. **Verbascum giganteum** Willk. — Pl. exs. a. 1845. n. 1270.

Perenne?, totum tomento lutescente densissimo non detergibili vestitum; caule elato, stricto, simplicissimo, crasso, lignoso, angulato; foliis crassis, radicalibus ovali-lanceolatis, in petiolum angustatis, apice obtusis, margine obsolete crenatis, caulinis longe (a folio ad folium) decurrentibus, lanceolatis, acuminatis, integerrimis, alis sensim angustatis; foliis floralibus longe et tenuiter acuminatis, acumine propter tomentum lanatum quasi plumoso; floribus sessilibus in spicam compactam longissimam cylindricam densissime congestis, tomento crasso fere sepultis, bracteis longe acuminatis calyces aequantibus; calycis extus densissime lanato-tomentosi laciniis angustissimis pagina interiore glabris; corolla parvula, calyce paululum longiore, limbo concavo extus dense tomentoso; staminibus omnibus lana albescente longa dense vestitis, antheris reniformibus, stylo exserto; capsula tomento detergibili tecta, seminibus parvis, obconicis, sulcatis, transverse rugulosis, olivaceis.

Hab. in monte micaceo-schistoso Sierra de Filabres provinciae Almeriensis in pascuis humidis subalpinis ad alt. circ. 5000′, ubi d. 23. Julii 1845 cum floribus et fructibus legi.

Planta adulta 3—4-pedalis, caule pollicem crasso lignoso stricto et simplici. Folia radicalia pedalia et ultra, 3—4 poll. lata, caulina sensim decrescentia. Spica diametro 1—1 ½ poll. lata, 2—2 ½ pedes longa! — Species e sectione

Thapsus (Prodr. X. 225), affinis *V. macruro* Ten. (Walp. Rep. III. 128.), quod differt praecipue corollis calyce quadruplo longioribus (diametro 14 — 15‴ tenente, in nostra vix 5‴), lana filamentorum flava, statura minore.

148. **Scrophularia sciaphila** Willk. in Bot. Zeit. 1850. p. 77. — Pl. exs. a. 1845. n. 1073.

Hab. ad sepes umbrosas humidas prope pagulum Lagna ad radices Sierra de Lujar ad alt. c. 1500′, ubi d. 15. Junii 1845 florentem fructiferamque legi.

Obs. Scr. hispanica Coss. Not. III. (Juin 1851), a cl. Bourgeau d. 26. Majo 1850 in regno Murcico lecta ex descriptione identica cum specie mea esse videtur.

149. **Linaria satureioides** Boiss. l. c. p. 463. t. 133. — Pl. exs. a. 1845. n. 779. suppl.

Legi speciem satis raram in Sierra Tejeda atque in Sierra de las Almijarras d. 9. et 17. Junii cum floribus fructibusque.

150. **Linaria amethystea** Hffgg. Lk. Flore port. p. 253. t. 47. — Pl. exs. a. 1846. n. 1388.

Hab. in agris, muris locisque graminosis umbrosis montium Algarbiensium, v. c. prope opp. Monchique, ubi in muris abundat. D. 13. Febr. cum flor. et fruct.

151. **Linaria lusitanica** Hffgg. Lk. l. c. p. 247. t. 43. — Pl. exs. a. 1846. n. 1373.

Hab. sepulta in arena mobili maritima ad oram maris atlantici prope oppidum Algarbiorum Villa real raro. D. 30. Januarii 1846. c. flor. et fruct.

152. **Linaria linogrisea** Hffgg. Lk. l. c. p. 240. t. 41. — Pl. exs. a. 1846. n. 1395.

Abundat in arenosis maritimis Algarbiorum inde ab oppido Albufeira occidentem versus usque ad promont. Sancti Vincentii. D. 16. Febr. cum flor. et fruct.

153. **Linaria praecox** Hffgg. Lk. l. c. p. 233. t. 37. — Pl. exs. a. 1846. n. 1377.

Abundat in arenosis circa oppid. Ayamonte atque in tota zona litorali regni Algarbiensis. Januario et Febr. c. flor. et fruct.

154. **Erinus alpinus** L. — Pl. exs. a. 1845. n. 1225.

Hab. in Sierra de Maria in cavis rupium superficiei superioris ad alt. circ. 6000', ubi d. 12. Julii florentem legi.

155. **Lafuentea rotundifolia** Lag. nov. gen. et sp. n. 249. — Pl. exs. a. 1845. n. 1090.

Hab. frequens in fissuris rupium calcarearum prope oppidulum Velez de Benaudalla, praecipue ad viam, quae ducit ad fluv. Rio Grande, ubi d. 16. Junii florentem legi. Antea non nisi in regno Granatensi orientali a cl. Clemente observata erat.

156. **Odontites tenuifolia** Don. Cf. Benth. in DC. Prodr. X. p. 549. — Pl. exs. a. 1845. n. 1334.

Abundat in Sierra Morena sub dumetis in planitie granitica los Pedroches dicta, ubi d. 6. Sept. inter Villanueva de Cordoba et Fuencaliente florentem legi.

157. **Orobanche foetida** Desf. Cf. Boiss. l. c. p. 475. — Pl. exs. a. 1845. n. 1045.

Speciem hanc magnificam multis locis regni Granatensis litoralis legi: prope pag. Fuengirola (d. 18. Apr. 1845. c. flor.), in vineis circa pag. Canillas de Aceytuno et Sedella in radic. Ononidis viscosae (d. 11. Junii c. flor.), in montibus inter Competa et Frigiliana, ubi abundat (d. 11. Jun.), prope opp. Nerja (d. 12. Jun.), in colle San Antón pr. Malacam (Majo 1845).

158. **Ceratocalyx macrolepis** Coss. in Ann. sc. nat. IX. (1848.) p. 146. cum icone optima! — Pl. exs. a. 1846. n. 1416.

Hanc plantam insignem primum, ut videtur, a cl. Durieu in Algeria detectam, legi ego primus in Europa d. 28. Maji 1844 in collibus calcareis prope opp. Chiva in regno valentino, anno sequente (d. 18. Apr.) in provinc. Malacitana prope Fuengirola et anno 1846 in Catalaunia in colle Monjuich prope Barcinonem (d. 4. Apr.) et in vineis collibusque inter pagum Bruch et Montem Serratum (d. 14. Apr.), ubi in radicibus *Rosmarini officinalis* Cistorumque variorum abundat. Iisdem fere Catalauniae locis cl. Bourgeau mens. Aprili et Majo anni 1847 hanc plantam reperit, ad cujus specimina a cl. Cosson l. c. descripta et figurata est. Plerumque crescit in radicibus Cistorum.

159. **Lavandula dentata** L. — Pl. exs. a. 1845. n. 1258.

Legi in rupibus apricis in valle inter oppida Huercal-Overa et Cuevas-Overa in prov. Almeriensi d. 20. Jul. deflor.

160. **Salvia Candelabrum** Boiss. l. c. p. 480. t. 136. — Pl. exs. a. 1845. n. 1097.

Legi speciem magnificam antea non nisi in Serrania de Ronda observatam d. 16. Junii florentem fructiferamque in Sierra de las Almijarras, ubi infra pagum Guajar alto in sepibus frutices satis elatos truncis pollicum 2 diametro format.

161. **Salvia argentea** L. (*S. patula* Desf.) — Pl. exs. a. 1845. n. 1520.

Hab. in agris in parte infima montis la Sagra Sierra passim, ubi d. 15. Jul. florentem fructiferamque legi.

162. **Salvia phlomoides** Asso. Cf. Boiss. l. c. p. 483. — Pl. exs. a. 1845. n. 1179.

Abundat in argillosis aridis, praecipue salsuginosis, planitiei altae inter pagum Dierma, montem Sierra de Gor et opp. Baza sitae atque in vallibus montis Sierra de Huetor, ubi d. 8. Julii florentem fructigeramque legi. Observavi quoque

speciem pulcherrimam antea quoad regnum Granatense non nisi in Sierra Nevada et prope Alfacar repertam in jugo alto las Vertientes et inter pag. Maria et la Puebla de Don Fadrique in prov. Almeriensi.

163. Thymus hirtus W. *γ.* **capitatus** Boiss. l. c. p. 488. t. 138b. — Pl. exs. a. 1845. n. **1269.**

Abundat in summis jugis montis micaceo-schistosi Sierra de Filabres ad alt. c. 5000′, ubi d. **23.** Julii florentem legi.

164. Thymus Granatensis Boiss. l. c. p. 491. t. 140. — Pl. exs. a. 1845. n. **1221.**

Legi florentem d. **1.** Jul. in Sierra de Alfacar.

165. Thymus longiflorus Boiss. l. c. p. 492. t. 142. — Pl. exs. a. 1845. n. **996.**

Species haec pulcherrima, a cl. Boissier in Sierra Tejeda detecta, provenit multis regni Granatensis locis: in latere meridionali Sierrae de Lujar supra pagulum Lagna copiose (d. **15.** Junii c. flor.); prope oppidulum Velez de Benandalla et per totum tractum Sierrae de las Almijarras (d. **16.** et **17.** Junii); in regno Granatensi orientali inter Cullar de Baza et las Vertientes atque inter Chirivel et Maria loco Puerto viejo.

166. Thymus membranaceus Boiss. l. c. p. 493. t. 143. — Pl. exs. a. 1845. n. **1235.**

Abundat in collibus aridis calcareis inter pagum Maria et las Cañadas in prov. Almeriensi, ubi d. **14.** Julii florentem legi. A cl. Boissier non nisi in Sierra de Gador repertus erat.

167. Scutellaria orientalis L. Cf. Benth. in Prodr. XII. p. 418. Forma genuina, corollis flavis. — Pl. exs. a. 1845. n. **1245.**

Hab. in monte la Sagra Sierra in glareosis sub dumetis spinosis in latere australi et occidentali ad alt. c. 5500 — 6500′, ubi d. **15.** Julii florentem legi.

168. Nepeta tuberosa L. Cf. Boiss. l. c. p. 502. — Pl. exs. a. 1845. n. 1062.

Hab. montibus inter opp. Nerja et Almuñecar passim, praecipue prope Castillo de la Herradura, ubi d. 12. Junii florentem legi.

169. Sideritis arborescens Salzm. Boiss. l. c. p. 505. t. 146. — Pl. exs. a. 1845. n. 319. suppl.

Hab. ad margines vinearum inter oppid. Velez-Malaga et pagum Canillas de Aceytuno, ubi d. 8. Junii pauca specimina reperi.

170. Sideritis lincarifolia Lag. Cf. Willk. Strand- und Steppengebiete d. ib. Halbins. p. 134. — Pl. exs. a. 1845. n. 1188.

Abundat in sterilibus planitici altae salsuginosae circa opp. Guadix, ubi d. 8. Julii florentem legi.

Var. *incana*. Caules superne cum bracteis calycibusque pilis mollibus lanatis crispis dense vestiti. Verticillastri valde remoti. An species distincta? — Hab. in prov. Almeriensi in sterilibus ad viam regiam inter las Vertientes et Chirivel, ubi d. 11. Julii florentem legi. Herba foetidissima. — Pl. exs. a. 1845. n. 1209.

171. Sideritis angustifolia Lam. Willk. l. c. — Pl. exs. a. 1845. n. 977.

Hab. in rupestribus aridis apricis collis S. Antón prope Malacam copiose, ubi d. 6. Junii florentem legi.

172. Sideritis serrata Lag. nov. gen. et sp. n. 237. Cf. Willk. Sert. Flor. hisp. in Flora 1852. — Pl. exs. a. 1845. n. 1393.

Abundat in collibus calcareis aridis ad fluvium Guadalquivir prope opp. Ubeda sitorum, ubi d. 26. Aug. defloratam legi. In Boetica nondum lecta erat.

173. **Sideritis stachydioides** Willk. in Bot. Zeit. 1850. p. 78. — Pl. exs. a. 1845. n. 1212.

Abundat in fissuris rupium in latere septentrionali montis Sierrae de Maria ad alt. c. 5000′, ubi d. 12. Julii florentem fructiferamque legi.

174. **Marrubium supinum** L. Benth. in Prodr. XII. 450. (*M. sericeum* Boiss. l. c. p. 503. t. 148.). — Pl. exs. 1845. n. 80. suppl.

Haec species a cl. Boissier non nisi in Sierra Nevada et Sierra de Gador observata multis regni Granatensis centralis et orientalis locis creseit: Sierra de Alfacar, Sierra de Jarana, Sierra de Maria, la Sagra, Muela de Montalbiche, Sierra de Filabres etc. (Julio c. flor. et fruct.).

175. **Teucrium buxifolium** Schreb. Benth. l. c. 591. — Pl. exs. a. 1845. n. 1254.

Hab. in fissuris rupium apricis montis calcarei Muela de Montalbiche prope Velez-Blanco in prov. Almeriensi, ubi d. 19. Julii florens legi. In regno Granatensi nondum observatum erat.

176. **Teucrium Webbianum** Boiss. l. c. p. 513. — Pl. exs. a. 1845. n. 233. suppl.

Speciem antea non nisi in Sierra Nevada observatam legi d. 13. Julii in arenosis pinetorum ad radices septentrionales Sierrae de Maria sitorum et d. 15. Julii in collibus dumosis inter pagum la Puebla de D. Fadrique et montem la Sagra.

177. **Teucrium granatense** Boiss. Rent. Pugill. pl. nov. p. 99. (*T. pyrenaicum β. granatense* Boiss. voy. Esp. p. 515.) — Pl. exs. a. 1845. n. 1305.

Crescit in fissuris rupium calcarearum in montibus regni Jenensis, v. c. loco la Puerta de Arenas, ubi d. 23. Aug.

floribus legi. Antea non nisi in Sierra Nevada observatum erat.

178. **Teucrium Funckianum** Willk. in Strand- u. Steppengeb. der ib. Halbins. p. 134.

Legi in sterilibus salsuginosis inter pag. las Vertientes et Sierra de Maria atque secus radices septentrionales montis Sierra de Gor in regno Granatensi orientali, mense Julio deflor.

179. **Teucrium eriocephalum** Willk. — Pl. exs. a. 1845. n. 1057.

Suffruticosum, erectum, ramosum, ramis erectis, gracilibus, teretibus, plus minus albo-lanatis; foliis in caulibus vetustis densissime congestis, in ramis florigeris per paria remota dispositis, ex axillis fasciculos foliorum juvenilium vel ramulos breves foliosos edentibus, omnibus lingulatis, basi lata sessilibus, semiamplexicaulibus, obtusissimis, margine valde revolutis et profunde crenatis, in pagina superiore nervo medio sulcatis, valde et grosse rugosis, in pagina inferiore nervo medio lateralibusque albis valde prominulis instructis, in utraque pagina viridibus, plus minus albo-lanatis; verticillastris multis in capitula compacta, primum ovato-cylindrica, sub anthesi ovato-globosa densisissime congestis, capitulis summis approximatis subsessilibus, inferioribus in axillis summorum foliorum parium pedunculatis, omnibus longe denseque lanatis; floribus subsessilibus, bracteis calyces aequantibus vel eis longioribus, anguste spathulatis, viridibus, nervo medio valido albo instructis, in pagina superiore glabris, in inferiore margineque lanatis; calycis campanulati dense lanati dentibus subaequalibus triangularibus uninerviis; corollae parvae albae tubo incluso, lobo inferiore elongato rotundato planiusculo; antheris luteis; nuculis . . . . . .

Hab. locis rupestribus glareosisque calcareis aridis montium orae Granatensis; inter Frigiliana et Nerja (d. 11. Junii 1845 cum flor.), inter Nerja et Almuñecar, circa Salobreña, in collibus prope Motril.

Species e sectione *Polium* (Benth. in DC. Prodr. XII. p. 590.), maxime affinis, ut videtur, *T. Haenselcri* Boiss. l. c. p. 518. t. 152., quod foliis lanceolatis quaternatim quinatimve in verticillos approximatos dispositis, capitulis multo magis conglomeratis, primum acute pyramidatis, deinde ovatis, corollae lobo inferiore lanceolato cucullato, antheris rubris etc. valde distinctum est. A *T. Polii* formis, quarum permultas in Hispania legi, species mea omnino abhorret. An *T. lanigerum* Lag.? —

Suffrutex $^1/_2$—1-pedalis, colore cinereo. Rami juniores rubentes. Folia 4—6‴ longa, 2—3‴ lata. Capitula 4—8‴ longa, 4—5‴ lata, multo magis compacta quam in *T. compacto* Lag. et in *T. capitato* L.

180. **Vitex agnus castus** L. — Pl. exs. a. 1845. n. 1272.

Hab. frequens in sepibus circa oppidum Guadix, ubi d. 24. Julii florentem legi. Observavi quoque ad ripas flum. Guadalquivir prope opp. Montoro, circa urbem Sevilla et alibi in Boetica inferiore.

181. **Anagallis linifolia** L. Cf. DC. Prodr. VIII. p. 70. — Pl. exs. a. 1845. n. 496. suppl.

zwischen Connectivum und Scheidewänden eintritt. Hier sieht man deutlich die grünen, reichlich mit Chlorophyll und nur mit wenig Granulum gefüllten Connectivzellen bis in die Mitte der beiden Thecae hineinragen, einen leistenartigen, querliegenden, jederseits mit einem Haken versehenen Vorsprung bilden und sich dann einem grau gefärbten Zellengewebe dicht anschliessen, das dann die vollständige Trennung der beiden Thecae bewirkt. Aehnlich ist es auch bei *Chelone* (*glabra, Lyoni*) und auch bei *Alonsoa incisifolia.* — Somit gehört ein Theil der Scheidewandzellen offenbar dem Connectivum an, und obgleich nur die Farbe maassgebend ist, da die Form beider Zellen wohl dieselbe ist, so dürfte sie allein doch hinreichend sein, um Connectiv- und Scheidewandzellen zu charakterisiren. — Erstere zeichnen sich, wie schon erwähnt, durch eine grüne, vom Chlorophyll herrührende Farbe aus, während die graue Färbung der letztern von dem in den Zellen enthaltenen, nicht geringen Theil Granulum herrührt. — Connectivum und Scheidewandzellen bei *Tradescantia* zeichnen sich vor allen anderen Antherenzellen, Pollenzellen, Spezialmutterzellen, Mutterzellen und auch der peripherischen ersten und zweiten Zellenschicht dadurch aus, dass sie ziemlich grosse, speerförmige Kalkkrystalle in ihrem Lumen zeigen, die näher betrachtet Octaëder mit 2 gleichen und einer ungleichen Axe, die im Verhältniss zu den beiden andern häufig sehr lang ist, sein dürften. Diese Octaëder gehen nun auch zuweilen in den Scheidewandzellen in kleine Säulen über, behalten jedoch in den Connectivzellen, soviel ich beobachten konnte, immer die Octaëderform bei. — Bemerkt sei hier, dass ein Krystall auch immer in einer Zelle liegt, und sich nicht etwa durch zwei oder gar noch mehre hindurchzieht und die Zellwände durchbohrt. Die Beobachter, die an diese Durchbrechungen der Wände glauben, irren, und haben wahr-

scheinlich durch einen nicht ganz geschickt geführten Schnitt die spitzen Krystallnadeln in die anderen Zellen hineingetrieben. — Ich glaube hier auf die Gleichmässigkeit des Scheidewand-, des Connectivums- und des Filament-Zellengewebes hinweisen zu müssen, das sich dadurch, dass es Krystalle enthält, unmittelbar an das Gewebe des Stengels, der Blätter u. s. w. anschliesst, die ebenfalls fast in allen ihren Zellen kleinere oder grössere Kalkkrystalle erblicken lassen. Hierdurch ist aber nun auch zugleich die Verschiedenheit des Connectiv-Gewebes und der Mutterzellen angedeutet; denn in den letzteren werden wohl jedenfalls die sich bildenden Kalktheile entweder sofort aufgelöst und zersetzt, oder sie dürften auf irgend eine Art ausgeschieden werden.

Untersucht man *Commelina*, so erblickt man Connectivum und Scheidewände im Verhältniss zu den sehr grossen Antheren-Loculamenten so klein, dass man im ausgebildeten Zustande der Anthere, da nämlich, wo der Pollen bereits ausgetreten ist, fast an dem Vorhandensein von Scheidewänden zweifeln könnte; während *Tropaeolum* (*majus*) sich durch seine kleinen Antherenfächer, durch das im Verhältniss zu diesen grosse Connectivum und durch seine breiten Scheidewände auszeichnet. — An *Tropaeolum* dürfte sich zunächst *Viola* unter den von mir untersuchten Pflanzen anschliessen, die sich ebenfalls durch ein stärker gebildetes Connectivum characterisirt und gewissermassen nebst *Chelone*, einigen *Verbasceen* und *Scrophularineen* (*Pedicularis*, *Melampyrum*, *Digitalis*, *Scrophularia*) den Uebergang zu den Pflanzen mit normalem Connectivum und normalen Scheidewänden bildet. Wenn ich von normalem Connectivum spreche, so verstehe ich hierunter eine proportionale Ausbildung, die zwischen Antherenloculamenten, Scheidewand und Connectivum obwaltet, so dass die Thecae weder zu klein im Verhältniss

zur ganzen Anthere durch starke Ausdehnung der Scheidewand erscheinen, noch sich sehr stark auf Kosten des Mittelbandes und der Scheidewandzellen ausdehnen. — *Viola* bildet somit den Uebergang zu den *Solaneen* (*S. tuberosum*, *Hyoscyamus*, *Nicotiana*), *Papaveraceen*, *Ranunculaceen*, *Fumariaceen*, *Oenotheren* und den meisten *Gramineen*. Bei vielen Pflanzen dieser Familien zeigen die Zellen des Connectivums einen Mangel an Chlorophyll (*Secale*, *Poa*), und deshalb ist auch bei ihnen schwer oder fast unmöglich die Grenze des Mittelbandes zu bezeichnen, zumal die Scheidewandzellen, da sie gross sind, mit den seitlichen Connectivzellen grössere Aehnlichkeit haben, als mit den mittleren, kleineren, die dicht an einander gelagert sind. — Wird die zweite Zellenschicht des peripherischen Gewebes der Mutterzellen für den Pollen in Spiralfasern umgewandelt, so geht auch fast gleichzeitig die Verwandlung eines Theiles der Connectiv- und der Scheidewandzellen vor sich, und zwar ist in der Regel bei der proportionalen Ausbildung des Connectivums und der Scheidewände jene Umwandlung nie so bedeutend (*Cobaea scandens*, *Oenothera*), als bei der nicht normalen, bei welcher sich die Scheidewände auf Kosten der Loculamente bedeutend ausgebreitet haben (*Verbascum* u. s. w.). Dass nun bald ein grösserer Theil der Scheidewandzellen (*Verbascum*, *Papaver*), als der Connectivzellen, sich in Spiralfaserzellen verwandelt und umgekehrt (*Oenothera*, *Cysticapnos Africana*), sei hier noch kurz erwähnt. — Nie verwandelt sich das Gefässbündel des Mittelbandes in Spiralfasern, selbst wenn die andern rund herumliegenden Zellen diese Umwandlung wahrnehmen lassen. — Die Beobachtung der Anthere und der Verlauf der Entwickelung zeigen deutlich, dass die früher von Naturforschern aufgestellte Behauptung: „die Scheidewände wüchsen von dem Connectivum aus

erst in späteren Zeiten in die Fächer hinein", eine durchaus unbegründete ist, denn nochmals sei es hier erwähnt, dass Mittelband und Scheidewand viel früher als die Loculamente auftreten, und von vorne herein in dem Zellengewebe der Anthere angelegt sind; beide sind wohl ohne Zweifel das Parenchym, das nicht zur Pollenbildung verbraucht und nach der Pollenbildung nicht resorbirt wurde. — Somit ist auch die ganz falsche Ansicht, gegen die auch Schleiden protestirt, „die beiden Thecae seien an das Mittelband angewachsen", widerlegt.

Erwähnen muss ich noch zum Schlusse, dass die Auswüchse, die sich bei einigen Pflanzen an der Spitze der Antheren zeigen (wie z. B. bei den *Asclepiadeen* und den *Apocyneen*), nichts anderes, als Verlängerungen und Ausdehnungen des Mittelbandes sind. Dass diese oft die sonderbarsten Formen zeigen, beweiset unter andern das Rostellum der *Orchideen*, das mit flügelförmigen Fortsätzen versehene Connectivum der *Violeen* und die schon von Du Hamel beobachteten federartigen Fortsätze des Connectivums bei *Oleander*. Wohl nie beobachtete ich, dass die Zellen dieser Fortsätze in Spiralfaserzellen umgewandelt werden. Es ist aber die Klappe der *Asclepiadeen* und *Apocyneen*, so wie das Rostellum der *Orchideen* eine Verlängerung der mittleren Zellen des Mittelbandes, und diese dürften wohl nur in den seltensten Fällen (ich beobachtete nie eine totale Umwandlung) verwandelt werden. — Es scheinen jedoch zuweilen die Randzellen dieser Verlängerungen einen klebrigen Zellensaft zu bereiten, denn dieser dürfte z. B. nur allein bei den *Violeen* dazu beitragen, dass die Stamina so fest zusammenkleben, und bei einer nicht genauen, oberflächlichen Betrachtung verwachsen erscheinen. Vermittelst jenes klebrigen Zellen-Inhaltes werden bei den *Apocyneen* die Stamina an das Stigma

fortdauernd befestigt, es werden Insekten, die sich auf die Staubkolben setzen, festgehalten und erleiden gewöhnlich den Tod. —

Ebenso wie die Connectiva uns Auswüchse zeigen, lassen uns auch die Thecae solche erblicken, und die *Ericeen* dürften durch diese Erscheinung schon hinlänglich characterisirt sein. — Es sind diese Hervorragungen eigentlich nur Wucherungen der zwei ersten Zellenschichten an zwei bestimmten Stellen, die schon in der jüngsten Anthere auftreten. — Wohl zu unterscheiden von den Verlängerungen des Connectivums, die sich, ähnlich wie bei den *Violeen*, auch bei den *Compositen* vorfinden, sind die Auswüchse des Filamentum, wie sie uns *Amarantaceen* und *Campanulaceen* etwa zeigen. Bei diesen letzteren Familien sondern nämlich die Randzellen des sehr stark ausgedehnten Filamentums eine klebrige Flüssigkeit (wahrscheinlich Viscin), ähnlich den Connectivzellen, nur noch in einer etwas grössern Quantität, aus, und kleben fest zusammen, während die Antheren frei bleiben. —

An den Wunsch, dass meine Abhandlung dem Leser nicht missfallen, möchte ich die Bemerkung knüpfen, dass ich mir nicht etwa einbilde, durch den Aufsatz diese schönen Untersuchungen — die doch für jeden Naturhistoriker höchst interessant sein dürften — abgeschlossen zu haben. Sollte ich Männern, denen zu derartigen Untersuchungen mehr Zeit, als einem Lehrer beschieden, Veranlassung zu Nachuntersuchungen meiner Beobachtungen gegeben haben, so würde ich sehr erfreut sein, und darin einen grossen Lohn gefunden haben, weil man ohne Zweifel aus neuen Untersuchungen auch neue Resultate für die Zellentheorie ziehen würde. — Sollte ich

den Leser durch Spezialitäten ermüdet haben, so würde es mir leid thun; — doch glaubte ich, dass es Diesem oder Jenem, der sich für die eine oder die andere Pflanzenfamilie interessire, nicht unangenehm sein würde, auch etwas über ihre Zellenentwickelung zu erfahren, und vielleicht zu sehen, wie sich in *dieser* Beziehung sonst weit von einander entfernt stehende Familien an einander reihen. —

Erklärung der Figuren auf Tafel I.

Fig. 1. Durchschnitt einer jungen Anthere.

a. Die Stellen, an welchen später die vier Loculamente auftreten, sind mit einer gleichmässigen, hellgrünen, feinkörnigen Zellenmasse versehen.

b. Die Stelle, an der späterhin das Connectivum auftritt.

c. Dunkelgrünes, mehr grobkörniges Gewebe.

Fig. 2. Ein senkrechter Durchschnitt durch ein Loculamentum zeigt unten schon mehr neben einander liegende, ausgebildete Mutterzellen als oben.

Fig. 3. Vier einzelne Mutterzellen und ein kleiner Strang von 6 Mutterzellen, die aus aus einer Anthere, von etwa 0,50‴ Durchmesser freigelegt, von einer feinen Zellschicht umgeben sind. —

Fig. 4. Eine Mutterzelle zeigt eine Anhäufung von Protoplasma und Cytoblasma nach der Seite hin. Der Cytoblast wird dadurch verhüllt. —

Fig. 5. Mutterzellen, deren Inhalt in der Mitte stark angehäuft.

Fig. 6.
Fig. 7.
Fig. 8.
Fig. 9.

Bildung scheinbar transitorischer Cytoblasten und Zellen. Fig. 6 zeigt 3, Fig. 7 zeigt 8 solcher Zellkerne.

Fig. 10 und 11. Vergleiche Fig. 4 und 5, nur ist hier der Zelleninhalt einmal nicht sehr stark angehäuft, das andere Mal nimmt er einen grossen Theil des innern Raumes der Zelle ein.

Fig. 12. Mutterzelle.

a. Cytoblasten mit Granulum umgeben.

Fig. 13. Mutterzelle mit zwei Cytoblasten, die sich mit einer feinen Membran umgeben haben, die bereits bei *a.'* eingeschnürt ist.

Fig. 14. Zwei Cytoblasten vollständig mit Membranen umgeben.

Fig. 15. Auftreten des sekundären Cytoblasten, so dass vier Zellkerne sind, welche mit Granulum umgeben erscheinen.

Fig. 16. Stärkere Attraction des Granulums um die 4 Cytoblasten.

Fig. 17. Allmähliger Uebergang zur Bildung von vier Zellen durch Einschnürung der Membran.

Fig. 18. Vier Spezialmutterzellen liegen vollständig gebildet in der Mutterzelle.

a. Cytoblasten der Spezialmutterzellen.

Fig. 19. Mutterzelle.

a. Centraler Cytoblast.

Fig. 20. Mutterzelle.

b. Vier neue Cytoblasten, die bereits Zelleninhalt attrahirt; die Wandung beginnt sich einzubuchten. Uebergang zu 4 bald entstehenden, einzelnen Zellen.

Fig. 21. Mutterzelle.

a. Der bereits in Verflüchtigung begriffene Centralkern.

b. Die mit Granulum umgebenen, sehr deutlich auftretenden Cytoblasten.

Fig. 22. Mutterzelle. In ihr haben sich bereits die Nuclei, von denen jeder einzelne Nucleoli zeigt, mit einer feinen

Membran umgeben. Die vier Spezialmutterzellen sind vollständig ausgebildet.

Fig. 23. Mutterzelle mit 4 Spezialmutterzellen, die, vollkommen ausgebildet, ihre tetraëdrische Lage zeigen.

a. Parietaler Cytoblast der Spezialmutterzelle.

Fig. 24. Sehr häufig vorkommende tetraëdrische Lage der Cytoblasten mit einer Zellenmembran bereits umgeben.

a. Parietaler Cytoblast.

Fig. 25. Drei Spezialmutterzellen verdecken vollständig die vierte, die nur durch Rollen sichtbar wird.

Fig. 26. Halb-tetraëdrische Stellung der Spezialmutterzellen von *Alcea rosea.*

Fig. 27. Mutterzelle von *Cucurbita* mit 8 Spezialmutterzellen.

a. Zelle um den Centralkern gebildet.

b. Vier Spezialmutterzellen in tetraëdrischer Stellung.

Fig. 28. Uebergang der halb-tetraëdrischen Stellung (Fig. 26) in die tetraëdrische (Fig. 23. 24. 29).

Zelle *a.* deckt Zelle *b.* und *d.* — Die Zelle *c.* deckt *b.*

Fig. 29. Mutterzelle.

a. Einzelne Spezialmutterzelle freigelegt, zeigt, wenn sie längere Zeit im Wasser lag, häufig einen vollständig leeren Raum.

Fig. 30. Mutterzellen mit angelagerten Schichten, die nach Innen zu kleine Einstülpungen zeigen. *a. b. c.*

a. Raum zwischen Mutter- und Spezialmutterzelle, in den Wasser gedrungen.

Fig. 31. Mutterzelle, in der sich nur zwei Spezialmutterzellen gebildet.

a. Die Membranen der Mutterzelle und der Spezialmutterzellen sind zerrissen und der Zelleninhalt, der im Wasser gerinnt, herausgeflossen.

a. Ist der in den von Coagulum fast ganz leeren Zellen zurückgebliebene Cytoblast.

Fig. 32. Zeigt ein im Ganzen nicht seltenes Vorkommen. Es haben sich drei Cytoblasten mit Membranen umgeben, der vierte attrahirt Coagulum.

Fig. 33. Verschiedene Lagen der in den Spezialmutterzellen liegenden, bereits mit einer Membran umgebenen, sekundären Cytoblasten.

a. Parietale Lage.

b. Centrale Lage.

c. Halb-centrale Lage.

Fig. 34. Allmähliges Auftreten der in der Entwickelung begriffenen, um sekundäre Cytoblasten gebildeten Zellen in den Spezialmutterzellen.

a. b. c. d. e. In Säuren liegende Pollenkörner, deren Häute *stark* hervortreten.

a. Steriles Pollenkorn.

a. Ein leerer Raum (statt Fovilla).

b. Fertiles Pollenkorn.

Fig. 35. Allmähliges Auftreten von Cytoblasten in Mutterzellen. Beobachtungen an *Monocotyledonen*, namentlich *Liliaceen*.

Fig. 36. Verschiedenartiges Auftreten der Cytoblasten in den Pollenzellen.

Fig. 37. Pollenkorn von *Cucurbita* mit Papillen und Deckelchen.

Fig. 38. Bei einem Pollenkorn ist die Membran zerrissen und die einen Schlauch (Pollenschlauch ähnlich) bildende, gerinnende Fovilla tritt heraus.

Fig. 39. Pollenkorn von *Passiflora*.

Fig. 40. Die sehr stark vergrösserten Randzellen eines Pollenkornes von *Passiflora*.

Fig. 41. Pollenkorn mit Cytoblast.

a. Richtungen der Saftströmungen.

Fig. 42. In der Resorption begriffene Mutterzelle (cubische Zelle).

Fig. 43. In der Resorption begriffene, tetraëdrische Zelle.

a. Freie Pollenzelle.

Fig. 44. Mutterzelle mit 5 Spezialmutterzellen, von denen 4 unten, eine oben über jenen liegt, und zwar, wie es scheint, aus dem primären Cytoblasten gebildet.

Fig. 45. Stark vergrössertes Stück eines Pollenkornes von *Cucurbita* mit Säure behandelt.

a. Exine.

b. Intine.

c. Zwischenkörper, der, durch die Säure aufgebläht, ein mit Papillen besetztes Deckelchen trägt.

Fig. 46. Staubkolben von *Asclepias* (massa pollinis configurata).

Fig. 47. Bisweilen vorkommende, von der normalen Form abweichende Bildung einer Spezialmutterzelle.

Fig. 48. Verschiedenartige Entwickelung von Spezialmutterzellen in einer Mutterzelle.

Fig. 49.
Fig. 50.
Fig. 51. } Querschnitt einer ausgebildeten Anthere.

a. Pollenzellen.

b. Peripherisches Gewebe der Pollenzellen.

c. Radial gestreckte Zellenschicht.

a. Cytoblasten.

g. tangentiale Zellenschicht.

d. und *e*. Zwei Zellenschichten zwischen der Epidermiszellschicht und den Tangentialschichten gelegen.

f. Epidermiszellen mit Cytoblasten.

Fig. 52. Querschnitt der Anthere.

g. Pollenzellen.

f. Bereits resorbirtes, peripherisches Gewebe der Pollenzelle.

e. Radial gestreckte Zellenschicht.

d. Tangentiale Zellenschichten.

b. und *c*. Spiralfaser-Zellenschichten. (Fig. 50, *d*. *e*.)

a. Epidermiszellen mit Cytoblasten.

Mykologisches

von

G. T. Preuss.

Herr Regimentsarzt Dr. Bonorden hat in seinem Handbuche zur Mykologie S. 282. meinen im 24. Bande der Linnaea 1851 veröffentlichten untersuchten Pilzen seine Aufmerksamkeit geschenkt, hat solche zum Theil anerkannt, aber auch viele zu anderen Gattungen verwiesen. Da ich nun dort gesagt habe, dass ich mich streng an Corda's System gehalten, und eben Genannter streng Homogenes von Heterogenem schied, so sei mir dieser schriftlich erklärende Weg erlaubt, da bis jetzt die Abbildungen der dort aufgeführten Pilze noch nicht vorliegen, um gleichsam das Wort zu verkörpern, wo sich dann unzweideutig und besser der Unterschied herausstellen wird; denn eine oft seitenlange Diagnose sagt immer noch nicht das, was eine correcte, vergrösserte Zeichnung versinnlicht, und daher wäre zu wünschen, dass jeder Mykolog seine neuen Entdeckungen durch gute analytische Zeichnungen anschaulich machte, denn diese allein schützen, nach meinem, wie auch Corda's Dafürhalten, in der Mykologie vor Trugschlüssen, und weisen die rechte

Stelle im Systeme an; es bleibt daher wohl immer gewagt, kritische Vergleiche ohne vollkommene Abbildungen, oder gegenseitige Vergleiche ohne Exemplare zu machen, wenn man sich nicht der Inconsequenz oder Gewaltangriffen aussetzen will.

Im Nachstehenden folgt daher eine kritische gegenseitige Vergleichung meiner in Rede stehenden Pilzdiagnosen und derjenigen, zu welchen Herr Dr. Bonorden meine Pilze gestellt hat, bis das nächste von mir bearbeitete Heft von Sturm's Deutschlands Flora, III. Abtheilung erscheint, wo eine Menge solcher Pilzchen vorkommen und sich die Zweifel ausgleichen werden.

Es soll nach Hrn. Dr. Bonorden:

Nodulisporium Pr. eine *Stachybotrys* Cord. sein, allein ersteres hat einfache und letztere zusammengesetzte Sporen.

Synsporium Pr. hat Sporenköpfchen mit Sporenentwickelung wie *Camtoum*, dahingegen hat *Monosporium* Bonord. nur eine Spore an der Spitze, sie lassen sich deshalb nicht vereinigen, auch schon die Namen sagen dies.

Prismaria Pr. hat etwa nur vier sehr lange, fingerförmige Sporen, und sie scheinen so entstanden, als ob ein unzelliger, keulenförmiger Stiel zur obern Hälfte durch Kreuzschnitte gespalten worden wäre, und der eine Schnitt um ein kleines Merkmal tiefer; *Camtoum* Lk. hat dagegen dichte Sporenköpfchen auf septirtem knotigen Stiel ohne Hyphopodium. Auch sind beide Pflanzen heterogen.

Verticicladium Pr. hat zwar, wie *Verticillium* Nees, die Aeste in Wirteln, und an jeder Spitze nur eine Spore zu tragen, allein bei ersterem ist der hornartige Stiel beständig und weit hinauf nackt, auch die ersten Glieder der Aeste sind ebenfalls hornartig zum Köpfchen gruppirt, welche Eigenschaften bei *Verticillium* entgegenstehen, wie denn auch beide gegen einander heterogen sind.

Hormiactis Pr. hat zwar septirte und unseptirte, gekettete Sporen in zertheilten Köpfchen ohne Vermittelung; aber *Dendriphium* Wallr. hat bandförmige, septirte, fast homogene Sporen in Köpfchen mit Vermittelung, auch ist der Habitus ganz verschieden, und lassen sich beide deshalb nicht vereinigen.

Gomphinaria Pr. Auf hornartigen, gefärbten, verjüngten, zelligen, fast am Fusse vereinigten Stielen stehen unvollkommene Köpfchen aus heterogenen Sporen. Bei *Haplotrichum* Cord. ist ein hinfälliger Stiel mit vollkommenen Köpfchen aus homogenen Sporen.

Oedocephalum Pr. Die auf einem Hyphopodium stehenden Stiele tragen ein hohles, grosses, beinahe wie bei *Phycomyces* Kze. aufgeblasenes Köpfchen, mit Warzen oder Rillen besetzt, woselbst die Sporen stehen. *Periconia* Pers. hat kein Hyphopodium, und das nackte Köpfchen ist ohne eigenthümliche Höhlung, sondern nur verdickt oder aus Endzellen bestehend.

Scopularia Pr. hat einen bleibenden, hornartigen, auf einem Hyphopodium sitzenden Stiel, mit an der Spitze durch gegenüberstehende Aeste gebildeten Köpfchen von einfachen, einzelnen, in Schleim erzeugten und dann nackten Sporen. *Glyocladium* Cord. hat dagegen einen hinfälligen Stiel auf keinem Hyphopodium, mit wiederholter, doldenartiger Theilung in Schleim, und die Sporen sind auch mit Schleimhüllen umgeben.

Botryocladium Pr. hat die Sporenentwickelung auf sporenähnlichen, mit Rillen versehenen, runden Pseudo-Basidien (*Globulis suffultoriis*) in irregulären Köpfchen. Bei *Polyactis* Lk. geschieht die Entwickelung der Sporen auf keiner solchen besondern Vermittelung.

Stemmaria Pr. zeigt sich als fleischartiger, unzelliger Stamm, mit unregelmässigen, unzelligen, ganz ähnlichen Aesten,

wo auf den Astspitzen ästige Sporenketten entspringen. *Coremium* Cord. hat dagegen einen aus septirten Flocken zusammengesetzten Stamm, auf denen oder deren quirlartigen Theilungen die Sporenketten stehen.

Hystricapsa Pr. hat eine dünnhäutige Hülle, auf der unterscheidbare Stacheln (?) stehen, worin sich nackte Sporen bergen. Bei *Trichoderma* Pers. aber ist die Hülle aus unterscheidbaren, zelligen Flocken gewebt, so dass man keine wahre Haut entdecken kann.

Comatricha Pr. hat ein unselbstständiges, bald zerfallendes Peridium, durch welches die Mittelsäule ganz nackt geht; und das Capillitium entspringt entweder an der Basis oder am Scheitel des Peridiums, und dehnt sich aus; dagegen ist bei *Physarum* das Peridium selbstständig und reisst auf, die Mittelsäule, wenn solche vorhanden, ist nur kurz.

Corollarium

observationum in plantas hortenses Halae Saxonum anno MDCCCLII et jam prius cultas institutarum

a

Schlechtendalio.

Calor solito ardentior cum aëris siccitate per maximam hujus aestatis partem junctus plantarum in horto nostro botanico, qui porphyriticis rupibus innixus, altiore in Salae ripa situs, austro et favonio patet, culturam reddidit difficiliorem immo plane inutilem. Alia flores quidem vegetabilia at fructus nullos protulerant, alia haud flornerant, alia plane exarnerant. Nonnullas tamen inprimis inter illas in ollis cultas habuimus stirpes, quae ansam praebuere tam ad novas proponendas species, quam ad accuratiores aliarum jam notarum descriptiones variasque adumbrationes. Quae omnia quam pauca sint et quam minoris momenti videantur cum aliis botanicis communicare studemus, ne, ut divi Linnaei verbis utar, rudis ostentatoris, nihil in augmentum scientiae conferentis speciem prae me feram, sed observationibus ubique plantas illustrem, nec in vago nomine acquiescam.

Ad seminum indicem, sub finem hujus anni edendum, specierum ab aliis hortis botanicis acceptarum emendationes addere pergemus, ut confusio nominum, nonnullis in generibus ut in Solano, Gnaphalio aliisque numero specierum ditioribus revera ingens dissipetur. Gnaphaliorum plurimas undique petitas species coluimus at infelici hujus aestatis temperie plures perdidimus, quare sequente anno ulteriori examini ut subjiciantur necesse erit.

I. Monocotyleae.

Cyperus elegans L. Florae Brasil. Cyperogr. p. 33.

Sub Schraderi auctoritate hanc enumerat speciem late per Americam meridionalem vagantem cel. Neesius, quum ex citata Sloanei icone apud Linnaeum Linnaeanus *Cyperus elegans* dubia nonnulla movet. *C. umbrosus* Salzm. (pl. exs. Bah.) crescens in umbrosis ad Bahiam Brasil. ad hanc speciem spectat. In horto colimus e semine a clar. Pabstio e provincia Sta. Catharina Brasiliae accepto. Pauca sunt quae addere possumus ad descriptionem in opere supra citato, quod partem Florae Brasiliensis ab Endlichero et Martio editae format, divulgatam.

Caulis sub inflorescentia ad angulos minutis setulis erectis sparsis scabriusculus, majoribus densiusque dispositis antice versis foliorum 6—7 lin. latorum margines et carinam mediam subtus scabra reddentibus. Anthela ampla radiis s. ramis primariis ad 4—6 poll. usque longis, foliis involucrantibus duplo triplo et ultra longioribus, ceterum foliis reliquis similibus, supra canaliculo medio triangulo, qui nervo elevato extus concomitatur percursis, quo folium in supera pagina bicarinatum, subtus vero unicarinatum evadit. Superficies versus

apicem exasperata. Anthelae rami secundarii pollice haud longiores, folia involucrantia sub his breves nec unquam ramulos suos superantes. Spiculae saepius ternae in ramulo sessiles, quarum una terminalis, duae reliquae sub hac enatae sunt 5—6 lin. longae, ex 13 saepius floribus compositae. Squamarum dorsum viride punctis minutissimis pallidioribus exasperatur.

Adn. Anthelae termino utimur, ut corymbi definiti suprafastigiati terminum nimis longum et ambiguum reponere possimus. Exit e spica simplici in Cyperaceis, e flore unico in Juncaceis. Sub spica terminali oriuntur spicae aliae sessiles breviterve pedicellatae, quae inflorescentia capitulum, fasciculus, glomerulus nominatur, sed jam anthela simplex contracta est. Pedicellis elongatis apice spiciferis fit anthela evoluta simplex. Qua sub terminali novae oriri possunt anthelae, nunc sessiles v. subsessiles, nunc magis pedicellatae; illud si accidit amplius adest capitulum, divitior fasciculus, major glomerulus, vel anthela composita contracta; sin vero hoc, anthelam nominamus compositam evolutam et sic porro decompositam et supradecompositam habebis. Dignoscitur anthela a corymbo definito, quod in illa axis primarius sit semper contractus, qui in hoc evolutus. Alius modus evolutionis anthelae erit si pro spica terminali adest spica composita s. racemus e spicis (quas spiculas tunc adpellamus) compositus sub hac spica composita eodem modo laterales giguuntur sessiles s. pedicellatae, talisque inflorescentia terminalis denique similibus deorsum nascentibus augetur.

Mariscus bracteosus n. sp. In provincia Sta. Catharina Brasiliae semina leg. C. Pabst, quae a. 1851 terrae tradidimus.

Planta bipedalis e radice plures edit caules foliosos steriles fertilesque inferne foliosos. Folia basi vaginantia, vagina

extus plerumque coloris ex fusco-rubri in flaminam abit ad 20 poll. usque longam, inferne lineam, paullo altius 4 lineas latam, apice in acumen fere filiforme sensim attenuatam, canaliculo triangulo subtus carinae in modum prominente per totam longitudinem percursam, laete viridem, praeter marginis majorem superam partem cum nervo medio subtus in carina prominente setulis albis erecto-patulis scabram, fere omnino glabram, nisi in anteriore superficiei parte setularum sparsius positarum series adessent nervos nonnullos ad apicem usque sequentes. Caulis folia non plane aequans, trigonus, glaber, laevis, faciebus sulco notatis. Inflorescentia anthela composita evoluta; simplex primaria terminalis e spicis (s. racemis) pluribus cylindraceis componitur, quarum media terminalis bracteolis fere filiformibus decrescentibus insignis, quae sub spiculis suis praesertim inferioribus et his delapsis persistunt, quarum laterales vero 4 — 6 his bracteolis carent, et varia pedicellorum longitudine ex more hujus inflorescentiae gaudent, qui bracteis angustis foliiformibus ipsis brevioribus fulciuntur. Sub hac anthela sessili terminali aliae, 9—10, forsan et plures pedunculatae exeunt, bracteis involucrantibus sesqui-, duplo-, triplove ipsis longioribus fulciuntur. Flores in spiculis horizontaliter patentibus tres, duae fertiles, tertia sterilis. Squamae obtuse carinatae, dorso medio virides, margine lato hyalino albidae, plurinerves, nervis partem quoque albidam percurrentibus et exsiccando evidentioribus, apice acutae et ex nervo medio sub apice mucronatae. Stamina tria. Ovarium oblongum, apice attenuatum, in stylum abiens, apice in crura tria stigmatosa partitum.

Pluribus convenit notis cum ejusdem regionis incola *M. uliginoso* Schraderi (Fl. Bras. Cyperac. p. 46.) a nobis non viso, sed inflorescentia multo magis composita gaudere videtur aliisque discrepat notis, quare satius duximus novum distin-

guere. Nostro altiori et validiori sunt folia longiora et latiora, anthela multo amplior et divitior, bracteolae in spica terminali longiores spiculas suas superantes, squamarum latera evidentius nervosa et mucro sub apice e medio nervo oriens.

Rhynchospora laevis n. sp. Ex provincia Sta. Catharina Brasiliae semina misit clar. Pabst. Julio m. floruit et fructus deinde perfecit.

Caules floriferi et steriles ex eodem rhizomate multiceps et paululum sub terra procedente. Illi vix pedales inferne foliis pluribus (6) ipsos non superantibus, apice anthela e corymbo terminali pedicellato tribusque quatuorve corymbis varie pedunculatis, terminali longioribus et bracteis ipsos superantibus suffultis composita instructi, obsolete trigoni, leviter sulcati, laeves, glabri. Folia fasciculorum sterilium dein longissima, caule duplo longiora (fere 2-pedalia), curvato-dependentia, $1\frac{1}{2}$ lin. lata, linearia, apice sensim in acumen tenuissimum excurrentia, facie concava superne canaliculata, dorso convexa, ubique laevia excepto summo apice ad margines scabriusculo, plurinervia, viridia, exteriora breviora, omnia basi vaginantia, vagina in laminae opposita parte albido-membranacea, margine concavo in hoc latere saepius fisso et lacero. Spiculae pedunculatae in corymbos dispositae, quorum terminalis semipollicem circ. altus e majore numero spicularum compositus est, quam pedunculati sub illo nascentes, saepe 5 spiculas gerentes (pedunculo horum infimo ad 2 poll. elongato). Anthelae rami ramulique erecti, involucrantes bracteae non minus erectae, ad 4 usque pollices fere elongatae, foliis ceterum similes. Ulterius compositionis hujus anthelae indicia adsunt, ramo uno alterove infero corymbi duas spiculas ferente, altera sub terminali oriente. Subvenit quandoque ex folii summi axilla ramulus florens, apice paucas spiculas gerens, quod in speciminibus validioribus et vegetioribus e pluribus

axillis fieri potest, vel divitiore evolutione illius unici. Spiculae e stramineo-fuscescentes, circ. 2 lin. longae ovatae, utrinque sed apice magis attenuatae; squamae late ovato-ellipticae acutae et mucronatae, una alterave inferiore breviore et vacua, reliquis paucis (3—4) florem hermaphroditum foventibus. Setae antrorsum scabrae pistilli partem persistentem superantes. Stamina tria antheris suis angustis luteis setas superant. Ovarium maturescens compressum biconvexum, inferne angustatum, margine incrassatum, faciebus convexulis transverse rugosulis. Styli pars persistens anguste triangularis laete viridis, sed ovario lutescente angustior, ex acuto trianguli apice continuitur stylus purpurascens in duo crura partitus. In caryopsi matura corpus fructus circ. $^1/_2$ lin. longum obovatum, facies rugis transversis dense insculpta, his ipsis longitudinaliter dense et minute striolatis, margine costa laevi notato; rostrum ex styli basi ortum anguste triangulare nigricans.

Rh. glaucae sine omni dubio affinis species, sed in glauca spiculae copiosiores, densius congestae et sub omni ramificatione bracteis eas superantibus fulciuntur, quae bracteae in nostra planta viva non desunt, sed breviores adsunt, bracteis primariis in nostra longioribus. Margines foliorum in illa ubique scabri, in nostra sunt laeves excepto summo apice. Fructus maturi *Rh. glaucae* latiores sunt, rostro depressius triangulo et albido in statu sicco. An revera constantes sint notae diagnosticae ulterior cultura nos docebit. Cum omnibus reliquis Brasiliensibus nullo modo convenit.

Trichelostylis complanata Nees. Semina in provincia St. Catharina Brasiliae leg. Pabst.

Recipimus genus quale a cel. Gray in Cyperaceis Bor. Amer. praeeunte cel. Lestiboudois proponitur. Perigy-

nium non vidimus, quod Necesius huic generi in Cyp. Bras. adscribit. Spicae anthelae compositae et decompositae, sed fere semper irregularius evolutae, e squamis ovatis acutis componuntur, quae in dorso obtuse carinatae, nervo longius brevius ve excurrente mucronatae vel infimae breviores cuspidatae, cuspide scabra, latere hyalino-membranaceae, striolis fuscis plus minusve colorem fuscum induunt. Ovarium obovato-trigonum, apice paululum depressum dilatata styli basi coronatur, quae cum toto stylo et stigmatibus tribus sibi arcte adpressis decidit tuberculumque brevem in summo fructu relinquit. Caryopsis margaritaceo-albida obovato-trigona, angulis tribus costula elevata laevi notatis, faciebus tuberculis subglobosis ornatis.

Specimina Brasiliensia a Salzmanno ad Bahiam in humidis sub nomine *Scirpus platycaulos* collecta nec non Gardneriana numero 1897 signata cum planta culta bene conveniunt. *Isolepis Willdenowii* Presl in Rel. Haenk. statum juniorem imperfectum praebet. Quod vero ex Abyssinia habeo specimen a Schimpero Nov. m. humidis ad rivum „Mai Tra" lectum caryopside fere duplo majore et ad angulos quoque tuberculata, anthela supradecomposita differre videtur sed propriam speciem vix constituit.

Cel. Linkius in prima parte horti regii botanici Berolinensis (p. 292.) *Fimbr. complanatam* enumerans dicit „caryopsis punctis minutis", quod contrarium observationibus aliorum. Plantam hortensem secundum specimen Kleinianum herbarii Willdenowiani determinavit, quae indica cum aliorum Retzii, Vahlii, Roxburghii forsitan diversa ab americana. De punctis impressis locutum esse Linkium crederemus, quum in subsequente *F. miliacea* expressis verbis puncta elevata nominat.

Adn. In Cyperaceis Brasiliensibus ad Trichelostylidis genus citatur icon sub numero VII in fasciculo IX generum florae germanicae a fratre edita, quo loco citato Dichostylidis genus descriptum et depictum est, quod habitu jam abhorrens cum Trichelostylide conjunctionem inire nequit.

Cenchrus.

Duarum specierum semina coluimus, alterius a clar. Drège in America septentrionali *C. tribuloïdis* sub nomine collecta accepimus, alterius a doctissimo Willkomm ex horto botanico Matritensi sub *C. spinifex* Cav. titulo habemus. Sub diu altera juxta alteram culta, Americana multo serius spicas evolvebat totoque habitu tam diversam se praebebat ut disparem illico crederem, cui vero speciei addicerem dubitarem. Kunthii descriptiones legenti (Enum. plant. Suppl. T. I. p. 122. n. 212 et 213) multo melius cum *C. pungente* hujus auctoris quam cum *C. echinato* Linnaei convenire videbatur quare hoc sub nomine descriptionem ejus trado. *C. spinifex* Cavanillesii a plurimis auctoribus ad *C. tribuloidem* Linnaei praeter Linkium ducitur, qui (Hort. Ber. I. p. 10) *tribuloidem* a *spinifice* distinguit involucro integro villoso nec partito (an haud spinoso?). Quae si vera sunt noster ex hujus auctoris sententia quoque *C. spinifex* Cav. esset, quare hoc sub nomine paucis describemus. Diagnoses auctorum si inspicis nimis breves dubia potius movent, quam solvunt et observationes ulteriores poscunt.

Cenchrus pungens HBKth. *Cenchrus tribuloides* Drège sem. Amer. septentr. 1850 coll.

Glaucescens, purpurascens. Caules plures longe prostrati, adscendentes ramosi, subteretes cum nodis glaberrimi, laevissimi, bipedales et ultra, ad inferiores nodos terrae adpressos radices agentes. Vaginae valde compressae, dimidiae

3 circ. lineas latae glabrae, margine tenui albido membranaceo, nunc toto glabro, nunc laminam versus pilis paucis dispersis obsito. Ligulae loco series pilorum alborum brevium dense dispositorum. Lamina basi quasi cordata, inferne 3 — 4 lin. lata, plus minus complicata, sensim a basi usque ad apicem acutissimum attenuata, supra in margine et carina scabra, vagina sua plerumque duplo longior. Spicae in omnibus ramis terminales dein pedunculatae. Rachis compresso-trigona flexuosa, sub insertione involucri sulco parvo brevi excavata. Involucrum indurascens, basi conica inermi insidens rhachi, tunc globoso-incrassatum villosum spinis armatum (quarum inferiores breviores deorsum, superiores et marginales undique versae inferne patentim pilosae sunt); media fissura, altero latere altius intrante, quasi bipartitum est involucrum ibidemque spicula una posita est, quae longius emergit, extus ab altera involucri parte in margine trispinosa (s. tripartita) cingitur; altera vero involucri pars quadrispinoso margine gaudens spinis geminis divaricatis secundam spiculam majori ex parte arcte includit. Spicula componitur e glumis 2 involucrantibus, extera minore dimidiam spiculam aequante, acuminata, uninervi, intera longiore apice obtusiuscula 5-nervi; dein e flore sterili biglumi, qui flore fertili paullo brevior; gluma extera acuta 5-nervi, intera multo angustiore, paullo breviore, albo-hyalina. Floris fertilis valde acuminati gluma extera praesertim apicem versus evidenter 7-nervia, basi autem elevato-hippocrepico-bicarinata. Spicula secunda a prima non differt nisi magnitudine paullo minore.

Cenchrus spinifex Cav. ex horto Matritensi.

Praecedente minor (1 — 1 $^1/_2$-pedalis) debilior, gracilior, minus procumbens, fere erectus, basi tamen radicans, vaginas habet dimidio angustiores, margine densius semperque

pilosas; involucrum persimile sed minus et saepius tres, in superiori inflorescentia saepius 2 spiculas fovens, eodem modo bipartitum, partitione unaquaque margine trispinosa, spinis divaricatis. Spicula media magis libere prostans paullo major, laterales utrinque ab involucri parte arcte involutae. Glumae bracteantes duae, extera minuta hyalino-albida enervia, altera intera late ovata acuta reliquis partibus spiculae brevior, apice 5-nervia; flos sterilis biglumis, glumis inter se aequalibus florem sterilem aequantibus, externa 5-nervia, interna hyalino-alba. Floris fertilis gluma exterior late ovata acuminata superne 5-nervia basi simili modo bicarinata. In spiculis lateralibus paullo gracilioribus floris sterilis glumae magis inaequales sunt, interior scilicet dimidio brevior. Stamina tria, filamentis complanatis. Lodiculae nullae. Ovarium subgloboso-lenticulare, stylo brevissimo mox bipartito. Stigmatum albidorum apices ex spiculae apice emergunt.

Sorghum.

Sorghi generis species variae Tritici adinstar pluribus sub formis, forsitan stabilibus per tropicas subtropicasque Asiae australis et Africae regiones coluntur. Ex Roxburghio, qui solummodo spicularum et dispositionem et indolem respiciens Andropogonibus eas addit, discimus, non minorem hominum numerum in Asia australiori hisce uti graminibus, optimum populis nutrimentum et nutriendis bestiis aptissimum pabulum praebentibus, quam oryza; discimus porro, nullam ab ipso speciem sponte sua provenientem repertam esse illis in terris; discimus denique, omnes in elevatioribus siccioribus regionibus coli, ubi oryza crescere nequit, centuplicem fructum ferre. Quo evenit ut *S. saccharati* grana sub nomine „bucharische Hirse" e Bucharia Orenburgum vehantur. Sorgho autem e nostra sententia species solummodo adnumerandae sunt,

quae annuae paniculam gerunt compositam, sed haud in rachi articulatam, glumasque cartilagineas fructus includentibus. Hujus loci sunt *S. vulgare*, *bicolor*, *cernuum*, *saccharatum* nimia affinitate inter se junctae aliaeque formae affines nominibus distinctae sed magis dubiae. *Holcum halepensem* vero, cujus descriptio sequitur in propriam sectionem vel ad proprium genus ducere mallem.

Sorghum halepense L. sub Holco. Semen ex Aegypto acceptum, sub diu cultum exeunte aestate laete florait.

Gramen 4—5-pedale. Nodi adpresse pubescentes, culmi medulla alba fasciculis vasorum sparsis percursa farcti ceterum cum vaginis foliorum glabri. Lamina 1—2 ped. longa, ad pollicem usque lata, linearis, longissime acuminata, laevis, margine pilis brevibus rigidis densis scabra; nervus medius albus basin versus latior, subtus convexus viridis. Ligula margo brevis albidus ciliatus, basi laminae in utroque latere supra ligulam pilis subadpressis tecta. Rami ex omni fere nodo intra vaginam se erigentes nascuntur, folium eorum primarium circ. 4—6-pollicare (interdum minus) internodio quod inferne evidentius canaliculatum arcte adpressum, bicarinatum, apice bidentatum, carinis, quae pilis erectis albis dense ciliatae sunt, in utroque latere rami internodio adpressis, anterioribus lateribus ramum amplectentibus. Nervi multi tenues percurrunt hoc folium, dense dispositi in regione carinae, deficientes in infera media parte et in utroque latere anteriore; in medio dorso paullo ultra dimidiam inferam partem totius folii incipit nervus tenuis medianam lineam folii sequens haud semper evidenter obvius, nervo laterali altero v. utroque vices suas quasi gerente. Tota infima basis hujus folii adpressis pilis subsericeis tecta est. Panicula pedem et ultra longa (si ab infimo e 2—3 ramis constante verticillo metiris) pyramidalis, ramis basi nigrescenti-callosis, inferioribus semi-

pedalibus, superioribus sensim decrescentibus, arcu primum debili dein valde deorsum curvato patentissimi, iterum ramosi, ramis secundariis sub anthesi leviter patulis, dein ad latera vel subtus adpressis. Axis communis in superiore inprimis parte scaber, ramis ramulisque angulatis et ad angulos pilis brevibus erectis albis scabris, pilis ad basin ramorum et ramulorum nunc pluribus, nunc subnullis. Spiculae elliptico-lanceolatae pilis adspersae, laterales geminae, terminales ternae, altera sessili fertili, altera duabusve sterilibus masculis. Spicula fertilis biflora, flore hermaphrodito bipaleaceo, neutro 1-paleaceo. Glumae hujus spiculae involuer. herbaceae, aequales persistentes muticae, exter. 9-nervis, margine nervoque penultimo versus apicem breviter 3-dentatum ciliatis, tota ox purpureo viridique variegata; interior similis sed nervis paucioribus minus validis venisque transversis conjunctis instructa, tota paullo tenerior at simili modo pilis munita. Floris hermaphr. glumae duae albido-hyalinae, exterior acute bifida ciliata cum arista ex media incisura plus minus longe exserta; interior multo minor angusta acuta, margine superne ciliata. Flor. neutr. gluma unica illis fl. hermaphroditi major sed eodem modo albo-hyalina. Squamulae latae subobconicae truncatae ciliatae subcarnosae. Stam. 3 dein e spiculis dependentia, antheris luteis basi sagittatis apice attenuatis breviterque et acute bilobis, brevi fissura obliqua ad apicem sese aperientibus. Ovarium ovoideum, utrinque attenuatum glabrum. Styli 2, inferne nudi, a medio pilis stigmatosis cincti, lutei, e lateribus spiculae exserti. Fl. masc. pedicellati, gluma invol. exteriore in dorso planiuscula, apicem versus inprimis bicarinata, carinis et margine ciliatis. Glumae inter. duae albo-hyalinae, exteriore paullo majore et involucrantibus breviore, margine ciliata. Stamina 3. Pistillum nullum.

Ab aliis Sorghi speciebus *S. halepense* differt paniculae axi primario articulato (nec continuo), ramis semivertirillatis, supra ad basin callo instructis, hinc varia directione versis, rhizomate perenni repente (nec radice annua*), caule ubique ramos edente, quae notae propriam sectionem indicant et a Sorghis strictiore sensu removent. Species vero Sorghi in Indiae orientalis regionibus elevatioribus siccioribus cultae, distinctu difficiles, ulteriore examine egent, quod apud nos vix instituendum, ubi brevi nec satis calida aestate haud semper semina perficere solent. In illa forma, quam sub *S. bicoloris* nomine saepe colnimus, nunc erecta stat panicula, nunc curvatione ultimi internodii paniculam ferentis deflexa dependit; semina talis deflexae paniculae culta, altero anno paniculas deflexas non semper proferebant, quare dubii sumus, utrum *S. cernuum* auctorum species sit nec ne. Roxburghius inter species hanc formam diagnosi distinguens jam de specifica dignitate dubius haeret, quamquam a nostra alienam formam sub illo nomine descripsisse videtur.

De his veris Sorghis, inter quae *S. vulgare* Pers.**) e seminibus ex Aegypto per amiciss. Klotzschium condo-

---

*) Moenchius (Meth. plant. I. p. 207.), qui Sorghi species in frigidario colnisse videtur, biennes dicit, Roxburghius autem narrat, per duos pluresve annos haud eradicatas perduravisse. Quod facile creditu, quum avulsis foliorum vaginis in caule apud nos annuo non solum gemma folio suo primario involuta, sed eodem quoque modo radicularum latentium corona in conspectum veniat, quae in inferioribus nodis jam protuberantes, sed nondum eruptae, in superioribus ut puncta discolora apparuere. Quae progenies sub calido humidoque coelo facile in ramos radiculasque increscere potest.

**) Humanae altitutidinis, internodiis in caule mediis circ. semipedalibus, laevissimis, glabris; nodis leviter incrassatis et pube

natis, *S. bicolor* ex aliis hortis acceptum, et *S. saccharatum* ab horticulturae societate, quae Berolini floret, sub nomine Guinea-corn benevole commissum hoc anno colnimus, serius sermo erit, si contigit, ut plures formas in hortum introducere possem nostrum botanicum.

Ornithogalum.

Septuaginta octo species cel. Kunthius in enumeratione sua sub Ornithogali pluribus jam orbati speciebus nomine coercet, formas accumulans habitu varias, bulbi structura, florum dispositione, natura, colore diversas, immo uti videtur et fructu differentes. Minorem eorum numerum videre licuit, viva specimina in hortis rara, sicca in herbariis haud frequentia, depicta per varios libros nobis haud omnes suppetentes dispersa sunt, hinc nostrum non erit de integritate hujus generis judicium ferre. Attamen e paucis visis specimiuibus tam pictis quam exsiccatis vivisque genera nonnulla inter has septuaginta octo species latere contenderem. Adspicias exempli gratia *O. vittatum* Kunthii inter species anomalas nullo autem charactere definitas positum, cujus iconem Albucae sub titulo in Bot. Mag. t. 1329 habemus et videbis plantam insignem floribus pendulis et perigonio reflexo, staminibus alatis, floribus luteis et viridi-vittatis. Adspicias porro *O. filifolium* Kunthii, non minus Albucae nomine depictum, et primo intuitu diversum dicebis bulbo squamoso, vaginis transverse plicatis ut in *O. exuviato* de quo jam cel. Lindley

---

subsericea tenui cinctis. Vaginae glabrae internodiis breviores, lamina mediorum foliorum bipedalis et ultra, 2 poll. lata, glabra, nervo medio subtus prominente albido, margine setulis fere adpresso-erectis scabro. Panicula ovoidea densa, rhachibus spiculisque albo-villosis.

autumat cum aliis similibus generis proprii praebere typum. Species quarum descriptiones sequuntur inter se generice conveniunt et apicibus perigonii glandulosis, post anthesin quasi inter se conglutinatis fructum obtegentibus singulari modo excellunt et cum aliis se jungunt. Sectiones a Kunthio factae ex inflorescentia, quae racemus v. corymbus, non multum valent, quum transitus inter eas nimis frequens sit. Sectionem anomalarum non explicavit auctor, quae e speciebus sub ea comprehensio haud explicanda est.

Ornithogalum Rudolphi Jacq. cujus iconem vero non vidimus. Quae cel. Rudolphi de hac planta profert, satis conveniunt. *O. juncifolium* Bot. Mag. nostro paullo majus ad hoc citatur, iterumque propriam sistit speciem Jacquini sub auctoritate, ad quam iterum citatur icon in Bot. Mag. Magnam confusionem praebere hoc genus nemo negabit, qui attentius icones comparavit, descriptiones perlegit et herbaria pervoluit. Sectiones apud Kunthium pessimae, corymbosae in racemosas transeunt.

Bulbus ovoideus v. subgloboso-ovoideus acutiusculus diametro circ. pollicari v. minori basi bulbos novos ad latera edens hinc demum gregarius, extus tunicis sordide albicantibus emarcidis cinctus, sub quibus hinc inde longitudinaliter laceris interiores intense virides perlucent. Folia 3—4 ex bulbo florente synanthia, scapus unicus his aequilongus breviorve (florens circ. 8-pollic.) foliis interdum pedis longitudinem attingentibus s. paululum superantibus, saepius minoribus. Teretia essent folia nisi canalis basi profundus et angustus magis magisque versus apicem levius exsculptus, tandem fere nullus vel plane excurrens interiorem paginam occuparet, laevia sunt ubique et in margine obtuso canaliculi, e glauco laete virides, punctis minutis albis sub lente adspersa (stomatibus). Caulis florifer spithamaeus teres laevis glaber per unius vel

sesquipollicis spatium apice florifer 7 — 12-florus, floribus erectis, angulo acuto patulis, $2\frac{1}{2}$ — $3\frac{1}{2}$ lin. circ. longis, basi bractea albida sursum leviter fuscescente membranacea suffultis, quae ejusdem longitudinis v. paullo longior e basi latiore cito attenuata fere filiformis erecto-patula glabra. Flores 4 fere lin. longi, phyllis perigonii 6 aequalibus basi subcohaerentibus ellipticis obtusiusculis, apice paululum cucullatis, dorso cuculli mucrone obtuso viridi notato, apice ejus interne prominulo et glandulis minutis albidis, pollen saepius suscipientibus instructo, medio dorso convexo angusto viridi et in hac viridi parte nervis tribus obscure percurso, ceterum candidis, rubore quodam ad margines dorsi viridis suffuso. Stam. 6, aequilonga circ. $\frac{3}{4}$ perigonii aequalia. Filamenta complanata alba glabra basi latiora dein supra medium sensim contracta, interiora fere duplo latiora. Antherae luteae basi excisae lobis basalibus obtusis, apice obtusae. Pistillum longitudinem staminum paululum superans. Ovarium profunde 3-sulcatum viride glabrum. Stylus obtuse trigonus albus, stigma terminale planiusculum papillis elongatis albidis tectum. Peracta anthesi phylla perigonii arcte includunt genitalia et apice fuscescunt. Pedicellus erigitur et flos fere appressus est cauli.

Ornithogalum Ecklonі hort. Halens.

Per annorum seriem haec species in horto Halensi illo sub nomine colitur; auctor ignotus, nec nomen reperiendum.

Bulbus depresso globosus diametro transversali $1\frac{1}{2}$ poll. majorive, extus tunicis sordide albicantibus tectus, viridibus stratis internis leviter perlucentibus. Folia 6 — 7 cum caulibus 2—3 ex eodem bulbo prodeuntia ad $1\frac{1}{2}$ ped. longa, a basi latiore, 6 — 7 lin. lata, sensim usque ad apicem fere subulato-attenuata, extus convexa laevia glabra, intus concava, hac concavitate sensim cum folio decrescente in apice folii canaliculum angustum efficiente, margine angustissimo

albido membranaceo cincta, nervis pluribus percursa, qui intensius virides margines versus in folio luci obverso facile in conspectum veniunt, dum pars media folii enervis apparet, viridia sunt et pruina fiunt glaucescentia. Caulis florifer folia longitudine aequat, teres, laevis glaber eodem modo pruinoso-glaucus, racemum fert denique semipede longiorem, flores 30 circiter, pedicellis brevibus dein bilinearibus insidentes erecto-patulis. Bractea e basi latiore mox attenuata angusta albo-hyalina medio et apice viridis, dein fuscescens, pedicello suo aliquantulum longior. Flos 3 lin. longus. Perigonii phylla 6 inter se aequalia elliptica obtusiuscula, apice levissime cucullata et toto apice papillis albidis glandulosis obsita, lactea, dorso medio paullo infra medium ad apicem usque viridi, nervis in hac viridi parte nisi in basi ejus aliquantulum conspicuis. Stamina et pistillum fere aequilonga, phyllis paululum breviora. Filamenta complanata, basi latiora dein a medio circiter contracta, apice fere subulata, alba laevia glabra, interiora vix latiora. Ovarium profunde 3-sulcum, stylus albus obtuse trigonus et trisulcus apice leviter attenuatus stigmate terminali convexulo e papillis albidis. Post anthesin phylla dense pistillum includunt, pedicelli eriguntur et flores cauli adprimuntur, simulque phylla colorem rubro-fuscum pro viridi in dorso induunt.

Capsula matura perigonio persistente appresso duplo longior membranacea (immatura viridis subcarnoso-coriacea) septicide trivalvis, dissepimentis ab invicem non plane solutis sed interiore margine excepta supera tertia circ. parte cohaerentibus, ceterum solutis, valvulis dorso tenuiter et remote transverse rugosis, apice brevi spatio loculidis, lobis terminalibus obtusis. Semina atra opaca (haud nitentia) trigona, latere extero curvato tenui orbiculari rugoso, lateribus planis.

Commelineae.

Commelinearum genera et species e siccis speciminibus vix extricanda in horto nostro colligere studemus. Addimus ut pateat praesens status collectionis nostrae nostrarum Commelinearum indicem, addimus earum ab auctoribus descriptarum, quae aliis in hortis nunc coluntur vel olim colebantur.

Index

Commelinearum horti botan. Halensis.

Commelina (*Commelyna*) L., Kth. En. IV. p. 35.

communis L., Kth. l. c. p. 36. n. 1. pl. perennis.

tuberosa L., Kth. l. c. p. 44. n. 21.

coelestis W., Kth. l. c. p. 45. n. 23. — var. *albiflora*.

stricta Desf., Kth. l. c. p. 45. n. 24.

clandestina Mart. ind. sem. h. Monac. 1829, ubi diagnos., Kth. l. c. p. 46. n. 25.

scapigera Mart., Kth. l. c. p. 46. n. 26. — var. flore pallido.

pallida W., Kth. l. c. p. 47. n. 28.

variabilis Schldl. Ind. sem. h. Hal. 1838, Hort. Hal. t. VII.

procurrens Schldl., Linn. XXIV. 656., Sellowii hortul.

angustifolia Mx., Kth. l. c. p. 53. n. 50. *C. rubens* a Martio distinguitur.

debilis Ledeb. Kth. l. c. p. 58. n. 64.

Ehrenbergii h. Berol. non *Ehrenbergiana* Lk. Kl. O., quae *C. carnea* Schldl. ind. sem. h. Hal. 1839, Otto u. Dietr. Allg. Gartenzeit. VII. p. 262. = *scabra* Benth.

orientalis h. Ticin.

sp. ex h. Berol. — Hae tres ultimae nondum floruerunt.

Callisia Loefll. L.

delicatula Kth. l. c. p. 63. n. 3. an potius *C. monandrae* forma Kth.?

Tradescantia L.

* legitimae.

pilosa Lehm., Kth. l. c. p. 80. n. 1.

subaspera Gawl., Kth. l. c. p. 81. n. 3.

virginica L., Kth. l. c. p. 81. n. 4. (*Tr. grandiflora* hortul.)

crassifolia Cav., Kth. l. c. p. 82. n. 7.

crassula Lk. O., Kth. l. c. p. 82. n. 8.

albiflora h. Ber., Kth. l. c. p. 84. n. 12.

iridescens Lindl., Kth. l. c. p. 85. n. 16.

** anomalae.

cumanensis Kth. l. c. p. 96. n. 47.

*** alienae.

erecta Jacq.
undata W. } v. Tinantia.

fuscata Lodd., Kth. l. c. p. 99. n. 53.

In Kunthii enum. defic.

Lyoni h. Angl. v. infra.

guianensis Miq., Linn. XVIII. p. 37.

velutina Kth., Bouché ind. sem. h. Berol. 1848. p. 12. n. 5.

Warszewicziana Kth., Bouché ind. sem. h. Berol. 1847. p. 11.

Rhoeo Hance.

discolor Hance, Walp. Ann. III. p. 599. (*Tradescantia discolor* Sm., Kth. l. c. p. 85.)

Palisota Rchb.

thyrsiflora Benth. in Niger Fl. p. 544. (*Commelina ambigua* P. Beauv., Kth. l. c. p. 60. n. 76.)

Zebrina Schnizl.

pendula Schnizl. Bot. Ztg. 1849. Sp. 868. (*Cyanotis zebrina* Nees ab Es. Del. sem. h. Vrat. 1850, *Tradescantia zebrina* Hortul. v. Bot. Ztg. l. c. in nota.)

Tinantia Scheidw.

erecta Fenzl ind. sem. h. Vindob. a. 1851. (*Tradescantia erecta* Jacq., Kth. l. c. p. 98. n. 50.)

undata Nb. (*Tradescantia undata* W., Kth. l. c. p. 98. n. 51., *Commelina rosea* Schldl. ind. sem. h. Hal. a. 1838, *Tinantia fugax* Scheidw., Kth. l. c. p. 101. n. 1.)

Heterachtia Kze.

pulchella Kze., Bot. Ztg. VIII. 1., Walp. Ann. III. p. 658*).

Spironema Lindl.

fragrans Lindl., Kth. l. c. p. 102. n. 1.

Cyanotis Don.

cristata R. Sch., Kth. l. c. p. 102. n. 1.

Campelia L. C. Rich.

Zanonia L. C. Rich., Kth. l. c. p. 108. n. 1. (an vera?)

fastigiata Nb. v. infra. (*Tradescantia gonatandra* Schldl. Linn. XXIV. p. 659.)

Dichorisandra Mik.

ovata Mart., Kth. l. c. p. 110. n. 2.

sp. ex h. V. Houtte (nondum flornit).

Index

Commelinearum nunc et olim in hortis Europaeis obviarum.

Commelina.

africana L., Kth. En. IV. p. 40. (Schmiedel ic., B. Mag., in horto Utraj., Gotting., Helmstad. cet. fuit.

gracilis R. Pav., Kth. l. c. p. 41. (Bot. Mag. an eadem ex Kth.)

dubia DC., Kth. p. 45. (Red. Lil.)

---

*) In qua compilatione caules 3—6-pollicares dicuntur, qui 3—6-pedales sunt, v. bot. Zeitg. VIII. 1.

dianthifolia DC., Kth. p. 46. (Red. Lil.)
parviflora Lk., Kth. p. 49. (H. Ber.)
benghalensis L., Kth. p. 50. (olim in h. Hal. aliisque)
mollis Jacq., Kth. p. 51. (h. Vindob.)
erecta L., Kth. p. 54. (h. Eltham.)
deficiens Hook., Kth. p. 55. (Bot. Mag.)
longicaulis Jacq., Kth. p. 58. (h. Vind.)
orchioides Benth., Kth. p. 59. (h. Booth. et Hal. olim).
persicariaefolia DC., Kth. p. 59. (Red. Lil.)
cardiosepala Kze., Linn. XX. p. 9. (h. Lips.)
Karwinskii Mart. ind. sem. h. Monac. a. 1839. (h. Monac.)

Anilema

sinicum Lindl., Kth. p. 70. (Bot. Reg.)

Tradescantia

ciliata h. Ber., Kth. p. 81. (h. Berol.)
caricifolia Hook., Kth. p. 82. (Bot. Mag.)
cirrhifera Mart., Kth. p. 82. (h. Monac.)
tumida Lindl., Kth. p. 84. (Bot. Reg.)
spicata Know. et Weste., Kth. p. 84. (Flor. Cab.)
rosea Vent., Kth. p. 86. (h. Cels., Bot. Cab.)
venustula Kth. p. 87. (h. Berol.)

Campelia

Pseudo-Zanonia Kth. p. 108. (h. Berol.)
glabrata Kth. p. 109. (h. Berol.)
mexicana Mart., Kth. p. 109. (h. Ber.)

Dichorisandra

thyrsiflora Mik., Kth. p. 113. (Bot. Reg., Bot. Cab.)
oxypetala Hook., Kth. p. 113. (Bot. Mag.)

In plantarum venalium catalogis hortulanorum plurima nomina, quae incerta haud stabilita relinquimus. Monemus

solummodo plura Commelinearum genera in hortis nondum adesse, scilicet:

Aclisia E. Mey. — *Pollia* Thbg. — *Lamprocarpus* Bl. — *Dithyrocarpus* Kth. — *Polyspatha* Benth. — *Streptocarpus* Edgew. — *Cartonema* R. Br. — Dubia tandem hujus familiae genera: *Forrestia* Lesson et A. Rich. — *Floscopa* Lour.

Commelina procurrens Nb., quam sub nomine *C. Sellowii* accepimus ab hortulano in adversariis botanicis ad indicem seminum h. Vindob. a. 1851 a cel. Fenzl *C. cucullata* Linnaei declarátur, quae species e sententia cel. Kunthii (Enum. plant. IV. p. 50.) synonyma *C. benghalensis* L. et Murrayi. Hanc olim ex horto bot. Gottingensi acceptam descripsimus, sed descriptio haec tantopere abhorret ab illa *C. procurrentis* ut collegae aestimatissimo adnuere nequeamus. En hanc adumbrationem:

Caules teretes ramosi, ad geniculа radiculas agentes, longe procedentes patentim pilosi. Vaginae breves cum lamina duplicis generis indumento obsitae insuperque cum petiolo pilis nonnullis longioribus articulatis majore ex parte rufo-fuscescentibus ciliatae. Lamina subcordato-ovata, basi in petiolum brevem et latum subcuneata, 7—9-nervia, obtusiuscula, pube brevi in margine densiore et pilis paucis longioribus intermixtis obtecta. Pedunculi breviter patentimque pubescentes terminales, nunc unicam, nunc 2—3 inflorescentias ferentes, infima e summi folii vagina emergens, reliquae e bractea vaginaeformi, rarius laminam gignente, late lanceolata, longitudinaliter fissa, apice leviter extus curvata.

Pedunculus quum hac bractea brevior sit involucrum saepius in vagina subsessile videtur, quod pubescens et pilosum praesertim in utroque latere, margine vix ciliolato, com-

plicatum obovato-triangulum, margine supero curvato et aperto, lateralibus clausis, angulo altero (terminali) acuto, altero obtuso. Tres continet flores pedicellatos, quorum unus alterve masculus, reliqui hermaphroditi, pedicello florentis elongato geniculato, albido, parte supera ad geniculum usque exserta. Sepala 3 inaequalia, pallide coerulescentia, unum ovatum acutum fere complicatum, lateralia duo convexa fere subrotunda obtusissima. Petala 3 valde inaequalia, duo calycem longe superantia, longe unguiculata, lamina fere reniformi-orbiculari, lacte coerulea; tertium fere lanceolatum, obtusum, calycem aequans. Stamina 6 inaequalia, 3 in medio flore erecta fertilia antherifera, anthera medii longiore, loculis basi divergentibus curvinsculis, intense lutea, lateralium antherae ovales coerulescentes minores; 3 sterilia, petalis majoribus saepe adpressa, porrecta, corpusculo fere hippocrepico 4-lobo pallide sulphureo terminata, lobis infimis deorsum protractis apice globulosis, superis fere obsoletis et sinu leviter intus curvato ab invicem sejunctis, lobos inter in utroque margine macula globosa grumosa intense lutea. Ovarium viride, stylus erectus apice uti et filamenta fertilia leviter incurvus et cum his intensius coeruleus, quam filamenta sterilia.

Tinantia Scheidw.

Cel. Kunthius in enumerationis plantarum tomo quarto pag. 101. post Tradescantiam Linnaei, Scheidweileri genus *Tinantia*, a. 1839 propositum, recepit, ipsi ignotum. Nescius enim erat sectionem suam tertiam Tradescantiae, species alienas, quas nominat amplectentem, ipsam esse Tinantiam. Excipienda vero est species illius sectionis dubia, *Trad. fuscata* Lodd. quae habitu discrepat a tribus reliquis: *Trad. erecta* Jacquini, *Tr. undata* Willdenowii, *Tr. latifolia* Ruizii et Pavonii, quarum inter se maximopere affinium secundam a

Tinantia fugaci Scheidw. diversam haud aestimamus, inter synonyma quoque *Commelinam roseam* a nobis in sem. ind. h. Hal. a. 1838. p. 7. propositam, anno 1840 jam deperditam adjungimus. Ex horto botanico Vindobonensi sub *Tin. erectae* et *fugacis* accepta semina coluimus, nec non *Tradescantiam undatam* hortorum et Willdenowii ex semine educavimus persuasumque nunc habemus, descriptionibus et iconibus sedulo cum plantis vivis comparatis, Tinantiae genus servandum illasque tres Tradecantias ei inserendas esse. Descriptionem *Tin. fugacis*, quae nunc *Tin. undata* ex lege prioritatis nominanda est, subjungimus.

Sepala angusta elliptica, obtusa, concava, pilis albis glandula terminatis hirsuta. Petala (Kunthii sepala interiora) dilatato-rotundata breviter cuneato-unguiculata, calyce vix longiora, intense rosea. Stamina 6, tria superiora antheris luteis, filamentis a medio barbatis, barba e pilis moniliformibus in latere superiore tantum praesente, pilis filamenti medii totis aureis, lateralibus basi roseis superne aureis; antherae rotundatae connectivo medio dilatato in utroque margine pollinifero. Stamina 3 inferiora longiora sursum curvata, intermedium brevius nudum, lateralia longiora inferne in latere superiore pilis longis nodoso-articulatis roseis breve per spatium obsessa; antherae his tribus paulo longiores ellipticae e glauco-viridescentes, loculis parallelis marginalibus connectivo angusto sejunctis, polline luteo et viridescente. Ovarium declinatum oblongum e lutescenti viridescens, terminatum stylo cylindraceo, eodem modo ac stamina infera curvato, intense roseo, apice attenuato; stigma terminale parvum capitatum. Capsula in pedicello erecto sese aperiens trivalvis.

Habitu *Tinantiam erectam* omnino aequat, folia vix angustiora, inflorescentia eadem, flos totus paullo major, si-

milis genitalium structura licet coerulea sint petala, filamenta et pili, qui vero in filamentis superioribus lutei sunt coloris. Barba autem filamentorum inferiorum e pilis multo pluribus composita est.

Plantae hae in caldario cultae valde elongantur et humanam ad altitudinem se tollunt, sub diu multo minores evadunt, densius sunt foliosae. Flores brevi tempore matutino sunt aperti, facile decidunt cum toto pedicello, qui tuberculum relinquit in racemis inflorescentiae dichotome racemosae. Semina cito maturescunt et ex aperta erectaque capsula facile decidunt.

Tradescantia.

Remotis Tinantiis aliisque hucusque generi Tradescantiae adscriptis speciebus supererunt Tradescantiae sensu strictiore, omni modo melius inter se convenientes, quarum alias in hibernaculis colimus, alias frigoris patientes in horti areis, inter has maximopere inter se affines speciem habemus, cujus nominis auctorem explorare nequimus. Versatur sub nominibus *Tr. Lyoni* hort. angl. v. *Tr. Lyonii* hort. Sine dubio nominata est in honorem primi introductoris, cui et *subasperam* debemus *Tradescantiam*, quae anglice „Lyon's new Spiderwort" audit et a. 1812 introducta est. En descriptionem.

Tradescantia Lyonii.

Erecta glaucescens glaberrima bipedalis. Caulis cylindraceus circ. 4 lin. crassus, ad nodos leviter tumidos diametri circ. semipollicaris. Foliorum vaginae breves, pars clausa ad summum pollicaris, superiorum brevior, multinervis, oris sinu obtusiusculo, stria e marginibus laminae anguste pellucidis decurrente notatur; lamina inferiorum pedalis, superio-

rum brevior, inferne circ. $^3/_4$ poll. lata, sensim attenuata acuminata, complicata, margine laevissima, pagina supera paullo viridiore, quam infera magis glauca, tota arcuatim deflexo-dependens, summae multo minores magisque deflexae et si respicis ad minorem earum longitudinem latiores et citius attenuatae. Praeter inflorescentiam umbelliformem terminalem copiosis e floribus compositam, duobus foliis suffultam subvenit ex proximorum foliorum una alterave axilla ramus brevis apice iterum umbellam sed minus multifloram foliisque suis suffultam ferens. Pedunculi et calyces his breviores ex viridi purpureoque striati, striis purpureis in pedunculis multo copiosioribus, colore purpureo sepalorum marginem magis occupante. Petala coeruleo-violacea, paullo minora, quam in *Tr. virginica* (quae *Tr. grandiflorae* sub nomine in hortis quoque occurrit), sepalis duplo longiora, rotundato-ovata, obtusiuscula. Stamina sepalis paullo breviora, filamentis et pilis eorum moniliformibus, partes inferiores praeter basin tegentibus eodem ac petala tinctis colore. Ejusdem coloris et stylus, stamina paululum superans, stigmate terminali aequilato viridescente. Ovarium obovoideum obtuse trigonum viride.

Praeter hanc sequentes in Kunthii enumeratione desiderantur nec serius a Walpersio nominantur species, quarum plurimarum patria latet, forsan merae varietates in hortis e semine ortae ut varietas *albiflora Tr. virginicae* (cfr. Bot. Mag. t. 3501.)

Tr. Fischeri Weinm. (ubi?), quae ad *Tr. crassifoliam* cum dubitationis signo ducitur.

Tr. clata Lodd. Bot. Cab. 1513., icon a nobis non visa.

Tr. nivea Hortul., an *Virginica albiflora*?

Tr. grandiflora Booth. Cat. 1847, quod ex illo horto habe-

mus specimen *Tr. virginicae* summopere simile ut distingui nequeat.

Tr. punctata V. Houtte Cat. 1846, nomen tantum.

Campelia fastigiata Nb. (*Tradescantia gonatandra* v. *Gonatandra tradescantioides* Schldl. Linn. XXIV. p. 659.

Quam in corollario praeteriti anni novam Tradescantiae speciem immo novum genus habuimus plantam nunc, speciminibus laetius evolutis, copiosius florentibus, melius observatis et comparatis sine omni dubio in Campeliae genere collocamus, sed cum aliqua temeritate pro nova specie declaramus. Multis enim notis *C. glabratae* Kunthii, a me non visae, nimis parce obiterque descriptae respondet. Paucis igitur verbis descriptionem prius datam adumbrare et augere necesse erit, ut faciliori negotio distingui possit.

Planta 5 fere pedes nunc alta, fastigiato-ramosa; ramis non solum sterilibus s. foliiferis, sed etiam floriferis basin vaginae (an in omnibus Campeliis?) perforantibus, his tenuioribus semper solitariis *), ad basin vagina cinctis, longitudine variis, altius in medio circiter altera vagina truncata atque brevi acumine laminae loco instructis, e cujus axilla et basi inclusus a vagina (nec eam perforans) ramus provenit, primario sursum evaginato apice florifero longior et vagina media aphylla munitus, apice florifer. Inflorescentia in utroque ramo terminalis multiflora, foliolis duobus, reliquis foliis similibus at multoties minoribus, patentibus spatham quasi praebentibus suffulta, e duobus ramulis brevibus crassiusculis totis floriferis sibi oppositis et basi foliorum involucrantium

*) „Gemini . . . . rarius solitarii“ dicit Kunthius in generis charactere, hinc in nostra specie semper ramus major geminorum evolutus est, deficiente altero simplici.

arcte adpressis composita. In utroque ramulo duplex series squamularum (bractearum) alternantium, brevium, apice obliquc excisarum, saepius irregulariter denticulatarum vel subciliatarum, dense altera juxta alteram fere imbricatim dispositarum, albidarum interdum et purpura leviter affusarum, e quarum axillis prodeunt flores sub anthesi pedunculati erecti, pedunculo latiusculo compressiusculo supra incrassato, carnosulo albido interdum leviter purpureo tincto, qui sub anthesi c. flore erectus, dein apice suo florem defloratum et clausum deflectit (ut in aliis Commelinaceis fieri solet). Peracta anthesi flores apud nos decidere solent cum pedunculo nec unquam fructus perficiebant squamulas inter quas stabant relinquentes. Ovarium triloculare, loculis biovulatis, petalis staminibusque emarcidis et convolutis cingitur, sepalis carnosulis haec omnia includentibus.

Folia maxima ad novem pollices elongantur et ad $1\,^1/_4$ p. infra medium dilatantur, plurima vero breviora et angustiora sunt; laminae margo extimus interdum obscure et angustissime coloratus, pubes ejus e pilis brevibus antrorsum versis rectis, densis, mollibus sed haud lanatis componitur. Basis laminae interdum in petiolum brevem, profunde canaliculatum angustata est ejusque margo cum vaginae margine pilis longioribus rectis obsessus sed nunquam lanato-ciliatus est. Internodio pruinoso-glaucescentia.

Quibus ex descriptionibus patet, plantam nostram *C. glabratae* affinem sed diversam esse, differt enim ab illa, ut e descriptione Kunthii clarum sequentibus notis: forma foliorum ratione longitudinis paulo latiorum, porro diameter major transversalis in nostra sub medio, in illa supra medium reperitur, illius folia basi magis angustata videntur et margine non pubescentia sunt, vaginae in illa antice tantum nec ubique pubescunt, in margine autem lanato-ciliolatae dicuntur.

Flores illius duplo majores, quam in *C. Zanonia* describuntur, quod in nostra haud ita sese habere videtur, sed *C. Zanoniam* florentem cum nostra comparare nondum licuit.

Attamen haec ipsa *C. Zanonia* pluribus premitur dubiis. Iconem apud Sloaneum ad eam a Linnaeo citatam secundum specimen siccum factam esse contendunt, sed tam Sloaneus, quam Swartzius vaginas plantae Jamaicensis describunt a caule distantes („making a hollow tubulus wider than the Skalk about half an Inch above the joint which may be able to hold some water", dicit Sloaneus). In specimine vivo e semine hortensi sub Zanoniae titulo enato res haud ita se habet, internodii pars nuda fere crassior, quam vaginâ arcte adpressâ inclusa. Folia fere pedalia apud Swartzium (latolanceolata acuminata basi attenuata), 5 poll. longa, 2 poll. lata apud Sloaneum. Filamenta media villosa vidit Swartzius, nuda comes Casp. a Sternberg, Neesius cum Martio, P. C. Bouché, qui plantam hortensem sub *Tradescantiae marginatae* nomine distinxit a Swartziana. In ejusdem auctoris accuratissima descriptione stigma globosum villosum est, apud Swartzium „capitatum trifidum", in Kunthii charactere generis „depresso-subpeltatum papillosum", quod magis stigmatis formae in planta nostra respondet. Patria *C. Zanoniae* e Kunthii sententia late extensa est, non solum in Jamaicae sylvis, sed etiam per omnes plagas Americae inde a Columbia usque ad Brasiliam meridionalem et ad Peruviam crescit. Plures sub eodem titulo amplecti videntur species in vivis exemplis iterum atque iterum observandae.

II. Dicotyleae.

Alternanthera denticulata R. Br. var. δ. *bifaria* Hassk. pl. Jav. Flora 1842: 2., Litt. p. 20. n. 77.

Planta sub diu culta: Caulis prostratus ultra pedem longus terrae adpressus, purpurascens bifariam dense villosulus ex omnibus fere nodis ramos oppositos protrudens, in quibus capitula ad primas axillas provenerunt ex albo purpurascentia parva et terminalia. Folia oblonga, basi in petiolum brevissimum attenuata, obtusiuscula, carnosula, nervo medio subtus prominente, venisque lateralibus prominulis, margine levissime undulato et minute at acute denticulato, juniorum purpurascente; folia nascentia ex toto purpurea. Capitula sessilia ovoidea, bracteis sepalisque basi et medio leviter purpurascentibus ceterum membranaceis albidis. Sepala subaequalia ovata acuta 1-nervia, dorso medio nervo carinata, bracteis lateralibus triplo longiora, his et antica ovata acuta acuminata brevioribus. Cupulae staminiferae pars infera integra viridescens ovario brevior; filamenta ananthera vix breviora; tribus antheriferis purpurascentibus. Antherae sat magnae, intense luteae, oblongae apicibus suis medium perigonium vix superantibus. Stylus brevissimus in retusa ovarii supera parte. Ovarium compressum lateribus convexis, apice dilatatum duplo brevius calyce.

Elaeagnus reflexa Decaisne et Morr. foliis oblongis acuminatis coriaceis, supra glaberrimis, subtus lepidoto-ferrugineis, perianthii segmentis suberectis.

Ad hanc diagnosin, quam in diario Allg. Thüring. Gartenzeitung Jahrg. II. ed. a Prof. Dr. J. J. Bernhardi (a. 1843. p. 95.) reperimus; eodem loco additur descriptio brevis,

germanica conscripta lingua, quam hic latine transscribimus Frutex sempervirens (foliis hieme non deciduis); folia 4 poll. longa, $1^1/_2$ p. lata, supra intense viridia nitentia, subtus lepidibus ferrugineis tecta; paniculae e floribus parvis luteis, odore Violae et Caryophylli. Anno 1837 ex horto Gandavensi botanico in Parisiensem introductus altitudinem 10 ped. sub diu nactus est. Ex Neumanni hortulani notis (Annales d'horticulture de Paris 1842) mense Octobri a. 1841 primum floruit, iterumque et uberius sequente anno. Valde ramosus ramos suos partim expandit partim deflectit, cortice laevi a lepidibus ferrugineis tecto.

In frigidario eodem sub nomine fruticem colnimus, cujus uberiorem descriptionem addere placet, nulla alia praeter supra datam satis macram nobis notam exstante.

Frutex ramosus exeunte Majo florebat. Rami, petioli, foliorum pagina inferior, pedunculi cum perigonii extera parte dense argenteo-lepidota nitentia, lepidibus ferrugineo-fuscescentibus sed non ubique interspersis. Foliorum superficies nudo oculo viridis glabra videtur, armato adspecta pilis fasciculatis brevibus albis valde dispersis instructa est, nervo medio inprimis basin versus his et lepidibus simul plus minus tecto. Folia brevissime petiolata (petiolo 3 lin. longo ad laminam $1^1/_2$—$2^1/_4$ poll. longam et 7—10 lin. in medio circiter latam) elliptico-lanceolata, basi paullo longius, quam apice angustata (latitudine maxima hinc ultra medium) utrinque vero haud acuta sed obtasiuscula et basi saepius paullum inaequalia. Flores terni pauciovesve pedicellati; pedunculi 3 lin. circiter longi; ovarium paullulum crassius sed leviter versus perigonium attenuatum $1^1/_2$ lin. longum, perigonii tubus basi leviter ovario crassior, dein paullulum contractus cylindraceus et leviter usque ad limbi lacinias vix 3 lin. longas dilatatus, his fere rotundatis et breviter fere mucronuta-

acuminatis, pallide luteis pubescentibus. Antherae fuscescentes, brevissimae filamenti liberae parti in fauce insidentes, stylo his longiore basin laciniarum limbi attingente. Fructus non perfecit.

Celsia Arcturus Bouché var. *glandulifera* h. Hal. an *Celsia Arcturus* L.? et auctorum, forsan modo ex parte.

Partes inferiores caulis usque ad infimam inflorescentiam lanugine alba e pilis ramosis mollibus intertextis teguntur. Iisdem pilis et copiosis petioli induuntur et foliorum pagina infera praesertim in nervo venisque, minus crebris pagina supera hinc viridescens. Superior et maxima racemi terminalis pars pilis brevibus glandula terminatis patentibus crebris tegitur, qui pili pedunculos, bracteas, calyces corollaeque externam faciem non minus occupant, quam rhachin, quibusque in speciminibus nonnullis pili admiscentur simplices eglandulosi eodem modo patentes at rariores. Folia petiolata cordato-oblonga, duplicato obtuse crenata, inferiora uno duobusve paribus foliolorum s. lobornm plerumque ellipticorum, obtuse simpliciterque crenatorum augentur, accedentibus lobulis minutis irregulari modo inter majores provenientibus. Folia superiora cito decrescunt, sessilia fiunt, acutioribus dentibus instruuntur et in bracteas tandem abeunt e late ovata sessili basi acute acuminatas integerrimas. Pedunculi bracteis multoties longiores. Calycis laciniae sublanceolatae integerrimae. Corolla calyce multoties longior, intense lutea, ore violacea ibidemque pilis apice clavatis purpureis et albicantibus cincta. Filamenta breviora fere ad apices usque, longiora majore ex parte pilis clavatis, inferioribus albidis, superioribus purpureis ornata sunt. Antherae omnes aurantiacae, rima transversali hiantes, majores adnatae. Capsula junior glandulis pedicellatis extus est adspersa.

A *Celsia Arcturo* Bouché (Verhandl. d. Ges. nat. Fr. z. Berlin I. (1829.) p. 394.) haec nostra recedit: pilis glanduliferis aliisque eglandulosis omnes racemi partes tegentibus, quum in Bouchéana omnes hae partes glabrae nitidaeque reperiantur, quo charactere quidem ad *C. glandulosam* ejusdem auctoris (l. c. p. 395. descriptam) adpropinquat sed facili negotio pilis ramosis nec simplicibus foliorum et caulis distingui potest, quare non ad hanc ducimus, sed *C. Arcturi* varietatem glanduliferam habemus. Haec vero forma cum illa glabrata denuo viva comparanda, est nec dubitamus, quin haec jam olim in hortis botanicis culta species et hodie sit obvia. Sub *C. lanatae* nomine ex horto Regiomontano accepimus, hoc nomen vero a Sprengelio datum, auctore Benthamio (DC. pr. X. p. 591.), errore quodam pro nomine *C. sublanata* Jacq. positum est.

Celsia glandulosa Bouché (Verhandl. d. Gesellsch. naturf. Fr. z. Berl. I. p. 395.)

Quam sub *C. Arcturi* nomine ex horto bot. Giessensi acceptam coluimus plantam et quam iterum e semine eduximus falso sub titulo *Eupatorii calaminthaefolii* ex h. Lipsiensi communicato *Celsiam glandulosam* habemus l. c. a Bouchéo patre, instituti ad educandos hortulanos Berolini florentis hortulano supremo, observatore oculatissimo distinctam et l. c. descriptam, omnia enim conveniunt licet folia nunquam fuerint lobis accessoriis pinnatifido-lyrata sed ovata semper s. ovato-oblonga, basi vix in cordiformem vergentia formam, quod vero pendere potest e cultura in olla minore, solo maciore etc. Tota nostra planta in omni parte pilis simplicibus patentibus longioribus aliisque crebrioribus brevibus non minus patentibus sed glandula terminatis tegebatur, corolla sola extus glabra et simul paullo minore et pallidiore.

Folia omnia plantae florentis longiuscule petiolata ovata basi interdum fere subcordata, grosse crenata, superiora sensim brevius petiolata in bracteas ovatas acuminatas, argutius serratas, pedunculis fere pollicaribus multoties breviores transeuntia. Omnes inflorescentiae partes pilis patentibus glandulosis adspersae sunt. Corolla lutea fundo purpurea ibidemque pilis clavatis tecta, quorum inferiores albi, superiores purpurei ut in filamentis, quorum superiora per longius spatium, quam in *C. Arcturo* superne nuda. Calycis laciniae ellipticae acutae pilis glandula terminatis adspersae et ciliatae, corolla multoties breviores. Filamenta majora apice dilatata, cui dilatatae parti insidet anthera, quae transverse in margine convexo supero aperitur, antherae inferae minores hinc magis reniformes. Stylus purpureus stigmate brevissime et obtuse bilobo ex sulco inter lobos breviter et leviter decurrente. Capsula junior vix glandulis subsessilibus raris instructa.

Immerito cel. Bentham cum sua *C. Arcturo* junxit *C. glandulosam* Bouchéanam, quae proprium sibi vindicare videtur locum inter species, pilis simplicibus nec ramosis abunde ab *C. Arcturo* diversa atque e semine Cretensi a Siebero collecto primum enata.

Quum auctores omnes, quos inspicere licuit, de indole pilorum taceant, ex authenticis tantum speciminibus dijudicandum est utrum ad *C. Arcturum* an ad *C. glandulosam* pertineant formae descriptae.

Solanum.

Ingentis Solani generis sectio a cel. Dunalio jam ante quadraginta fere annos *Maurellae* nomine distincta (Hist. des Solanum 1813) a celeberrimo Bernhardio Erfurtensi sedulo longam per annorum seriem observata (über d. Begriff d. Pflanzenart u. seine Anwendung 1834. p. 50—65.), in Candollii prodromi parte nuper edita a primo monographo in

dispositione omnium Solanorum methodica iterum tractata est. Quindecim hujus sectionis species in historia generis olim enumerabantur; Bernhardio ultra viginti species innotuerunt, quorum duodecim cultura probatas immutabiles offert, duodecim vero minus notas nec cultura vexatas subjungit; Candollii prodromus tandem quinquaginta quatnor veras Morellas (hoc modo nunc scribitur nomen) et sex spurias praebet. Quarum aliae varietates secum ducunt, aliae primum in arenam descendunt exsiccatae tantum visae, aliae nunquam visae ex auctoritate quadam nec semper certissima admittuntur. In diagnosibus cel. auctor characteres proponit nunc omnibus communes, nunc falsos, fallaces, ita ut ex iis speciem definire fere nequeas. In omnibus quae viva vidi hujus sectionis Solanis, decurrentibus foliorum marginibus caulis cum ramis fit angulatus, in his angulis vario modo prominentibus parvi processus denticulive plerumque pilo incurvo terminati observantur; in omnibus a me visis caulis cum ramis (in summo saltem apice) pilos praebet, nunc breves immo brevissimos sursum curvatos adpressos, nunc longiores plus minus patentes; in omnibus quae vidi inflorescentia ex medio internodio nudo oriri potest, et saepius axillae folii subjacentis respondet; in omnibus inflorescentia est racemus bifidus axibus abbreviatis sub anthesi umbellae speciem prae se ferens; omnium calyx, qui nunc lacinia augetur nunc diminuitur, sub grossificatione reflectitur, omnium corolla extus magis minusve pilis minutis pubescit; in omnibus filamenta brevia dimidiam antherarum longitudinem aequant; omnibus stylus ad inferiorem partem plus minus pilis patentibus instruitur; in omnibus color baccarum in cute externa sedem habet, caro s. pulpa interna plerumque viridescens. In fructu nigro revera atro-violaceo, coloratio circa cicatricem a stylo delapso ortam incipit, quod cl. Rothius in descriptione *S. patuli*

sui adnotat, quod vero huic formae minime peculiare sed in aliis quoque speciebus occurrit.

Animo si perpendimus cl. Bernhardium per viginti octo annorum spatium omnes Maurellas in hortis botanicis obvias coluisse, si profitemur nos ad colendas hasce Maurellas per insequentes fere viginti annos maxima cum sollertia incubuisse, mirum certe videtur nec illum botanicum, nec nos ipsos majorem quam duodecim specierum numerum inter tot nomina diversissima ab hortis botanicis mediae Europae divulgata eruisse. Quare et persuasum habemus numerum Maurellarum a cel. Dunalio nuper in prodromo Candolleano propositarum nimis magnum et ad minorem reducendum, diagnoses denuo revidendas et meliori modo restituendas esse. De reliquis Solanis haud eandem sententiam ferre licet.

Breves addere placet observationes de quibusdam in horto cultis Solanis, quorum indumentum inprimis accuratius inspeximus.

Solanum pentapetalum h. Calcutt. ex horto Taurinensi acceptum forsan *S. pentapetaloides* Roxb. ex Horn. h. Hafn. Suppl. p. 72. (DC. prodr. XIII. p. 374. n. 890.), cujus diagnosis omnino quadrat. Varietas glabrior esse posset *S. ciliati* Lam. (*ciliaris* W.) DC. prodr. XIII. p. 241. n. 580. — Corolla alba ad duas tertias partes in lacinias lanceolatas, acuminatas, leviter extus curvatas, longitudinali angusto sulco ad basin usque intus percursas, glabras partita. Calyx cum pedunculo sursum incrassato aculeis paucis irregularibus munitus, ad medium usque in lacinias late ovato-triangulares acutiusculas partitus, corollae tertiam circiter partem aequat. Antherae luteae sensim attenuatae duas tertias corollae partes aequant. Stylus brevissimus.

Solanum ciliatum Lam. DC. l. c. Planta quam observavimus est *S. ciliare* W. ex h. Berol. Praeter pilos lon-

gos pubescentia adest brevissima capitellata, totam fere superficiem tegens, sed in pagina infera nervos solos occupans, reliqua facie glandulis minutis punctiformibus viridibus instructa. Folium a baseos sinu usque ad apicem $4^1/_2$-pollicibus et transverso diametro ab altero ad alterum lobum 5 pollicibus metitur. Calyx extus aculeis paucis brevibus; corolla extus pilis longis tegitur.

Solanum aculeatissimum Jacq., DC. prodr. XIII. p. 214. n. 586. Pili in planta nostra majore ex parte breviores, sed diversae longitudinis, apice glandulam pellucidam ferunt. Longiores intermixti panciores et ciliae marginis foliorum breviores e paucis cellulis constantes eglandulosi. Aculei aut lutei aut ex toto aut ad basin purpureo-nigricantes inferne pilis glandulosis ut superficies folii varia copia tecti. Stylus non fuscus sed albus est cum stigmate conico-capitato viridi. Baccae pedunculo sursum curvato erectae, virides, lituris et maculis pallidioribus albidis eleganter pictae, globosae.

Solanum tomentosum L., DC. prodr. XIII. p. 299. n. 703. Color violaceus violaceo colore pilorum apice stellatorum efficitur, qui mixti reperiuntur inter lutescentes, copiosiores sunt in partibus junioribus ubi rami petioli et foliorum margines iis occupantur. Reperies hinc inde et aculeum luteum apice in modum pili attenuatum et in summo apice stella pilorum violaceorum coronatum. Hosce pilos violaceos aetate expallescere vix est quod credimus, quamvis in foliorum adultorum margine rarissime talis pilus occurrit, sed majore partium extensione dispersos esse magis placet. Vario modo undulata sunt folia. Pedunculis, calycibus et externae corollae faciei pili stellati violacei non minus insident. Bacca junior globosa e viridi albidoque variegata, pilis stellatis sessilibus leviter adspersis lutescit.

Cestrum porphyroneuron n. sp., erectum strictum ramosum, foliis coriaceis breviter petiolatiso bovato-cuneatis, brevissimo imposito acumine, coriaceis pallide viridibus, petiolo c. basi nervi subtus prominente atropurpureo; floribus axillaribus confertis subsessilibus, bracteis parvis calyce brevioribus suffultis, calyce urceolato glabro breviter 5-dentato, corolla tubulosa sub fauce leviter ampliata, laciniis lanceolato-ellipticis, staminibus in medio tubo liberis ibidemque dente obtuso instructis glabris faucem non attingentibus, stylo longiore, stigmate depresse capitato.

Cestrum candidum h. Van Houttean. nec Seemann et Schm. in Flora 1844, species inter dubias in Candollii prodromo (XIII. p. 672.) enumerata, quae a nostra differt: ramis et foliis subtus pubescentibus, pedunculis terminalibus cymosis. Patria ignota. Octobri et Novembri floret.

Frutex in caldario cultus ad 3 ped. et ultra altus, jam minor florens, parce ramosus ramis erectis strictis. Cortex cinerascente-albidus rimosulus. Folia magnitudine valde varia, maxima c. petiolo brevissimo 5 poll. longa et ultra medium $2\frac{1}{4}$ p. lata, alia 4 p. longa, $1\frac{1}{2}$ p. lata, alia multo minora vix pollicaria, omnia obovato-cuneata, cuneata parte ad insertionem petioli usque procedente, obtusa cum acumine minuto obtusiusculo imposito, leviter reflexo, rarius acutiuscula aut emarginata, margine leviter reflexo, glaberrima, coriacea, coloris e lutescenti-viridis, supra nitidula subtus magis pallida et opaca nervoque valde prominente inferne cum petiolo atropurpureo, hoc colore nunquam usque ad folii apicem tendente sed prius pallescente tandem evanido. Flores in omnibus superioribus axillis usque ad apicem brevissime pedicellati, vario numero glomerati, bracteis parvis rotundato-ovatis ovalibusve obtusis calyces non superantibus suffulti. Calyx

urceolatus $1\,^3/_4$ lin. longus glaber laevis (nullo modo nervosus nec angulatus) breviter lateque 5-dentatus. Corolla 8 fere lineas longa tubulosa sensim levissime dilatata, sub fauce leviter inflata, ad faucem ipsam paululum contracta, limbo in lacinias 5 lanceolato-ellipticas acutiusculas concavas, extus minutissime puberulas et apicem versus parca rubedine affusas, ceterum primum lutescentes dein albescentes, tubi quintam circiter partem aequantes ($1\,^1/_2$ lin. circiter longas) partito. Filamenta in medio tubo libere procedunt ibidemque leviter curvantur intusque processu brevi obtusiusculo muniuntur, dein ubi tubus inflatus est curvata terminantur antherâ suborbiculari. Stylus cum stigmate depresso-capitato et in eum leviter attenuato paulo altius procedit, sed lacinia-rum basin non attingit.

Certo certius Eucestri est species, sed cuinam eorum sectioni inserendum sit, non clarum. Sectiones enim pleraeque species amplectuntur inter se valde varias nec certis finibus circumscriptas. Ad *C. Lamberti* proxime petioli nervique colore accedere videtur, sed foliorum forma jam diversum. Nec minus ad *C. alaternoidem*, inprimis ad varietatem ejus *β. obovato-orbiculare* duci posset, quod olim in horto Parisiensi colebatur, sed nullibi de petioli nervique colore loquitur. Melius igitur fore censuimus speciem novam proponere et fusius describere, quam alii cum signo dubitationis adnectere.

Calystegia sepium R. Br. v. *β. rosea* Choisy in DC. pr. IX. p. 433.

Differre videtur a nostra indigena foliorum sinu basali latiore, lobis basalibus minus porrectis nec tam evidenter triangularibus, bracteis longioribus, corollis nunc albis nunc colore roseo plus minus tinctis, interdum an casu 5-lobo-

fissis *). Ceterum stamina glandulis stipitatis ad inferas filamentorum partes obsessa, antherae, stylus cum stigmatis lobis ovatis extus convexis tuberculato-rugosis intus concaviusculis, discus luteus crenatus et sulcatus basin ovarii ambiens omni modo cum indigena conveniunt. Fructus haud perficiebantur a planta per stolones se expandente et in solo sicciore laete crescente.

Cynoglossum glochidiatum Wall., DC. pr. X. p. 150. n. 19., Lindley in B. Reg. 1839. Misc. not. p. 82. n. 128.

Quod *clandestini* sub nomine ex horto Lovaniensi a. 1851 acceptum sub diu colnimus *Cynoglossum*, species est biennis (forsitan perennis), altero saltem anno florens, quae ad illarum in India orientali degentium levioribus uti videtur characteribus inter se distinctarum specierum gregem pertinet, quarum diagnoses in prodromo Candolleano partim ex speciminibus mancis haustae pro definiendis stirpibus haud aptissimae. Nostra scilicet planta aliis ex characteribus *C. denticulatum*, ex aliis *C. glochidiatum* videtur, quod nomen praeferendum, quum hujus nominis plantas jam ante tredecim annos in hortos Angliae a Dre. Falconer introductas fuisse ex Lindleyo l. c. scimus. Attamen haud superfluum erit, plantae in fructuum armis paululum variabilis descriptionem addere, quam exeunte aestate factam pro cognoscendis primis stadiis incompletam declaramus.

Caulis pilis patentibus albis hispidus. Folia caulina oblonga, utrinque paululum angustata, sessilia, sursum cito decrescentia, summa interdum basi subcordata, supra pilis albis curvulis (quasi e vesicula oriundis) adspersa et margine

*) Ventus et imbrium impetu corollae interdum et modo satis regulari in 5 partes dividuntur, quod rarius sponte sua accedens observavimus quondam in Convolvulo tricolore.

ciliata, infra inprimis ad nervum nervosque majores par anastomosin inter se conjunctos pilis minoribus curvulis obsessa. Rami ex superioribus, dein quoque ex inferioribus axillis proveniunt, qui, ubi in inflorescentias repetito et minus regulariter dichotome racemosas abeunt atque in his ipsis indumento e pilis adpressis minoribus, interjecto uno alterove longiori erecto-patulo, teguntur sed nequaquam canescunt. Racemi multiflori, flores brevissime pedicellati, primum erecti, dein leviter ad latus flexi vix deflexi. Calycis lacinae 5 ellipticae obtusae dein longiores, patentes, hispidae pilis patulis. Corollae tubus calycem aequat subcylindraceus, medio paullo latior albidus. Limbus in lobos 5 orbiculares interdum leviter emarginatos, tubum aequantes, fere usque ad faucem partitus. Annulo fornicum convexorum leviter emarginatorum cum reliquo limbo pallide coerulescentium cingitur faux; sed ubi lobi emarginati sunt intensiore colore coeruleo tinguntur, qui in colorem purpurascentem lobi basin occupantem transit, punctis similibus, eodem modo minutis nec unquam distincte circumscriptis, ad sinus inter lobos occurrentibus, quibus omnibus punctorum circulus circa faucem efficitur. Antherae luteae in pariete summi tubi subsessiles. Stylus brevis subulatus, apice stigmate dilutiore capitellatus. Fructus supra concaviusculo-plani, subtus convexi, in hac convexa parte atque in margine aculeolis brevibus apice glochidiatis et basi dilatata contiguis teguntur, in facie autem declivi planiuscula nunc nullos aculeolos vides, nunc paucos (2—3) in linea mediana paululum elevata, nunc nonnullos in media area, majoribus in linea mediana pauci minores lateraliter adjunguntur.

Salvia azurea v. *compacta* Hortul. **S. quadrimaculata** Schldl. ad int.

Salviae genus ditissimum, quamquam a cel. Bentham in

Labiatorum monographia diligenter tractatum atque ab eodem auctore in Candollii prodromo retractatum, multis tamen dubiis obnoxium. Plures enim species auctor ille conjunxisse videtur, quas vivas si observasset distinxisset. In hortis botanicis multae falsis sub nominibus occurrunt species et in hortis siccis minoribus plurimae desiderantur nec semper statu ad cognoscendam speciem completo reperiuntur.

Sub *S. azureae* var. *compactae* nomine speciem colnimus sub dio per aestatem, in frigidario per hyemem, quae multis notis a vera *S. azurea*, qualem icon in Bot. Mag. t. 1728. repraesentat, recedit. Quae differentia ut jam nunc eluceat, florum uberiorem descriptionem subjungere placet, cui serius et totius plantae, habitu suo jam discrepantis, descriptionem et comparationem cum vera ejusdem nominis planta ex omnibus citatis, synonymis, speciminibus melius cognoscenda addituri sumus.

Calyx 3 lin. longus subcampanulatus bilabiatus, labio supero longiore acute 3-dentato, dente medio angustiore, labii inferi dentibus acutis cuspidatis; extus nervis elevatis percursus, quorum primarii lateralium dentium labii superi ad basin omnesque labii inferi ultra medium pilosi sunt, toto hoc labio brevius et sparsius piloso, sinu inter labia piloso-ciliato; interstitia vero nervorum labii inferi punctis minutis ferrugineis hinc inde occupantur. Corollae tubus fere 2-linearis, intus glaber, labium supernm 2 lineis paulo longius, inferum 4 lin. longum. Tubi pagina superior cum labio supero galeato compresso puberula, reliquis corollae partibus subglabris; puncta vero resinosa ferruginea in latere extero labii inferi nec non ad galeae margines occurrunt. Tubus sub fauce inprimis antice inflatus et paululum compressus, quae inflata pars sub labio fossulis duabus convexis notatur. Labium inferum 3-lobum, lobi laterales multo breviores obtusi patentes, medius

maximus rotundatus media incisura angusta bilobus complicatus; et in fundo maculis duabus albis linea media angusta coerulea sejunctis, antice sensim in coeruleum colorem transeuntibus insignitus, quae maculae linea intense coerulea extus a maculis similibus albidis, loborum lateralium basin imam occupantibus sejunguntur, supra quas maculas linea brevis intense coerulea parallela videtur illi proxime sitae maculam mediam limitante. Stamina duo, filamentis brevibus albis; connectivi superior pars alba cylindrica loculum antherae ferens oblongum albidum, coeruleo colore ad rimam cinctum, pollen albidum continens. Connectivi altera pars versus labium inferum progrediens coerulescens, paulo ultra brevem processum elevatum et pilis minutissimis obsessum, cum eo alterius staminis ad apicem usque connata; connatae laminam praebentes sensim augustatam, apice obtusam et leviter emarginatam, concaviusculam, e cujus latere juxta illum processum medium et paululum sub illo lamina prodit brevis semirotunda magis coerulescens late stipitata horizontaliter sita; conectivum dein in partem cylindricam brevem erectam, apice truncatam et leviter impressam, margine prominulo cinctam excurrit. Stylus longitudine labii superi, infra albidus, ex medio incrassatus et coerulescens, in duos ramos valde inaequales partitur, quorum posterior acutus multo brevior alae in modum deorsum decurrit, anticus vero in externa sua facie pilis coeruleis dense est tectus.

Quam accuratiorem descriptionem si cum illa in Botanical Magazine l. c. vel cum ea Benthamii (Labiat. gen. et sp. p. 250., ubi in numeris locorum citatorum duo sunt sphalmata) comparas simulque perlegis Michauxi'i diagnosin differentias plures invenies haud ex descriptione manca oriundas. Nostra stirps hortensis pluribus hujus sectionis: „Brachyanthae, angustifoliae" affinis, forsitan cum una earum conjungenda.

Calotis cuneifolia R. Br. in Bot. Reg. VI. t. 504., DC. pr. V. p. 302.

Genus a celeb. R. Brownio fundatum Novae Hollandiae amplectitur Compositas tres, quarum prima *C. dentex* ab ipso Brownio prope Port Jackson, ubi haud infrequens est, detecta in horto Kewensi colebatur, altera vero *C. cuneifolia* ab indefesso Allan Cunningham in interiori regione ad ripas fluvii Lachlan a. 1817 reperta in horto botanico Chelseano a. 1819 floruit et insequente anno cum icone et brevi descriptione publici juris facta est; tertia vero *C. dilatata* ab eodem Cunninghamio in collibus lapidosis illius terrae interioris ad montes Peel's Range, Exley etc. eodem a. 1817 decerpta cum cel. Candollio communicata est. Ex seminibus a Müllero parmacopola germanico plantarum studiosissimo in regionibus australibus Novae Hollandiae prope urbem Adelaide collectis in horto nostra enata est Calotidis species, quam secundum diagnoses Candolleanas novam, postea vero inspecta icone et re melius perpensa a *C. cuneifolia* non diversam habui. Nonnulla autem jam datis verbis addere necesse erit.

Folia plantae perennis aut si mavis suffruticosae, nam ex basi supra terram lignescente novos caules pede longiores angulo sub acuto ramosos edere pergit, spathulato-cuneata sunt et ex inferiore sua parte angustius latiusve cuneata in basin abeunt obtuse rotundato-auriculatam semiamplexicaulem fiuntque sessilia. Quamvis de hac baseos forma descriptio tacet, tamen in icone evidenter expressam reperimus, licet folia angustius cuneata sint, quam in hisce superioribus partibus nostrae plantae esse solent. Folia inferiora antice obtusa et pluridentata, superiora 5-dentata, dentibus duobus lateralibus saepe majoribus, summa tandem apice 3-dentata, minus cuneata minusque basi dilatata sunt; omnia ceterum integerrima,

utrinque laete viridia, pilis parvis albis rigidulis sursum versis curvatisve in utraque pagina, in margine nec non per caulem, pedunculos involucrumque, ubi vero non densiores sunt tecta. Pedunculi per 1—3 pollicum spatium nudi. Capitula adspectu Stenactidis. Involucrum in alabastro hemisphaericum e squamis auguste lanceolatis biserialibus pilosis ciliatisque, sub anthesi apice, serius multo magis extus curvatis, aliquantulum squarrosis. Flores radii biseriales foeminei; ligulae laciniae angustae lineares obtusiusculae primo visu integerrimae, accuratius inspectae vero breviter acute emarginatae 4 lin. circ. longae, lineam latae, extus pubescentes intus glabrae sub anthesi patentissimae, dein erectiusculae, denique deorsum circinnatim arcte convolutae. Flores disci achaenio abortivo quasi pedicellati, lutei, tubulosi, profunde 5-dentati, pilis brevibus patentibus capitellatis obsessi, masculi. Pollen albidum. Stylus florum radiantium elongatus filiformis albus, in crura duo filiformia stigmatosa partitus, primum erectus dein paululum intus versus, ut facilius polline florum interiorum multo serius sese aperientium possit tangi. Achaenia obovato-cuneata compressa, marginibus lateralibus leviter incrassatis apiceque arista patente, ad medium circiter aculeolis reversis, ceterum cum utraque achaenii pagina pilis brevibus crassiusculis apice capitellatis (viscum ut videtur secernentibus) adspersa, margine inter aristas easque connectente latiusculo crassiusculo convexo, laevi utrinque coronata, qui margo nomine paleae auriculiformis donatus in icone minus clare expressus est. Achaenia eo modo disposita sunt ut altera arista extus vel deorsum spectet, altera centrum. Flos exsiccatus et curvato-flexus longius in achaenio persistit.

Haud exacte in icone citata pictae sunt aristae, quae excepto apice nudo aculeolis s. pilis brevibus angulo recto pa-

tentibus sunt tectae, quod ex charactere generis dato falsum esset.

Myriactis glutinosa (Wight?). Semina hoc sub nomine nulla adjecta auctoritate a rever. Bernh. Schmid ex montibus Nilagiricis ad nos venerunt. Nec omnes Wightii icones nec completum ejus opus Spicilegium Neilgherrense possidentes nomen supra datum reperire nequivimus. Descriptionem damus ut recognoscatur.

Planta ut videtur perennis (altero enim anno iterum ex inferioribus partibus propullulans) pedis altitudinem vix attingens, dein a basi ramosa, tota pilis albis rigidis patentibus plus minus hirta. Folia inferiora lyrato-pinnatifida petiolata, petiolus latiusculus marginibus supra canaliculatus, subtus convexus, basi paululum dilatatus et obtuse auriculatus; lobus terminalis ovatus acutus grosse dentatus, dentibus apiceque lobi obtusis acutiusculisve, mucrone brevissimo crassiusculo glanduliformi terminatis, ex obtusa hujus lobi basi utrinque decurrit margo angustus usque ad loborum lateralium primum et unirum par, saepius dente latiusculo utrinque prominente instructus, lobis his lateralibus ovalibus v. obovatis lobi terminalis latitudinem haud superantibus, et dentibus paucis obtusis in apice, interdum quoque in extero margine instructis. Ex basi horum loborum iterum margo angustus ad basin usque utrinque decurrit, qui saepius dente utrinque a lobis brevi spatio distante est munitus. Folia superiora sensim fiunt minora, lobus terminalis basi magis magisque est attenuatus et in marginem decurrentem angustatus, qui, dente utrinque nunc majore nunc obsoleto armatus, in basin utrinque magis dilatatam et rotundato-auriculatam semiamplexicaulem excurrit. Ultima tandem folia sessilia, elongato-lanceolata, fere linearia minuta. Ex omnibus fere axillis sulcati caulis rami procedunt apice monocephali plus minus elongati, foliis paucis

diminutis obsessi. Capitulum magnitudine illud Stenactidis annuae circiter aequans involucro cingitur hemisphaerico hirto e duplici serie squamarum linearium dorso convexarum viridium, apice breviter purpureo-coloratarum et cum setula parvula terminali acuminatarum composito. Florum radiantium pluriserialium femineorum ligulae angustissimae lineares, apice obtusae integerrimae, albae et roseo colore vario modo affusae (ut in Bellide nostra). Flores disci hermaphroditi, basi tubulosi, dein fere campanulati, limbo profunde 5-fido luteo. Omnium corollarum tubus pilis paucis albis glanduligeris est adspersus. Achaenium omnium florum compressum utrinque attenatum, femineorum florum saepe angustius nec evolutum. Pappi loco adest corona viridis glandulosa e singulis quasi globulis composita; basis achaenii quaenum inhaeret receptaculo plano sed fimbrillifero glandulosa quoque videtur. In achaenio plane maturato brunnescente corona illa glandulosa contracta quasi et intensiore colore brunneo colorata est colore.

Dichrocephala Hérit. mss., DC.

Genus ab Héritiero denominatum et in manuscripto expositum dein a cel. Candollio patre (Arch. d. bot. II. p. 517.) sub eodem nomine propositum est; paucis e speciebus componitur, quarum duae, altera Asiae tropicae montium, altera regionis Caucasicae incola, difficiles distinctu, in unam speciem latius divulgatam e nostra sententia sunt consociandae. Cel. Biebersteinius, qui *Cotulam sonchifoliam* primus distinxit a *C. bicolore* huic folia basi incisa, foliolo extimo subrotundo, petiolum foliaceo-marginatum et flores duplo minores, illi folia petiolata, lyrata, extimo lobo subcordato maximo, et foliolorum lateralium par unum plurave tribuit. Cel. Car. Kochius de *D. sonchifolia* agens, quam in Cartalinia, Imeretia et Radscha abundantem viderat, haec addit „*D.*

latifolia DC. speciminibus Wallichianis comparatis nullo modo differt, plantae transcaucasicae etiam saepissime folia non incisa sunt." Cui sententiae cl. Ledebour in Flora Rossica (II. p. 479.) adnuit. Semina hoc et praeterito anno coluimus ex horto botanico Petropolitano sub *D. sonchifoliae* nomine accepta, quae plantas dederunt foliorum variis formis insignes. Alia debemus semina in montibus Nilagiricis collecta reverendissimo Bernhardo Schmid, e quibus planta enata est simili foliorum lusu gaudens at multo pilosior. *D. latifoliae* specimina sicca in horto bot. Berolinensi quondam culta comparare licuit, alia integrifolia, alia foliorum lobos basales jam praebentia, aliudque servamus specimen a clar. R. F. Hohenacker in arboretis prope Lenkoran lectum, omnibus prae aliis folio acutiori et acutius dentato excellens. In omnibus his formis vidimus folia inferiora simpliciora, qualia rarius et superiora, quae quamplurimum loborum pari uno alterove multo minorum ad terminalem accedente sunt munita. Maxima foliorum varia forma, magna indumenti nunc rarioris, nunc copiosioris diversitas, at semper eadem pilorum indoles, eadem inflorescentia, eadem capituli, florum, fructuum structura. Nulla igitur discrimina certa inter *D. latifoliam* et *sonchifoliam* reperire possumus et in unam contrahimus speciem, cui *bicoloris* nomen a Rothio quondam datum, quamquam omnibus speciebus conveniens, servamus nec *latifoliae* Lamarckiano nomine utimur, ut confusionem evitemus.

Dichrocephala bicolor Roth. sub *Cotula*, *D. latifolia* et *sonchifolia* DC. prodr. V. p. 372. n. 3 et 4.

Folia inferiora nunc subrotundo-cordata, nunc subcordata et basi fere truncata, nunc ovata in petiolum magis minusve cuneata et decurrentia, laminae angusto margine longius breviusve in margine petioli vario modo elongati canali-

culati decurrente. Hujusmodi speciei folia interdum per totam plantam occurrunt, ut in icone Burmanni nec non in planta hortensi Berolinensi videre licuit, cujus alterum specimen jam lobis basi instructas laminas praebet; in superioribus foliis ad basin hujus laminae, semper majoris sed sensim decrescentis, lobi oriuntur nunc cohaerentes nunc distincti, quibus succedit alterum par et tertium lobulorum similium, sed basin versus decrescentium, lobis plerumque oppositis, interdum alternis, semper decurrente lamina conjunctis. Summa folia iterum simpliciora e lamina terminali brevi-petiolata plerumque ovata paucas lin. longa. Folia tali modo maxime evoluta non male mox *Sinapeos albae*, mox *S. nigrae* folia referunt, quare nomen *D. sinapifoliae* a Roxburghio plantae indicae datum bene significaret et formas caucasicas. Ramuli in axillis nascentes, foliis suis parvis sese evolventibus saepius occurrentes, pro falsis lobis basalibus falsisve stipulis haberi possunt. Sicuti forma et magnitudo tam lobi terminalis, quam lateralium variabilis reperitur non minus fere est dentium semper apiculo terminatorum diversitas, qui nunc majores, remotiores obtusiores, nunc minores crebriores acutiores videri possunt. Indumentum denique e pilis albis patentibus, simplici cellularum serie compositis constans, mox copiosum, mox rarescens, pilorum longitudine varium. Inflorescentia e cymis terminalibus tricephalis interdum in racemos pentacephalos abeuntibus constans in omnibus ramis ramulisque ubique ex axillis inprimis in superiore planta provenientibus apparet. Capitula breviter pedicellata, globosa, diametri lineam paullo superantis, involucrum possident breve absconditum sub floribus, major eorum externa pars e foemineis multo minoribus albis, minor centralis e masculis luteis, numero variabilibus constat. Hos describere praetermittimus id tantum addentes: glandulas minutas pellucidas pedicellatas

per corollam masculorum florum dispersas esse, easque paucas haud raro apicem achaeniorum occupare: corollas femineas tubulosas esse, limbo erecto in tres breves lacinias partito; stylum has superare apice breviter bifido. Achaenia obovato-cuneata compressa glabra laevia, latere utroque convexiusculo, margine tenui pallidiore utrinque, apice autem vix minutissimo cincta, in medio processum papillarem, cui corolla insidet, servantia, masculorum in marginis utroque apice setula tenuissima brevi, quarum altera interdum deest munita. Glandulis achaenia et flores conglutinantur et acervatim hinc decidunt. Nullum video discrimen inter flores fructusque omnium hortensium stirpium. Plures formas proponimus:

α. integrifolia, foliis integris (Icon Burmanni in fl. ind.),
β. dissecta, foliis basi incisis,
γ. lyratifolia, foliis lyrato-pinnatifidis, quae nunc glabrior nunc pilosior.

Dichrocephala chrysanthemifolia DC. pr. V. p. 372. n. 5.

Semina a reverendissimo Bernh. Schmid ex montibus Nilagiricis accepimus.

Planta pedalis circiter (perennis?) ramosa, erecta, praecedente validior, tota pilis albis rigidulis patulis s. curvulis e basi latiore orientibus hirta atque in adultioribus partibus scabrida. Folia inf. longe petiolata, petiolus laminae angusto margine decurrente alatus, lamina sesquilongior, quae late ovata obtusa, grosse et obtuse irregulariter dentata, nervo venisque primariis et secundariis supra impressis subtus prominentibus subrugosa, 1 1/2 p. longa, 1 1/4 p. lata, ubi margo decurrens subito incipit; in foliis superioribus lamina sensim in marginem petiolarem decurrit, qui in lobos laterales irre-

gulariter extenditur, simul et latitudo lobi terminalis diminuitur (hinc folium fit lyratum) et margo petiolaris basi iterum dilatatur utrinque ultra insertionem folii auriculiformis oblique adnatus descendit, uno alterove denticulo notatus. Folia summa oblonga, fere pinnato-lobata et auriculis oblique semiamplexicaulibus sessilia, tandem minima integerrima sed basi semper amplexicaulia. Capitula in apicibus ramulorum per spatium 5 — 6 linearum nudorum 3 lin. alta, e basi subtruncata fere globosa; floribus femineis ex viridescenti-albis latum cingulum circa verticem floribus hermaphroditis viridibus et colore atropurpureo ad apices laciniarum limbi tinctis obsessum formant. Involucrum subuniseriale e squamis viridibus apice acutis purpureo-tinctis, margine angusto albido et ciliis albis inprimis superne obsesso. Florum masc. femineis majorum corolla tota viridis, tubo limbi laciniis 4 late ovatis acutiusculis patentibus intus glabris, extus glandulis pellucidis stipitatis obsessis fere dimidio brevior; antherarum columna corolla brevior, pistillum c. stigmate includens. Fl. fem. multo minorum corolla brevissime tubulosa viridis, limbi laciniis 3—4 ovatis albidis basi viridulis, intus glabris extus simili modo ut herm. glandulosis. Stylus exsertus in duos ramos breves obtusos apice partitus virescenti-albidus. Achaenia oblonga compressa laevia basi breviter attenuata, apice margine glanduloso cincta, papilla media marginem superante instructa, juniora viridia. Receptaculum obovato-globosum, vertice leviter depressum nudum.

Stirps nunc primum ut videtur in hortos europaeos introducta facili negotio seminibus propagari poterit, exeunte Octobri mense in caldario florere incipiebat.

Eupatorium rotundifolium L. E semine Americano enatum est, quod hortus Belvedereanus nobis tradidit. Intermedium quasi inter *E. rotundifolium* et *pubescens*, folia

enim late ovata acuta obtuse crenato-serrata, trinervia, supra pilis brevibus curvulis et glandulis minutis albis molliuscula potius quam scabriuscula, subtus ad nervum venasque prominentes pilosa et satis dense impresso glanduloso-punctata, pallidiora. Folia summa multo minora, tandem integerrima. Corymbus terminalis suprafastigiatus a ramis, apice simili modo corymbosis, ex omni axilla superiore nascentibus superatur. Corymborum rami et capitula dense pilis erecto-curvulis et copiosioribus glandulis albis stipitatis teguntur. Capitula 4 lin. fere longa, 5-flora (quare ad *rotundifolium* ducimus). Involucri squamae 8, ellipticae suboblongae, sensim v. abrupte acuminatae, acutatae. Corolla alba obtuse 5-loba, tubo inprimis glandulis tecto. Pappus dense scaber, corolla paullo longior. Achaenium angulatum nigrum glandulis albis dispersis scabrum.

Erigeron solidaginoides n. sp.

E seminibus Columbicis ex horto sicco desumtis plura enata sunt specimina, quae in olla sub diu culta exeunte aestate aliaque Octobri mense floruere seminaque matura dederunt.

Planta annua tripedalis et ultra, erecta, pilis albis in foliis mollibus, in caule paullulum rigidioribus, patentibus, ubique fere conformibus, nec unquam basi dilatatis tecta. Caulis teres sed lineis prominulis ex foliorum inprimis superiorum basi decurrentibus leviter angulatus, inferne simplex foliosus, superne evolutione ramulorum ex omnibus axillis in elongatam paniculam abiens. Rami paniculam constituentes basi foliosi acephali, superne ad latera atque in apice cymas 3—1-cephalas pedunculatas ferentes. Folia caulina oblongo-lanceolata, inferne longius fere in partem petiolarem attenuata, ultra medium grosse et obtusiuscule serrata, $2^1/_2$—$4^1/_2$ p.

longa, 1 — 1 1/4 p. in supera dimidia parte lata; quo altius posita eo minora sensimque minus serrata, summa lineari-lanceolata, integerrima, omnia triplinervia, nervo venisque primariis supra vix nisi in adultiore folio impressis, subtus in omni prominentibus et anastomosibus reticulum laxum formantibus. In florifera planta ex omnibus fere axillis sub panicula terminali ramulorum axillarium folia pauca parva propullulant, quod in juniore caule non accidit. Rami inferi florigeri ad 3 poll. longi plura capitula ferunt, superiores sensim breviores minori capitulorum numero ornantur, capitula in cymas disposita, quae tricephalae inferiores ramuli axillas, monocephalae superiores occupant, cyma terminali ramulum claudente. Ubique capitula terminalia ex ordine suo prius florent lateralibus. Pedunculi (aut si mavis ramuli) sub capitulo leviter incrassati. Capitulum basi dilatatum, inde a medio cylindraceum, sub anthesi 2 1/2 — 2 3/4 lin. longum. Squamae involucri anguste lineares acuminatae, in dorso convexo virides pilosae, marginibus et apice albo-hyalinis, sub maturitate sese aperientes, demum reflexae et sub receptaculo, quod convexum numerosis areolis subhexagonis brevissimo margine elevato hinc inde in denticulum acutum excurrente cinctis tectum est, denique contractae et arefactae. Flores feminei pluriseriales involucrum longitudine aequant; tubus eorum anguste cylindricus glaber, pappum suum aequans, cum ligula brevissima breviter biloba ex viridulo lutescens. Stigma vix e tubo emergens. Flores disci medii hermaphroditi femineis paullo longiores at multo minus numerosi; tubus eorum cylindricus, apice paullulum dilatatus, limbo in lacinias 5 ovatas acutiusculas erecto-patulas partito; antherarum tubus has lacinias dein superans, ramis styli stigmatosis exsertis. Fructus albidus compressus, basi acutiusculus, apice truncatus, pilis brevissimis in margine densius in faciebus

sparsius tectus; pappus e setis pluribus scabris fructu duplo et ultra longioribus curvato-patentibus componitur.

Non dubito, quin haec species ab auctoribus commixta sit cum *Er. canadensi* nunc apud nos vulgatissima planta, cui revera valde affinis, sed differt columbica: indumento molliori, e pilis fere conformibus formato, pilis in caule basi haud dilatatis, in foliorum margine haud longioribus et rigidioribus, quam in pagina nec basi dilatatis; foliorum dentibus rarioribus foliisque ipsis ex toto angustioribus, panicula latiore magis foliosa magisque pyramidali, ramulis paniculae haud jam a basi capituliferis, capitulis ipsis majoribus magisque basi dilatatis, florum majore numero, ligulis brevioribus involucrum aequantibus (nec elongatis albis, involucrum subglabrum superantibus, patulo-expansis), corollis masculis magis dilatatis 5-lobis (nec angustioribus 4-lobis), stigmatibus femineorum vix exsertis (nec longius productis).

Er. canadensis folia evidenter ciliata sunt, pili enim marginales basi latiores sursum longe attenuati inferne e cellulis nonnullis juxtapositis, superne e simplici cellularum serie numero 6 — 7 constant, quae cellulae omnes pellucidae duplici linea cinctae, inferiores breviores et latiores, superiores sensim angustiores longiores dissepimentis leviter incrassatis sejunguntur. *Er. solidaginoidis* pili foliorum marginales crebriores inflexo-curvuli, basi quidem paulo latiores sed non pluricellulosi atque toti e simplici serie cellularum circiter quinarum sensim angustiorum et longiorum componuntur.

Er. canadensi apud nos in muris, campis sterilibus, ad vias cet. frequenter quasi sua sponte crescente ad comparandas stirpes usus sum. Ut nomen indicat haec inquilina species ex America septentrionali ad nos migravit. Utrum revera per totam fere Americam divulgata, in Indiam orientalem

et Persiam, nec non in australi-orientalem Africam introducta sit, cultura stirpis vilipensae ex omnibus illis locis doceret. In prodromo suo beatus Candollius, polymorpham declarans hanc stirpem (VI. p. 269.), jam quaerit: an species plures hic confusae?

Lonicera occidentalis Hook. Fl. Bor. Amer. 1. p. 282. Haec cum *L. ciliosa* Poiret, DC. prodr. magna affinitate jungitur et nostra in frigidario culta e diagnosibus datis fere inter utramque intermedia, ita ut quaeri possit an potius sint conjungendae. De nostra hortensi stirpe haec addimus:

Volubilis. Folia elliptica utrinque acuta v. late lanceolata, breviter petiolata, summa connata, subtus glabra glauca, supra glabra laete viridia, margine breviter ciliata. Corollae tubus ima basi angustior, mox leviter gibbosus, dein tubulosus, superne sensim ampliatus et in limbum abiens, qui in lacinias 5, subaequales ellipticas obtusas partitur. Stamina longitudine corollae (h. e. laciniarum); filamenta inferne petiolis nonnullis patentibus adspersa. Stylus stamina longitudine paululum superat. Corolla primum lutea, dein rubro-coccinea, extus pilis paucis brevissimis glanduloso-capitatis dispersis obsessa.

Turraea graciliflora n. sp. Quem sub *T. lobatae* Lindleyi nomine accepimus fruticulum in caldario colendum ex icone et descriptione a Lindleyo in Bot. Reg. New Series. XVII. t. 4. et XVI. Misc. n. 66. p. 61. datis diversam ejusdem sectionis habemus speciem. Quarum differentiam utrinsque diagnosi illustrabo.

T. lobata Lindl.; foliis subrhombeis antice trilobis vel 3—5-dentatis, postice cuneatis integerrimis; floribus axillaribus solitariis; petalis columnam aequantibus spathulatis; columnae laciniis subulatis anthera duplo longioribus, styli in-

crassata parte tantum exserta, stigmate 5-lobo. — In Sierra Leone leg. Whitfield.

T. graciliflora Schldl., foliis ovatis acuminatis, basi in petiolum acutatis, varie regulariter v. irregulariter lobatis dentatisve, fasciculis florum axillaribus pedunculatis; petalis columna sesquilongioribus, sublinearibus; columnae laciniis subulatis antheram aequantibus, stylo longius exserto vix dilatato, stigmate convexo integerrimo.

Patriam hujus speciei ignoramus sed ex affinitate Africam tropicam esse persuasum habemus.

Frutex 20-pollicaris, ramosus, ramulis sub angulo semirecto positis, junioribus viridibus, adultis cinereo-nigricantibus et longitudinaliter breviterque rimosis, lenticellis raris cinnamomei coloris. Folia distiche disposita, ambitu $^1/_2$, breviter petiolata, petiolo 2 — 3 lin. longo, marginibus laminae decurrentibus cincto et basi profunde canaliculato. Lamina maxima $3^1/_2$ poll. longa, $1^1/_2$ poll. sub medio lata, ovata, acuminata, acumine angustius protracto, obtuso, basi acutata et in petiolo decurrentia, margine nunc integerrima, nunc obtuse undulata, nunc obtuse nunc acutius lobata v. grosse dentata, lobis dentibusque saepius irregularibus, interdum solummodo in altero latere occurrentibus, rarius a medio regulariter 5-lobata v. dentata, lobis sibi oppositis vel subalternis alternisve. Ex hac variabili marginis natura folia maxime inter se sunt dissimilia et eo magis, quod non raro haec illave pars lamina sit quasi incompleta, ita ut folium saepe adspectum praebeat quasi larvis insectorum comesum sit. Superficies lucida, nervo medio magis, venis vero primariis minus basique tantum prominentibus et parce puberulis; pagina infera paullo pallidior minusque lucida, nervo cum venis primariis et secundariis percursa, pilis parvis sparsis in hisce partibus nec non in margine parce obtecta. Rami cum pedun-

culis pedicellis et calycibus fere adpresso-pubescentes. In axillis foliorum ramealium pedunculi nascuntur perbreves (paucas lineas alti) paucos flores brevissime pedicellatos pedetentim sese evolventes gerunt, qui vix $1^1/_2$ poll. ex toto longi, pentameri. Calyx ovoideus fere ultra medium in lacinias 5 angustas, sensim angustiores et apice leviter extus curvatas partitus, linea paullo longior. Petala 5, inferne linearia, superne leviter dilatata, obtusiuscula, 17 lin. circ. longa, apicem versus duarum linearum latitudinem haud attingentia, dorso viridescentia ceterum alba glabra, odorem nullum spargentia. Tubus staminеus pollicem fere longus, cylindricus leviterque e nervis decurrentibus angulatus, extus glaber, intus pilis albis dispersis sparse pilosus, inferne paullo angustior albus, superne leviter dilatatus sensimque vitellino colore tinctus, dein contractus, margine vero extus voluto decemque antheras, radiatim dispositas apice paululum extus curvatas, interjectasque totidem lacinulas geminatas fere filiformes antheris longitudine subaequales gerens. Quaelibet anthera processui brevissimo insidens, oblonga est basique paullo latior et obtuse prominente connectivo terminata, coloris dilute olivacei cum polline.

Abutilon discissum.

Semina sub nomine *Sida discissa* Bert. ex horto Bononiensi a. 1849 accepta coluimus. Abutili species ex iis enata est, quae cum *Sidae acerifoliae* Lag. plantae Mexicanae diagnosi multis congruit, sed haec foliis subpeltatis 5-lobis differre videtur. Cujus speciei quum descriptio plane desideratur et quum patria ejus, si ex adjecta auctoritate in nomen Berterii concludere licet, forsitan Chilense regnum esset, longe distaret ab illa plantae Lagascanae, inter novas Abutili species salutamus.

Praeter corollam tota pilis patentibus rigidulis albis, sae-

pius solitariis, interdum geminis, ternis, pluribus ex eodem puncto orientibus hinc fasciculatis est obsessa; in caule, petiolis, pedunculis glandulae pedicellatae aquoso-pellucidae his immixtae sunt, quae vero in foliorum pagina, ubi pili inprimis ad nervos reperiuntur fere desunt. Petiolus foliorum inferiorum lamina sua longior, superiorum denique brevior. Lamina cum angustissimo sinu cordata, triloba, lobis acuminatis, impari magis elongato et anguste (subcandato-) acuminato, omnibus grosse duplicato-dentatis, dentibus latis curvilineo-acutatis; septemnervis, nervi duo extimi utriusque lateris in lobos basales rotundatos exeunt, sequentes tertii in lobos laterales, medius impar in medium lobum, omnes cum venis et venulis in pagina infera prominent, quae lucidula et pallidior quam supera, intense viridis. Majorum foliorum lamina a baseos sinu usque ad apicem $3^1/_2$ poll. longa, in medio 4 poll. lata, lobi basales $^3/_4$ p. longi; superiora folia multo minora et evidentius triloba, lobo medio scilicet magis producto. Stipulae subulatae circ. 2 lin. longae, primum patentes dein plus minusve deflexae pilosae. Pedunculus axillaris petiolo suo longior, ad $2^1/_2$ p. extensus, in unaquaque superiori axilla solitarius (gemma laterali saepius accedente), teres, apicem versus geniculo conjunctus cum pedicello pallidiore leviter incrassato et extrorsum flexo, ita ut flos apertus non horizontalis sed fere verticalis positus sit. Involucrum nullum. Calyx 4 lin. altus, ad dimidium usque 5-partitus, laciniis a lata et utrinque obtuse rotundata basi in acumen acutum exeuntibus, sub fructu persistentibus patentissimis. Corolla malvacea, tota lilacina, petalorum bases incrassatae, angustatae, albidae, sinu obtuso rotundato nec dilatato inter se connexae, margine sinus medio pubescente, superne petala sunt dilatato-spathulata, margine supero depresse convexo integerrimo, tota 7 lin. longa, totidemque lineas apicem ver-

sus lata, basi cum columna staminea connata, medio paululum complicata, lateribus versus calycem declivibus (at non semper) extus glandulosa, pilosa, margine ciliata, intus glabra. Columna staminea aequat dimidiam corollam, e filamentis albis patentim pilosis componitur. Antherae albido-aurantiacae ovales sulco medio notatae. Fructus in calyce patentissimo sessilis, semiglobosus, medio umbonatus et pilis fasciculatis in juventute tam dense obtectus ut numerus carpellorum discerni fere nequeat; cito major fit, pollicis diametro metitur, e carpellis duodecim extus acute carinatis et multo minus pilosis composita apparet, quae matura fere reniformia facili negotio abinvicem et ab axi brevi persistente discedentia, 7 lin. alta et 6 lata e membrana tenui papyracea reticulato-venosa, albido-straminea formantur, cujus carina dorsalis ad umbilicum inflectitur mutica atque inferius in regione apicis calycis duos mucrones subulatos pilosos ex utroque margine ortos et carinae fissura paululum divaricatos praebet. Semina 2—3 in quoque carpello, nigra opaca globoso-lenticularia, altero margine leviter oblique excisa, diametro majori fere sesquilinearia muriculis sparsis fuscis obtecta, altero apice apiculata, hilo excavato pyriformi ex hoc apiculo originem ducente, altero apice rotundata convexa, lateribus convexis quidem sed leviter compressis.

Floribus lilacino-violaceis haec planta Anodas aemulatur, pluripedalem altitudinem attingit in caldario, inferne leviter lignescens, parce ramosa.

Passiflora capsularis L. *β. acutiloba* DC. prodr. III. p. 325. p. 41.

Sub nomine *Passiflorae Vespertilionis* ex hortis accepimus hanc formam, quae comparata ejus icone et descriptione apud Cavanillesium duabus glandulis ad basin folii lobos suos latius pandentis et glabri illico distinguitur. Foliorum

variabili forma cum *P. capsulari*, inprimis vero cum varietate a Candollio l. c. proposita convenire videtur, nomenque *P. capsularis* haud ineptum foret pro specie, structura et dehiscentia tantopere a reliquis diversa. Millerus qui hanc *P. capsularem* sub no. 10. describit, de fructu dehiscente nil profert. Icon Plumieri paullulum discrepat a nostra planta, cui vero foliorum dimensiones valde variae si longitudinem nervi medii cum longitudine lobornm comparas. Aliis foliis nervus medius 4 lin. longus lobi 26 lin., in aliis ille 14 lin. metitur, hi vero 45 lineis, alia denique medium nervum 16 lin. longum habent et lobos 36 lineas, quo clarum est, diametrum longitudinalem lobi medii s. folii nunc duplo, nunc septuplo minorem esse longitudine loborum. Maculae pallidiores, quae nervos laterales sequuntur nunc evidentiores, nunc obscurae, nunc plane nullae. Pubes mollis in utraque pagina et in petiolo eglanduloso. Florem non observavimus sed maturum fructum, qui carinato-hexagonus bipollicaris, utrinque acutus, glaber, diametro transverso medio 6-lineari, in lacinias 6 paullo ultra dimidium sponte sua finditur, quarum tres alternae seminiferae, omnes vero filis nonnullis superstitibus et paululum irregularibus cum puncto illo, quo stylus exit conjunctae sunt. Semina numerosa arillo albo, dein fissura in margine obtuse dentata aperto, teguntur. Laciniarum sterilium membrana interna alba margine irregulariter lacero et fimbriato a pariete solvitur.

Eadem dehiscentia gaudere videtur *Passiflora lunata* Flor. Flumin. 9. t. 80., quae prope ad nostram accedit et a clar. Roemero nomine *Decalobae semilunaris* ornatur, addita descriptione ex icone ab illo auctore nimis imperfecta dicta (Synops. monogr. II. p. 154.), sed de capsula evidenter depicta ne verbulum profert, sed baccam ei tribuit ut generis character postulat.

Passiflora biflora Lam. Encycl. bot. (*Grenadille biflore*) n. 15. (sub nomine *P. lunatae* in hortis).

Martynii iconem ad hanc speciem citatam non in ipsius hujus botanici opere originali vidimus sed in ejus copia a. 1797 a Panzero edita, ubi Tab. L. hanc Grenadillam „folio lunato, flore parvo, albo, fructu succulento ovato Houstoni" nostram praebet plantam, quae modo differt lobis foliorum obtusioribus floribusque paullo minoribus, qui vero in specimine vivo Septembri mense in caldario florente majores sunt, quam illi iconis Cavanillesianae, in qua foliorum margo superus magis truncatus apparet, lobique eorum magis attenuati, involucrique foliola paullo majora. Quae omnia tamen differentiam specificam inter hasce formas indicare non videntur. Addimus, pubem adesse tenuissimam in sulcis caulinis, petiolis, pedunculis, foliorum marginibus, rete vasculoso in pagina infera foliorum prominente; puncta pellucida paginae inferioris halone purpurascente saepe cingi, flores odorem suavem spirare, vanillae similem cum dulcedine mixtum.

Patriam ex Martynio discere potuisset Lamarckius, Houstonius enim plantam hujus speciei e Veracruce ad hortum Chelseanum misit.

Adn. *P. lunata* Juss. herb. a Candollio inter species non satis notas posita, de qua, cuinam sectioni s. subgeneri addicenda esset, dubius haerebat, ab intrepido Roemero signa dubitationis audaciter rejiciente Decalobis inserta est.

Passiflora rubra L. (Cav. Monad. p. 445. t. 263.)

Petala utrinque ex ochroleuco-alba. Corona haud simplex ut fabulatur Roemerus (Syn. II. p. 154. in descriptione), sed triplex ut recte Cavanillesius habet, extima in basi tantum leviter purpurascens, apicibus minute purpureo-punctulatis. Septembri m. in caldario floruit, fructus vero non perfecit.

Prunus (Cerasus) Japonica Thbg. fl. Jap. p. 201. *α.* flore simplici (*Amygdalus glandulosa* Sieb. Pierot non Hook.) — *β.* flore multiplici (*Amygdalus pumila* L. et auct.)

Anni praeterlapsi aestate (1851) frutex, *Amygdali glandulosae* sub nomine a clar. fratribus Booth emtus, fructus ferebat primos paucos, quos jam exsiccatos praetervidimus, hoc anno autem recentes vivos attente observavimus statimque declaravimus, fruticem non Amygdali sed Cerasi speciem esse. Hookeri quidem mox reperiebatur *Amygdalus glandulosa**), quae vero, summopere diversa, nostra non fuit. Deinde idem nomen occurrebat in libris et diariis hortulanorum, auctoritate hortulani Pierot, quandoque cum praeposita Sieboldi juncta instructus, locus vero ubi diagnosin descriptionemve hujus fruticis dederit auctor inspicere non licuit**). Loudonis Encyclopaedia arborum et fruticum nos docuit, *Cerasum Japonicam* Lois., saepe cum aliis speciebus Japonicis et Chinensibus commixtam, multiplicem sub falso *Amygdali pumila* nomine non solum in hortis coli, sed etiam in operibus botanicorum describi et depingi, summaque quae inter hanc et nostram *Amygd. glandulosam* intercedit similitudine conducti cognovimus, hanc esse *Cerasum Japonicam* simpliciflora. Nec Thunbergii verba dissuadent. Sub diu utraque varietes colitur, hieme leviter tegitur. Fructus vero descriptionem subjungimus.

Drupa petiolo insidet 3 — 5 lin. longo subsphaerica, diametri 5-linearis, fusco-rubra, cicatrice terminali parva styli

---

*) Hook. Icon. pl. t. 288, nec t. 513! uti in Walpersii Rep. II. p. 8. n. 1. legitur, qui error repetitur a Roemero (Fasc. III. p. 14.), qui non solum sub Amygdalo hanc speciem enumerat, sed etiam sub *Pruno glandulosa* cum vero citato Hookeri iterum producit. Tali modo libri conscribuntur incerti et dolosi!

**) Ex Otto et Dietrich Allg. Gartenzeitung a. 1843. p. 243. scimus, nomen Pierotii in Journ. d'horticulture pratique et du Jardinage datum esse.

decidui vel hujus ipsius basi persistente cylindrica parva purpureo-carnosula coronata. Caro subpulposa mollis colore vinoso-purpureo, acidula. Putamen ovoideum apice acuminatum, 4 lin. longum, 3 lin. latum, sulco levi utrinque percursum, subtaeve.

Frutex flore simplici fructifer folia habet ovalia s. ovata subito in acumen angustata, paulo profundius duplicato-serrata, serraturis curvilineis glandula mucronulatis, subtus pilis brevibus ad nervum et venas primarias obsessa; in frutice floribus plenis ornato folia sunt magis oblongo-elliptica sensim acutata, minus profunde et paullo latius duplicato-serrata, subtus glabra, pilis vix occurrentibus. Stipulae utrique angustae petiolo longiores, inferne subpinnatifido-incisa superne argute serrata, serraturis glandulosis. Quae foliorum differentia simili modo ut in arboribus nostris fructigeris ex variabili earum natura pendere posset, quod exserendis fructibus probandum et investigandum.

Amorphas pumilam et **herbaceam**, quarum fructus in Indice seminum horti Halensis (Linnaea XXIV. p. 185.) descripsimus, celeb. A. Gray non censet diversas ab *A. Lewisii* Lodd. et *A. nana* Bot. Mag. t. 2112. Specimina hortensia accepit celeberrimus vir ex horto nostro atque in plantis Wrightianis, nuper ab ipso benevole transmissis, in nota ad pag. 49. haec addit: „The fruit of all these is shorter, straighter, and usually thicker and the leaflets are mostly attennate at the base and firmer in texture, than in the true *A. fruticosa*: but whether they form a distinct species is not so clear." Formarum numerum omni modo in horto nostro augere studemus, ut certius quid afferre possimus. Nobiscum ut communicare velint semina matura rariorum specierum hortorum praepositi, in votis habemus.

Orchidiographische Beiträge,

von

H. G. Reichenbach fil.

(Fortsetzung v. Linn. XIX. p. 369 — 399. Linn. XX. p. 673 — 696. Linn. XXII. p. 859 — 867.)

---

58. **Glossaspis antennifera:** foliis cuneatis oblongis acutis, caule gracili spithamaeo, 4 — 5 vaginis in bracteas abeuntibus vestito, spica densiflora, pauciflora, bracteis ovalibus acuminatis ovaria subaequantibus, perigonii phyllo summo ovali minori, phyllis lateralibus externis oblongis duplo majoribus, lateralibus internis oblongis hinc inde crenulatis, margine anteriori curvilineis, labelli tripartiti partitione media ligulata, obtuse acuta, callo basilari hippocrepico, medio antrorso, partitionibus lateralibus lineari-setaceis, anthesi media perigonium reliquum longe superantibus, calcari ab angusta basi vesiculoso, brevissimo.

Die viel kleineren Blüthen, das kleine oberste Hüllblatt, die rosshufige Schwiele, vor Allem der kleine, gestielte, blasige Sporn (wie bei *Habenaria vesiculosa*, nur der Stiel kürzer) zeichnen diese Art vor der einzigen bisher bekannten Art, vor der *Glossaspsis tentaculata*, sehr aus. China. Fortune. **182.**

59. **Platanthera Mandarinorum** (Filicornes): caule gracili erecto bi-— trifolio, foliis lineari-lanceolatis acutis, in bracteas abeuntibus, spica laxiflora, pauciflora, bracteis lanceolatis, acutis, dorso carinatis, ovariis erostratis longioribus seu subaequalibus, floribus illos *Platantherae solstitialis* subaequantibus, perigonii phyllo summo oblongo, acutiusculo, transverso, phyllis lateralibus externis lanceolatis, obtusiusculis, basin versus extrorse obtusangulis, margine superiori opposito obtusangule emarginatis, igitur curvatis, phyllis lateralibus internis lanceolatis obtusis, apice obscurioribus, basi inferiori obtusangulis, labello ligulato, basi parum obtusangule utrinque dilatato obscuriori, calcari elongato (teretiusculo? ancipiti?) apice acuto subinflato, ovarium subduplo excedente, gynostemio magno, transverso, apice emarginato, rostello appresso in processum triangulum obtusum, medio liberum, utrinque ascendente. China. Fortune.

60. **Platanthera Galeandra** (Conicornes): ovariis in suturis minutissime papillosis, perigonii phyllis oblongo-lanceolatis acuto-acuminatis, lateralibus internis angustioribus, margine inferiori obsolete obtusangulis, labello ab angusta basi cuneato-dilatato, antice retusiusculo, trilobo, lobis lateralibus obtusis, majoribus, lobulo medio acuto, parvo (pagina labelli in sicca planta papillis acutis velutina, uti nunc occurrit in *Orchide papilionacea*), calcari acuto conico, labelli dimidium vix aequante.

Spannenhoch. Blätter 5 — 6, Scheiden etwas bauchig. Die Platte länglich, spitz, kaum einen Zoll lang, etwa 5— 6 Linien in der Mitte breit. Saum dicht besetzt mit kleinen Papillen. Aehre 6 — 8-blüthig. Alle Internodien gleich lang. Unterste Deckblätter den Blättern gleich, viel länger, als Blüthe, obere so lang als Fruchtknoten, kleiner, gleichgestaltig. Blüthen etwas grösser, als die der *Platanthera de-*

cipiens Lindl. Obere Hüllblätter scheinen helmartig zu stehen. Säule schmal. Anthere oben mit Spitze. Narbendecke mit spitzem Zahne. China. Fortune.

61. **Arundina Philippii**: perigonii phyllis externis oblongis acutis, perigonii phyllis lateralibus internis cuneato-ovatis acutis, tenuius membranaceis, labello cuneato, medio trilobo, lobis lateralibus obtuse triangulis, undulatis, lobo medio producto oblongo, seu obreniformi, apice emarginato, praeterea crispulo, lineis tribus carinatis basi ad radicem lobi medii integri, antice autem crenulatis, androclinii cucullo acutiusculo, margine integro.

Eine niedrige, mindestens nicht über fusshohe Pflanze. Untere Blätter etwa 4 Zoll lang, $^1/_3$ — $^1/_5$ Zoll breit, spitz. Aehre 4—5-blüthig. Deckblätter eiförmig mit Spitze, kappig, kurz. Diese ist wohl die vom Herrn Prof. Lindley neben *Arundina chinensis* Blume! beschriebene Art. China. Philippi! Fortune!

61. **Arnndina Meyenii**: perigonii phyllis lanceolatis acutis, subaequalibus, labello a cuneata basi dilatato, apicem versus trilobo, lobis lateralibus obtuse triangulis, medio lobo a cuneata basi dilatato, bilobo, cum reliquis margine crispulo crenulato, lamellis duabus basilaribus erectis, crenulatis versus medium labellum omnino evanescentibus, gynostemii validioris cucullo androclinio tridentato, dente medio obtuso.

Cymbidium Meyenii Schauer Act. Leop. Suppl. XIX. 433. 1843.

Höher und kräftiger, als vorige. Die Blätter 6 Zoll lang. In der Tracht der *Arundina chinensis* Blume! viel näher. China, Macao. September. Meyen!

62. **Ponerorchis.**

Perigonium campanulatum, phylla externa oblonga, basi cuneata, supremum apice cucullato contractum, lateralia

externa oblonga, margine inferiori medio obtusangula, phylla lateralia interna ovata, acutiuscula, basi subcunceata, labellum basi late cuneatum, medio trilobum, lobi laterales rhombei, margine interiori lobo medio appositi ovali acutiusculo, calcari filiformi ovarium gracile aequans. Gynostemium erectum, gracile, utrinque pone stigmaticam foveam membranaceo-auriculatum, anthera elongata, erecta, basi longe attenuata; processus rostellaris rhombeus, per lineam mediam sulcatus, complicatus, productus, glandulae rotundae utrinque margini superiori pone angulum supremum rostelli impositae; lineae stigmaticae crassae vermiformes utrinque in marginibus inferioribus rostelli rhombei; fovea stigmatica cordiformis.

P. graminifolia. Eine 4 — 5 Zoll hohe Pflanze, mit kuglichen Tuberidien, schlankem Stengel, drei schmal lanzettlich zugespitzten Blättern, gedrängter, wenigblüthiger Aehre, spitz dreieckigen Deckblättern, welche die Fruchtknoten der kleinen Blättchen überragen. Unverkennbare Aehnlichkeit mit *Herminium alpinum* Lindl. Japan.

63. **Pogonia japonica:** caule gracili, in medio caule unifolio, folio arcte vaginato, lamina oblongo-lanceolata, acuta, glauca, bractea subaequali angusta, flore unico, perigonii phyllis lanceolatis ovario longioribus, labello angusto, basi canaliculato, medio trilobo, lobis lateralibus antrorsum acutis, lobo medio ligulato, nervis quatnor in illo lobo cristatis ligulatis obsitis, gynostemio gracili, subcurvato androclinii limbo postico erecto, medio producto, lateribus paucidentato.

4 — 5 Zoll hoch, Blüthe etwas grösser als bei *Pog. pendula.* Japan.

64. **Cephalanthera: chloidophylla** caule pedali, erecto, folioso (7 — 8), foliis oblongo-lanceolatis basi et apice atte-

nuatis, apice acuto-acuminatis, spica densiflora, pauciflora (6—8), bracteis angustissime triangulis, minutissimis (infima nunc foliacea), floribus clausis (an semper?), perigonii phyllis oblongo-cuneatis, obtusis, phyllo summo nunc acuto, labello basi infima brrevissima conico calcarulato, lamina triloba, lobis posticis triangulis erectis abbreviatis, lobo medio a basi angusta dilatato, trilobulo, lobis lateralibus obtusissime rhombeis, margine postico curvilineis, lobo medio ligulato, medio apiculato, nervis mediis tribus per totum lobum medium integro-carinatis; gynostemio gracili cum anthera erecta labellum subaequante.

Die Blüthen so gross, wie bei einer magern *Cephalanthera rubra*. Die *Serapias falcata* Thb. ic. Jap. 1. 5. hat viel kleinere Blüthen, eine stumpfe, vorgestreckte Lippenspitze. Ohne Studium des Originals lässt sich über sie nichts sagen. — Japan.

65. **Habenaria Sutteri:** foliis binis humifusis, altero orbiculari, basi cordato, apice acutiusculo, altero parvo oblongo acuto, caule tenuiculo, squamis 1 — 2 lanceis subulatis ochreatis vestito, superne racemoso (3—6-floro), bracteis lanceis apice subulatis, ovariis ter brevioribus, perigonii phyllo summo ovali trinervi, phyllis lateralibus oblongis acutis trinerviis, lateralibus internis ligulatis, uninerviis, labelli tripartiti partitione media lineari-subulata, lateralibus partitionibus subulatis, longioribus, apice nunc (an in viva?) tortis, calcari filiformi apicem versus clavato ovario subaequali, antherae loculis inter se remotis, processu rostellari appresso, latissime triangulo, processubus stigmaticis carnosis abbreviatis, canaliculatis.

Nächst *H. diphylla* Dalzell, welche zwei kreisrunde, herzförmige Blätter hat, und deren Stengel mit vielen Schuppen

besetzt ist. — Prope urbem Mangalor. Sutter. 1847. „Pl. Ind. or. Terra Canara. Metz." No. 142 a.

66. **Tropidia septemnervis** elata, foliorum laminis oblongis, basi cuneatis, apice acuminatis, septem nervis validioribus, spica brevissima terminali, bracteis linearibus, apice subulatis, summis quam alabastra brevioribus, perigonii phyllis oblongis acutis, lateralibus internis ovatis acutis, labello compresso ventricoso (seu compresso naviculari) basi compresso excavato, carina longitudinali per fundum carinisque utrinque sub margine labelli, gynostemio gracili.

Ptychochilus septemnervis Schauer! in Act. Leop. XIX. Suppl. 1. T. 11. 184. Icon mala — tamen descriptio pejor — pro Vandea habita!

Fusshoch, schlank. Blätter 5—6 Zoll lang, etwa 2 Zoll breit in ihrer Mitte. Luçon. Meyen!

67. **Spiranthes paraguayensis** caule folioso, pedali, foliis cuneato-oblongis acutis, sensim in bracteas decrescentibus, spica densissima, bracteis ovatis acuminatis flores horizontales aequantibus seu superantibus, marginis parte inferiori ciliatis, perigonii phyllo summo oblongo ligulato obtuso, phyllis lateralibus externis obliquis triangulis acutis, omnibus extus cum ovario pubescentibus, basi in corniculum minutum productis, perigonii phyllis lateralibus internis ligulatis, medio dilatatis, labello a cuneata basi dilatato, antice retuso, apiculo lineari in medio imposito (si mavis: trilobo, lobis lateralibus rectangulis, lobo medio lineari), callis baseos adnatis, rostello tridentato, dentibus subulatis, dente medio producto. Paraguay.

68. **Polystachya Weigelti:** caulibus secundariis diphyllis, foliis lineari-lanceolatis, curvatis, apice vix attenuatis, subtiliter tridentatis, rhachi ancipiti, vaginis ancipitibus, membranaceis (nec hyalinis), elongatis, ochreatis, apice libero

acutis arctissime vestito, rhacheolis vaginas basi perforantibus secunde divaricato-nutantibus, plurimifloris, minutifloris, minutissime puberulis, bracteis a basi triangula acuminatis brevissimis, floribus inversis, perigonii phyllis externis ovatis acutiusculis brunneis, phyllis lateralibus internis linearibus obtusiusculis aequilongis, labello a basi lato cuneata medio trilobo, lobis lateralibus rhombeis, divaricatis, lobo medio producto retuso furfuraceo, callo obtuse lobulato in ima basi furfuraceo.

Die kleinblüthigste Art der Gattung. Blüthen um die Hälfte kleiner, als bei *P. cerea* Lindl., welche nächst verwandte Art eine viel breitere, plumpere Spindel mit höchstens Einem Zweiglein, ferner höchst dünne Scheiden und unten sehr dick angeschwollene Stengel besitzt. Surinam, Weigelt! Kappler! (ad fl. Marrowyne, Aug. 1847) Kegel!

69. **Polystachya estrellensis:** caulibus secundariis elongatis (— 16″), basi pseudo-bulboso-incrassatis, vaginatis, paucifoliis, foliis 4 — 6, oblongis, acutis (— 9″ longis, 1″ latis); rhachi ramulosa, rhacheolis multifloris, bracteis ovatis acutis (0,5″ longis, basi 0,3‴ latis), ovariis brevissime pedicellatis (2‴) brevioribus, perigonii phyllis lateralibus ovatis acutis (1‴ longis, basi 0,9‴ latis); lateralibus internis, ligulatis obtusis, margine superiori nunc crenulatis, semipenninerviis (seu nervulis abbreviatis marginem, non attingentibus), aequilongis (0,3‴ latis), labello a basi cuneata angusto unguiculato in laminam trilobam explanato, calloso, callo carinaeformi margine libero superiori prope lunato a regione antebasilari ad discum labelli, lobis lateralibus abbreviatis, medio lobo latiori retuso emarginato crenulato (1,1‴ longo, medio 1‴ lato), gynostemio brevissimo truncato.

Der Stängel scheint zweischneidig und ist mit mehren dürren, geschlossenen Scheiden besetzt. Rispe bis fünf Zoll

lang an einer endständigen und mehren, bis fünf seitlichen Aehren. Das Sänlchen sehr niedrig, plump, fast die ganze Vorderseite durch die quer ovale Narbengrube eingenommen. Die Anthere flach, oval, vorn ausgerandet, hinten ein rundes, umgebogenes Läppchen.

Felsen der Serra d'Estrella. Febr. 1823. Beyrich.

70. **Herminium Lefebreannm** = *Peristylus Lefebreanus* A. Rich.

Plantae Regnellianae.

(Continuatio v. Linn. XXII. p. 511. et Linn. XXIII. p. 443.)

Orchideae,

auctore

H. G. Reichenbach fil.

(Tharandi Saxonum aestate 1848.)

Habenaria uliginosa (ad L. O. A. §. 1. ** *a* — *b.*) spica elongata, densiflora (— 2″ 8‴), bracteis lanceolatis acutis seu acuminatis (— 9‴ long., 1,6‴ lat.), ovariis cylindricis bracteas inferiores subaequantibus, perigonii phyllis 3 *externis subaequalibus, triangularibus, acutis* (3‴ long., basi 1,5‴ lat.), lateralibus internis *bipartitis, partitione utraque falcata, acuminata* (2,5‴ long., 0,4‴ basi lata), anteriore nunc paulo longiore, labello tripartito, *partitionibus lanceolatis acutis, lateralibus subfalcatis, divergenti-divaricatis* (3,5‴ long., 0,5‴ basi latis), lacinia media *nunc aliquid longiori,* parte basilari simplici brevissima (0,8‴ longa), calcare *cylindraceo apice subclavato pendulo ovario subaequali* (6 — 8‴ longo), stigmatis brachiis crassis bilobis.

Habenaria uliginosa Rchb. fil. Linn. XXII. 812.

Die ganze Pflanze erreicht eine Höhe von 17″. Die Tuberidien erscheinen walzig, klein (5,5‴ lang, 2‴ breit in der Mitte an der trocknen Pflanze). Zu unterst eine grössere, am freien Ende lanzettliche Scheide, darauf 4—6 lanzettliche, spitze, an die Axe angedrückte Blätter, welche unten eine Scheide bilden (zu unterst 3″ 1‴ lang, offner Plattentheil 3″ 2‴; Breite in der Mitte 3,2‴). Dann 1—2 kleine, deckblattartige Blätter.

Die niedrige Säule ist eigenthümlich gebaut. Zwischen den Staubbeutelfächern ein tiefer Ausschnitt, zwischen dem ein kleiner Zahn emporsteigt. Der Schnabelfortsatz gedrückt, quer an der Spitze frei. Die Staubbeutelfächer nach vorn verengt, verlängert. Der Pollenhalter kurz, die nackten Drüsen gross. Staminodien lanzettlich. Jeder der zwei Narbenfortsätze hat seitlich an der untern Hälfte einen kleinen Nebenstummel.

Die Blüthen erscheinen im getrockneten Zustande so gefärbt, wie die der *H. parviflora*, also vielleicht im Leben ebenfalls grünlich weiss.

An dem einem Exemplar haftet etwas torfige Erde mit Riedgraspflänzchen und Spuren eines *Lycopodium*, unserm *inundatum* nicht unähnlich. Daher entlehnte ich den Namen.

Diese Art ist der *H. Schomburgkii* Lindl.! etwas ähnlich, nur hat sie gleiche Abtheilungen der inneren seitlichen Hüllblätter und die Blätter scheinen bei der verglichenen Pflanze abzustehen.

Im Systeme muss sie neben *Habenaria secunda* gestellt werden („racemo *subsecundo* bracteis florum fere longitudine, sepalo supremo *latissimo complicato-subcordato*"). Ser. II. No. 261.

Habenaria parviflora Lindl. L. O. 314. scheint in Brasilien sehr verbreitet, ich vermisste sie nie in dort gemachten Sammlungen. Ser. I. No. 419.

Sauroglossum elatum Lindl. Bot. Reg. XIX. t. 1618. Das vorliegende Exemplar zeigt manche Verschiedenheiten von der abgebildeten Pflanze, doch möchte ich darum nicht eine neue Art aufstellen. Erstlich ist der Stengel unten ganz kahl, während er nach oben zu immer dichter behaart wird. Ferner ist die Lippe viel breiter. Die schlanke Säule ist an der abgerundeten Spitze ausgerandet, und von der Narbengrube aus geht eine Rinne nach dem Grund der Säule zu (natürlich auf der Unterseite). Im Antherenbette zeigt sich eine erhabene Längsleiste. Der Staubbeutel ist herzförmig. Die Vorderseite der Säule ist etwas behaart. — Die Blätter verschmälern sich nach unten bedeutend, und das längste, unterste ist fast 15 Zoll lang, im obern Viertheil über 2 Zoll breit, am Grunde 7‴. 1. Ser. No. 420.

Spiranthes clata Rich. Orch. annot. 37. var. *humilis*. Die vorliegenden Exemplare zeigen die kleine Form, die auch von Luschnath in Brasilien gesammelt wurde. Das kleinste Exemplar ist 2 Linien unter 5 Zoll hoch. Einen Unterschied von der gewöhnlichen Pflanze kann ich ausserdem durchaus nicht finden. Der Aderverlauf der Lippen ist vielen Abweichungen unterworfen, und ich finde hier die der Mittellinie zunächst liegenden auf der Oberfläche sogar schwach granulirt. Die gestutzte Spitze des Schnabelfortsatzes zeigt viel deutlicher 3 Zähne, als die in unseren Glashäusern so häufige Pflanze, die einzige Orchidee vielleicht, die bei uns durch freie Aussaat sich selbst vermehrt.

Stenorrhynchus orchioides Rich. *Neottia orchioides* Sw. B. Mag. XXVI. 1036! B. Reg. IX. 701!

Neottia squamulosa H.B.Kth. Voy. I. t. 71!
Neottia plantaginea Hook. B. Exot. III. 226!

An dem vorliegenden Exemplare werden die Scheiden sehr blattig, wie an der Pflanze des Bot. Reg. Stets fand ich an den wildgewachsenen Individuen die untersten Blätter verdorrt, während sie nach obigen Abbildungen an der kultivirten Pflanze sich länger halten — und aus begreiflichen Gründen. Das oberste äussere Hüllblatt ist am Grunde mit der Säule verwachsen. Herrn Turpin's Analyse halte ich für manirirt. Die Säule sah an den von mir untersuchten Blüthen stets ganz anders aus. Sie breitet sich vom stielrunden Ende von der Stelle, wo das Mannsbett beginnt, schmal nierenförmig aus, und in der Mitte der vorstehenden Bucht entspringt eine lange Spitze. Der Staubbeutel liegt nur noch mit dem hintern Theile auf der stielrunden und vorn auf der ausgebreiteten Abtheilung. Die Narbe ist rundlich, nach oben zweimal ausgebuchtet, und liegt auf der untern Seite jener Ausdehnung. Die Lippe fand ich zumeist seitlich ausgebreitet.

Stevia Cavan. — DC. prodr. V. p. 115.

auctore C. H. Schultz Bip.

Obs. Generis difficillimi analysin hic propono novam et species nonnullas, stricto sensu non huc spectantes, sine no. adduco.

A. *Species annuae* (omnes podocephalae, i. e. capitulorum pedicellis involucrum superantibus, ramosissimae, tenues, pilis glanduliferis munitae).

a. *Trifidae*, foliis plerisque trifidis.

?*Stevia trifida* Lag. nov. gen. p. 27. n. 350. = *Stevia microphylla* H. B. K. — DC. pr. V. 118. n. 23. — Willd.! herb. n. 15209! et *St. multifida* fl. mex. ic. ined. — DC. pr. V. 121. n. 45.

b. *Crenatae*, foliis petiolatis, ovatis, crenatis.

a. *Micranthae*, floribus, pappi aristis brevioribus, generis minimis.

1. **Stevia micrantha** Lag. — DC. pr. V. p. 121. n. 46. — Schldl. in Linn. XVI. p. 369. — Schauer! in Linn. XIX. p. 718.

Mejico, in valle urbis: Aschenborn! n. 109; pr. Regla, n. 482. et in solo calcareo pr. balnea calida pr. Grande, n. 798. Ehrenberg!

β. *Micranthae*, floribus pappi aristis longioribus inaequilobis.

2. **Stevia Aschenborniana** C. H. Schultz Bip. = *Stevia podocephala* Schauer! in Linn. XIX. p. 718, non DC. pr. V. p. 121, quae eadem est forsan ac *St. elatior* H. B. K.

Stirps annua, pubescens, tennis, 10 pollices alta, inferne ultra 1 lin. diametro metiens, a basi paniculato-ramosissima, paniculâ ad medium dodrantem diametro metiente. Rami mox supra basin, intervallo 1 poll. orientes, pubescentes, pilis in plantae parte superiore glanduliferis, inferiores spithamaei, vel paulo altiores v. humiliores, oppositi, superiores alterni. Folia tenera, glabrescentia, inferiora cum petiolo alato-cuneato 2 — 4 lin. metiente, — $^5/_4$ poll. longa, — 6 lin. lata, ovato-oblonga, grosse serrata, obtusa, superiora minora, subsessilia, oblongo-lanceolata, subintegra, cum ramulis alterna. Capitula pedicellis insident filiformibus, 2—6 lin. longis, pilis glanduliferis patentibus dense obsitis. Involucrum 2 lin. altum, cylindraceum, squamis compositum n. 5, lineari-lanceolatis, subacuminatis, i. e. foliolis 2 externis acuminatis, 3 reliquis acutis, omnibus dorso pilis articulatis simplicibus brevibus hirtis. Flores cum tubo, $1^3/_4$ lin. longo, violaceo-phoeniceo, dense et breve pubescente,

$2\frac{1}{2}$ lin. fere longi, limbo 5- et inaequilobo, glabro, lacteo, lobis ovato-oblongis, 3 majoribus obtusis, 2 duplo minoribus, acutis. Achaenia n. 5. linearia, $\frac{5}{4}$ lin. longa, cinerea, costulis vero albentia, extimum tantum costulis breve hirtum et pappo munito brevi, e paleis ovatis, denticulatis composito, e quibus una in aristae rudimentum elongata, reliqua 4 achaenia non solum in costis sed etiam inter costas breve hirta et paleae 3, imo in achaenio intima 4 in aristas elongantur 2 lin. longas, dense barbellatas, et tantum ad basin paulo scariose alatas, sordidas.

Mexico: Aschenborn! n. 652.

B. *Species perennes, herbaceae.*

a. *latifoliae*, foliis oblongo-ovatis, *remotis.*

α. podocephalae, pedicellis involucrum subaequantibus.

† foliis subsessilibus, pappo coroniformi et pl. 3-aristato.

1. Stevia elatior H. B. K. — Kunth syn. II. p. 434. — DC. pr. V. 120. n. 41.

Stevia sessilifolia Willd.! herb. n. 15212. et omnino eadem = *Stevia rhombifolia* Willd.! herb. n. 15208. fol. 2. (non fol. 1, quae *Stevia rhombifolia* H.B.K. genuina est.)

Obs. Spr. syst. veg. III. p. 448. *St. elatiorem* H. B. K. cum *St. adenophora* Lag., cui flores purpurei, in unam jungit speciem.

Stevia cnarthrotricha Lag. affinis esse videtur.

Stevia podocephala DC. pr. V. p. 121. n. 43. huc spectare videtur, sed cl. DC. achaenia glabra describit, in nostra pilis brevibus, praecipue in costulis hirta.

Steviae elatiori radix est perennis, verosimiliter repens; *caulis* elongatus; *folia* ovato-rhomboidea, inferne cuneata et integerrima, ceterum utrinque — 12-crenata, punctis glan-

duliferis insculpta, infra pallidiora, reticulata, consistentiae sat magnae, inferne conferta, superne remota; *ramificationes*, exceptâ saepius infimâ oppositâ, omnes alternae et hinc panicula dichotoma laxa; *pili* simplices, articulati, in plantae parte superiore glanduliferi, *capitula* 5-flora, pedicellis 3—8, imo — 13 lin. longis, filiformibus insidentia; *achaenia* pilosula, pl. unum pappo paleaceo, reliqua 4 pappo paleaceo et aristis 3 munita, rarius tantum 2 pappo triaristato et 2 pappo 2 — 1-aristato, rarissime achaenia 3 pappo paleaceo et reliqua paleis et insuper 1 — 2 aristis sunt munita.

Stevia clatior crescit in

1) Columbia: Colonia Tovar, in mont. graminosis apricis, fl. Julio et Paramo de la Culata fl. Dec. (cor. alba): Moritz! n. 398. (ach. 1 pappo paleaceo reliqua insuper 3-aristata vel unicum tantum uniaristatum; pr. Galipan alt. 4000 ped. Julio: Ed. Otto! n. 929. (var. involucro virente, achaenia 3 pappo paleaceo, reliqua insuper aristis 1 — 2 munita).

Venezuela pr. Merida, alt. 5000′. Julio 1842: Linden! n. 348. (flor. albi. Achaenia 2 pappo coroniformi et 3 insuper 3-seto munita); Venezuela, prov. Truxillo pr. Agua Obisp, alt. 6000 ped. Aug. 1846: Funk et Schlimm! no. 785. (flores et achaenia ut in praecedente).

Obs. Var. *coronata* Schultz Bip.: achaeniis omnibus pappo coroniformi magno, denticulato munitis. Huc forsan *Stevia dissoluta* Schldl. hort. Halens. p. 16. — Walpers Rep. II. 517. Venezuela, prov. Caracas, Silla, alt. 7000′. Ort. 1842. (4. flores albi; stirps gracilior, laxior, folia minora, magis distantia, utrinque tantum 7-dentata, pilis articulatis supra dense hirta, infra quasi albo-tomentosa): Funk! n. 317. Mihi potius speciei polymorphae forma, quam species propria.

2) Mejico: Aschenborn! n. 456. (ach. 1 pappo paleaceo, reliqua 4 paleaceo et triaristato munita); pr. Regla: C. Ehrenberg! n. 479a. (involucrum virescens, ach. 1 pappo paleaceo, reliqua 4 insuper 3-aristata); pr. Los Baunos: Ehrenberg! n. 379c. (ach. 1 pappo paleaceo, reliqua 4 paleaco et 2—3-aristato).

†† foliis subsessilibus, pappo —10-aristato. Huc;

Stevia crenata Benth.! pl. Hartweg. mexic. p. 197. n. 1089. Affinis *St. elatiori* sed glabrescens, excepto involucro pilis brevissimis glanduliferis munito et capitulo brevius pedicellato.

††† foliis petiolatis, pappo coroniformi. Huc:

Stevia coronata C. H. Schultz Bip. in Berlin. Bot. Zeitg. 1845. p. 155. Herbacea, superne pubescenti-glandulifera, ramis paniculatis cum foliis petiolatis, ovatis, crenatis, subtus pallidis et punctis glanduliferis munitis oppositis, capitulo pedicello involucrum subaequante insidente, 4-floro, involucri 5-phylli squamis obtusiusculis; floribus superne hirtis; achaenio cylindraceo, angulato, glabro, pappo coroniformi, dentato, specioso.

Hab. in Brasiliae prov. Minas Geraës: Claussen! Aug. — Apr. 1840. n. 273. ed. Hohenacker! — Herba sesquipedalis inter species brasilienses pappo coroniformi distincta.

†††† foliis petiolatis, pappo —6-aristato et squamuloso.

Stevia Regnellii C. H. Schultz Bip. in litt. ad cl. Dr. Regnell, qui hanc speciem in Brasiliae prov. Minas Geraës ad Caldas (1. Ser. no. 248.) detexit et cum plurimis aliis benevole communicavit. Species perennis, herbacea, bipedalis, hirta, foliis petiolatis, ovatis crenatis cum ramis in paniculam dispositis, oppositis, superne pili praecipue involucri glanduliferi; achaenia 5 hirta —6-aristata.

β. corymbosae, capitulis in corymbum densum dispositis.

† *Micropappeae*, pappus nempe e corona minima, subintegra, factus. (Herbae pilis brevibus, articulatis, pl. glanduliferis, hirtae.)

* Involucri squamis acuminatis; foliis multiserrato-crenatis; herbae pedales, pilis articulatis, crispulis hirtae.

1. **Stevia trachelioides** DC. pr. V. p. 115. n. 3.

β. erythrolepis C. H. Schultz Bip. Mss. an nova species?

Perennis, rhizoma verosimiliter repens, ad internodia fibrosum; caulis herbaceus, adscendens, pedalis et altior, teres, purpurascens, adscendens, pilis articulatis, crispulis praecipue superne hirtus, folia cum ramis inferioribus opposita, sessilia, inferne cuneata et integerrima, caeterum late ovata acutiuscula, triplinervia, grosse dentato-crenata, utrinque hirta; capitula 5-flora, ad apicem ramorum corymboso-fasciculata, subsessilia; involucri squamae glabrescentes, superne purpurascentes, acuminatae; flores albentes, tubo involucrum vix superante superne purpurascente, superne et inferne hirti; achaenia glabra, pappo coroniformi, minimo, subintegro. Variat caule a basi ramoso, ramis oppositis — 5 poll. distantibus vel tantum ad apicem ramoso-corymbosa.

Differt varietas mea *erythrolepis* a genuina *Stevia trachelioide* DC. pr. V. 115. caule adscendente cum foliis ($^5/_4$ —$^7/_4$ poll. longis, 7—11 lin. latis) obtusiusculis sparse hirto, involucri squamis ($2\,^1/_2$ lin. longis) glabrescentibus.

Mejico, Real del Monte: Ehrenberg! n. 198.

Obs. Differt a *Stevia monardaefolia* H. B. K. — DC. pr. V. p. 115. n. 4. = *Stevia latifolia* Willd.! herb. n. 15213. pilis longioribus, involucri squamis acuminatis, glabrescentibus (in *St. monardaefolia* acutis et pilis glanduliferis muni-

tis) floribus minoribus, 1 1/2 lin. longis (in *St. monardaefolia* 2 1/4 lin. longis).

1.* **Stevia monardaefolia** H. B. K.

Mejico, prov. Vera Cruz, Pico Orizaba, alt. 10,000 ped. Aug. 1838: Linden! n. 1128. (flor. rubentes).

** Involucri squamis acutis, foliis subserratis, herba *palmaris*. Huc:

5. **Stevia hirtiflora** C. H. Schultz Bip. mss.

Stirps herbacea, ut videtur perennis, pygmaea, 3 1/4 poll. longa. Caulis teres 1/3—1/2 lin. diametro metiens, pilis articulatis, praecipue superne, breve hirtus; folia opposita, in axi ramorum rudimenta ramulorum foliata foventia, 4—6 lin. longa, 1 1/2 — 2 1/2 lin. lata, obovato-oblonga, triplinervia, ad apicem hinc inde crenato-dentata vel subintegra, crassa, utrinque glandulis sessilibus nigris punctata et insuper hinc inde pilis munita crispulis. Superne caulis in ramos abit oppositos v. alternos cum capitulis 1/2—3/4 poll. longos, 3—4-cephalos, in corymbum, 3/4 lin. diametro metientem dispositos; capitula sessilia; involucri squamae 2 lin. longae, acutae, pilis plerisque glanduliferis hirtae; flores pilis articulatis, hinc glanduliferis, dense hirti, ultra 2 lin. longi, albentes, tubo superne violaceo involucrum superante; achaenia superne sparse et breve hirta, albentia, cum pappo brevi coroniformi, denticulato 1 1/2 lin. longa.

Species nostra affinis *St. monardaefoliae*, floribus pro parva specie magnis, valde hirtis et habitu singulari distinctissima.

Mejico pr. Regla: C. Ehrenberg! n. 30.

†† *Macropappeae*, pappus nempe e corona spectabili irregulariter dentata, saepius e paleis distinctis compositâ, e quibus plures saepius in aristas — 4 elongatas abeunt.

* Herba pilis articulatis, pl. glanduliferis, breve hirta, foliis serratis, capitulis breve pedicellatis, pappo coroniformi, magno, inaequidentato.

6. **Stevia elongata** H. B. K. — DC. pr. V. p. 116. n. 7.

β. Moritziana Schultz Bip. an nova species?

Perennis; rhizoma verosimiliter repens, ad internodia fibris numerosis, longis crassisque stipatum; caulis adscendenti-erectus, 5—8 poll. longus, $^1/_3$ — $^1/_2$ lin. diametro metiens, cum foliis oppositis, ovatis, serratis et involucri squamis, 3 lin. longis, subacuminatis, pilis articulatis, plerisque glanduliferis hirtus, superne ramosus; rami breves oppositi v. alterni; capitula breve pedicellata; flores glabri, hinc inde glanduliferi; achaenia vix superne hirta; pappus coroniformis, magnus, inaequidentatus, dentibus majoribus transitum in aristas rudimentarias perficientibus. Variat:

I. *Pallida*, minus glandulifera, involucri squamis et floribus pallidis.

Paramo de Mucilhice. Oct.: Moritz! n. 1376. (flores purpurascentes?). Venezuela, prov. Merida, Culata, 9000′, Septbr. 1842: Linden! (flores albi).

II. *Purpurascens*, valde glandulifera, involucri squamis superne purpurascentibus, floribus, tantum ad tubi partem superiorem, purpurascentibus.

Cum priore: Moritz! n. 1376 b. (flores lilacini. Inscriptio sine dubio confusa). Venezuela, Merida, Culata, 8 — 9000′. Sept. 1842: Linden! n. 476. (flores rosei).

** Herbae pilis brevissimis pubescenti-subtomentosulae.

§ Involucri squamis obtusis, floribus albis. Huc:

Stevia triflora DC. pr. V. p. 115. n. 1. Species est distinctissima.

Mejico, San Felipe, Oaxaca: Karwinski!

§§ involucri squamis acuminatis, floribus purpureis (pappo coroniformi dentato, achaeniis nervis hirtulis).

7. **Stevia glandulifera** Schldl. — Walp. Rep. bot. syst. II. p. 547.

Obs. Num *Stevia Clinopodia* DC. pr. V. p. 116. n. 5. eadem, licet ejus flores glabri describuntur.

Mejico, Real del Monte, Cerro del Aquila: C. Ehrenberg! n. 477.

§§§ involucri squamis acutis.

ℵ Floribus roseo-purpureis. Huc:

8. **Stevia jorullensis** H.B.K. — DC. pr. V. p. 116. n. 6.

Mejico: Aschenborn! n. 159. ex parte. Cl. Schauer! Linn. XIX. p. 718. sub n. 159. etiam *Stev. nepetaefoliam* et *rhombifoliam* H. B. K. enumerat.

var. *α. Ehrenbergiana*, achaeniis 2 pappo coroniformi, tertium insuper 2 et reliqua 3 aristis munitis, superne coloratis, foliis crassioribus ovato-oblongis, floribus purpureis. = *Stevia Ehrenbergiana* Schldl. in Linn. XVI. p. 371.

var. *β. Humboldtiana*, achaeniis hirtis, omnibus pappo coroniformi munitis, foliis ovatis, floribus roseis. = *Stevia jorullensis* vulgaris.

ℵℵ Floribus albis, tubo saepius ochroleuco v. roseo, achaenia 5, e quibus pl. 2 pappo coroniformi reliqua insuper aristis — 3, rarius — 4 munita, rarius omnia pappo coroniformi.

ב Herbae subpubescentes v. foliis infra cano- v. albo-tomentosis.

ג Herbae subpubescentes.

* Folia rhomboideo-lanceolata, medio 4 — 7-serrata, caulis opposite ramosissimus gracilis, flores albidi, rarius rosei. Huc:

9. **Stevia origanoides** H. B. K.! — Kunth! syn. II. p. 435. — DC. pr. V. p. 118. n. 21. Subpubescens, ramis et foliis inferioribus oppositis rhomboideo-lanceolatis, medio serratis, serraturis utrinque pl. —4, rarius —7, superioribus alternis, subintegris, angustioribus, capitulis 5-floris, achaeniis hirtulis, 2 exterioribus pappo paleaceo-coroniformi, 3 internis insuper aristis 3, rarius in uno achaenio tantum 2 munito. Herba gracilis, ramossissima, capitulis ad ramorum apicem fasciculatis, floribus pl. albis. Hujus synonyma sunt: *Stevia origanifolia* Willd.! herb. n. 15215. (achaenia hirtula, 2 pappo paleaceo, 3-paleaceo et 3-aristato. Observandum hic est, nomina *Kunthiana*, cum Willdenowianis, in ejus herbario forsan prius datis, licet non verbotenus, tamen sensu saepius convenire.

Stevia lanceolata (non Lag.) Schldl. in Linnaea XVI. p. 367. — Schauer! ib. XIX. p. 717.

Mejico: Aschenborn! n. 604. (*St. lanceolata* Schauer! l. c. achaenia 2 pappo paleaceo, 3-paleaceo et 2—3-aristato, folia paulo angustiora).

Obs. I. Eandem in Mejico pr. Oaxacam a cl. Franco! lectam com. cl. Buchinger, sed folia paulo latiora, serraturis utrinque —7, achaenia 2 pappo paleaceo-coroniformi, reliqua paleaceo et 2—3-aristato munita. Ob folia latiora *St. rhombifolium* H. B. K. cum nostra fere jungit, sed caulis gracilis opposite ramosissimus.

Obs. II. *Stevia ovata* Lag. — DC. pr. V. p. 120. n. 40 a *St. origanoide* H. B. K. non differt. = *St. ovata* Willd.! herb. n. 15204. fol. 1 — 3. Cl. Kunth etiam l. c. p. 436. asserit, *Steviam ovatam* affinem esse *St. origanoidi*. Habitus speciminum cultorum herb. Willd., cum quibus omnia conveniunt specimina, quae nomine *St. ovatae* Lag. et *St.*

suaveolentis Lag. ex hort. Spirensi et Carlsruhano habeo, culturâ alterata. Capitula nempe longius pedicellata et paniculà hinc laxior, folia paulo latiora, achaenia 3 pappo coroniformi, reliqua 2 insuper aristis 1—3 munita.

Obs. III. *Stevia paniculata* Lag.— DC. pr. V. p. 120. n. 39. cum nostra etiam convenit, sed stirps magis pubescens, flores rosei, rami speciminum meorum mancorum alterni, folia inferiora ovato-lanceolata, utrinque serraturis — 8—9 munita, suprema lanceolata, subintegra, achaenia 2—3 externa pappo coroniformi reliqua 1—2—3 pappo paleaceo-coroniformi et 2—3-aristato munita (v. sp. culta in horto Carlsruhano) — (*St. lanceolata* et *salicifolia*) — et h. Spirensi (*St. purpurea*).

** Folia rhomboideo-ovata, utrinque —12 crenato-serrata, caulis superne alterne ramosus, pappus coroniformis vel in achaeniis —4 coroniformis et 1—4-aristatus. Huc:

10. **Stevia rhombifolia** H. B. K. — Kunth syn. II. p. 433. — DC. pr. V. p. 119. n. 32. — Willd.! herb. n. 15208. fol. 1. (NB. fol. 2. = omnino eadem ac *St. sessilifolia* Willd.! herb. n. 15212. = *St. elatior* B. B. K.) *Stevia fascicularis* Less. in Linn. V. p. 140. — DC. pr. V. p. 170. n. 35. sec. specimen herb. Spreng.! auctoris a cl. Schldl. larg. Glabrescens v. tenuiter pubescens, ramis foliisque inferioribus oppositis, rhomboideo-ovatis, crenato-serratis, serraturis utrinque —12, superioribus saepe alternis, angustioribus et magis integris, achaeniis omnibus pappo coroniformi munitis, vel —4 praeter pappum coroniformem 1—4-aristatis. Herba pr. superne ramosa, capitulis ad ramorum apicem fasciculatis, floribus albis vel tubo crocco, rarius rubris.

Obs. In specimine herb. Willd. achaenia 5 hirtula, e quibus 1 pappo coroniformi, reliqua 3—4-aristato. Huc:

Stevia canescens (non H. B. K.) Schauer! in Linnaea XIX. p. 717. in Mejico a cl. Aschenborn! n. 582. Folia magis elongata, cum ramis speciminis mei manci alterna, achaenia 5 hirtula, pappo coroniformi munita, e quibus in 3 aristae 3 accedunt. Affinis *St. origanifoliae*, sed caulis rigidior, ramis saepe alternis, foliis serraturis utrinque 8 — 12.

Mejico, prov. Vera Cruz, pr. Jalapa, alt. 4000 ped. Majo 1838: Linden! n. 469. (4. flores albi, achaenia 3 pappo coroniformi, 2 insuper 1 — 3-setoso, folia et rami plerique oppositi), et pr. Mirador, alt. 3000'. Oct.: Linden! n. 1151. (flores albi, achaenia n. 5. e quibus 1 — 2 pappo coroniformi, reliqua insuper 3 — 4 setis instructa, rami et folia pleraque opposita).

Cum *Stevia rhombifolia* non male convenit *Stevia quitensis* (non H. B. K.) Benth.! pl. Hartweg. mexic. p. 197. n. 1090. sed distincta: floribus saltem tubo purpurascentibus, foliis subtus arachnoideis, quâ notâ ad *Steviam tomentosam* accedit et hanc cum nostra (*St. rhombifolia*) non male jungit. *Stevia rhombifolia* nostra variat:

I. *Stephanocoma* Schultz Bip. achaenia omnia hirtula pappo coroniformi-dentato instructa; flores albentes tubo flavente, radix 4; caulis bipedalis, a medio ramosissimus, ramis foliisque oppositis, rhomboideis, utrinque serraturis 4 — 12 notatis; capitula terminalia fasciculata.

Columbia pr. Merida locis alpinis Martio: Moritz! n. 1375. (flores albi). Huc etiam *Stevia compacta* Benth. pl. Hartweg. mexic. p. 197. n. 1091. sec. descript. referenda.

II. *Uniaristata* Schultz Bip. = *Stevia uniaristata* DC. pr. V. p. 120. n. 34. achaenia hirtella, omnia pappo coroniformi-dentato instructa, quibus in uno achaenio saepius arista accedit solitaria.

Mejico: Ehrenberg! n. 478. (pubescens, ramis cum foliis inferioribus ovato-subellipticis utrinque grosse —10, vel minute —18 serrato-crenata, capitulis fasciculatis).

Venezuela, prov. Merida, alt. 5000′ ped. Julio 1842: Linden! n. 323. (flores albi, achaenia 3 pappo coroniformi, 2 insuper seta solitaria munita.

דד Herbae foliis infra cano- vel albo-tomentosis.

* Folia grosse serrato-cuneata, ita ut longitudine 1 poll. 12 serraturae circiter observentur infra cano-tomentosa; corymbus major 3—7 poll. diametro metiens.

11. Stevia nepetaefolia H. B. K. — Schultz Bip. emend.

Variat haec forma:

I. *Mollis*, achaenia hirtula, 1 — 2 pappo paleaceo-coroniformi, reliqua et aristis 2—3 munita, flores albi, tubo et involucri squamis superne purpurascentibus. Huc: *Stevia nepetaefolia* H. B. K. — DC. pr. V. p. 119. n. 31. = *Stevia nepetifolia* Willd.! herb. n. 15210. = *Stevia mollis* Schrad. — DC. pr. V. p. 120. n. 37. Specimen herb. Willd.! achaenia habet 5, e quibus unicum tantum pappo paleaceo coroniformi, reliqua insuper 2—3 aristis sunt munita.

Mejico pr. Real del Monte: Ehrenberg! n. 199. (achaenia hirtula, 2 pappo coroniformi, reliqua coroniformi et 2—3-aristato); in convalle mexicana: Aschenborn! n. 576 et 577. (achaenia hirtula, 1 pappo coroniformi, 1 coroniformi et arista rudimentaria, reliqua 3 coroniformi et 3-aristato vel 1 pappo coroniformi, reliqua coroniformi et 1—3-aristato sunt munita.

II. *Leucantha*, achaenia glabrescentia omnia pappo paleaceo coroniformi munita, flores albi. Huc: *Stevia leucantha* Schldl. hort Hal. p. 16. — Walpers Repert. II. p. 547.

Mejico, pr. el Puente de Dios, Oct. 1837: C. Ehrenberg! n. 775! (*Stevia* floribus albis). Pubescens, foliis ovatis

e petiolo cuneato 2 poll. longis, 1 poll. latis, cum ramis fastigiatis, exceptis supremis, oppositis, capitulis ad apicem ramorum fasciculatis.

Affinis *Steviae rhombifoliae*, *Stephanocomae*, sed folia latiora, infra cano-tomentosa.

** Folia minute crenato-serrata ita ut longitudine 6 —7 lin. 12 — 15 crenae observentur, infra albo-tomentosa. Huc:

12. **Stevia tomentosa** H. B. K.! — DC. pr. V. p. 120. n. 36. — Willd.! herb. n. 15206. — Berland.! exsicc. n. 1100. Folia $^1/_2$ — 1 — $^3/_4$, pl. $^3/_4$ poll. longa, 4—7 lin. lata, corymbus terminalis parvus, 1 poll. tantum diametro metiens. In genere: planta gracilis, corymbo parvo, foliis parvis late ovatis minute et crebre crenato-serratis, infra albo-tomentosis distincta. Specimen herb. Willd.! achaenia 5 habet hirsuta e quibus 3 pappo coroniformi, quartum coroniformi et aristâ rudimentariâ, quintum coroniformi et aristâ unicâ sunt munita; involucrum et flores albentes, tubo vero purpurascente, glanduloso-hirti. Specimen Berlandieri achaenia hirta habet e quibus 1 pappo coroniformi, reliqua coroniformi et 3 aristis 3, quintum aristis 4 sunt munita; involucrum pubescenti-tomentosulum.

Obs. ad species 9 — 12. Si quis *Steviam origanoidem*, *rhombifoliam*, *nepetaefoliam* et *tomentosam* in unam velit conjungere speciem, non obsto. Formae enim non sunt rarae, quae inter species modo recensitas, forsan hybridae, ambigunt! Variationes nempe observantur innumerae: quoad pappum, et haec nota optime probat generis divisionem sec. aristarum pappi absentiam v. praesentiam esse fallacissimam. Folia insuper lanceolato-ovata, pubescentia vel — infra tomentosa, grosse v. minute serrata, flores pl. albi quandoque praecipue ad tubum purpurascentes.

דדד Herba glabrescens, folia ovato-oblonga, petiolata, serraturis utrinque — 20, achaenia hirta in unico pappo coroniformi, in reliquis — 3-aristato munita.

13. **Stevia caracasana** DC. pr. V. p. 119. n. 29.

Caracas, Jan. 1843: Moritz! n. 71.

Specimen nostrum cum diagnosi Candolleana optime convenit. Caulis gracilis, foliatus, apice ramosus, speciminis mei manci pedalis $^1/_2$ — $^2/_3$ lin. diametro metiens, glabrescens. Folia 1 — 2 poll. distantia, cum petiolo 4 — 6 lin. longo, subalato-cuneato, 1 $^1/_2$ — fere 2 poll. longa, 7 — 8 lin. lata, ovato-oblonga, inferne in parte cuneata integerrima, tunc ad apicem fere usque crenato-serrata, serraturis utrinque 18—20 sat superficialibus, triplinervia, acutiuscula, superne minora evadentia, cum petiolis et involucri squamis superne purpurascentibus et acuminatis, pilis brevibus plerisque glanduliferis, hirta; flores subglanduliferi albentes, tubo ochroleuco; achaenia hirta, pilis arrectis, unicum pappo paleaceo coroniformi, alterum coroniformi et biaristato, reliqua tria coroniformi et triaristato munita. — Species affinis *Steviae origanoidi*, sed notis constantibus et habitu sat distincta.

†††† Achaenia pilosula, unicum pappo coroniformi, reliqua 4 hinc inde paleaceo et 6-aristato munita. Huc:

Stevia menthaefolia Schultz Bip. species bipedalis, dense pubescens, foliis petiolatis, multicrenatis, triplinerviis involucri squamis acutis cum floribus pubescenti-hirtis. Brasilia, Minas Geraës, Caxocira do Campo, Martio: Claussen! = *Stevia crenata* (non Benth.) Schultz Bip. in herb. Delessert an. 1845.

a. *angusti-* et *confertifoliae*, foliis lineari-lanceolatis v. subspathulatis pl. complicatis.

α. podocephalae i. e. capitulis pedicellatis, pedicellis involucrum superantibus, in paniculam dispositis: Species hirto-glandulosa.

14. **Stevia laxiflora** DC. pr. V. p. 122. n. 49.

Stevia hyssopifolia Willd.! herb. n. 15211. (cum inscriptione: paleis omnibus aristatis . . . .). — H. B. K. et Kunth syn. II. p. 431. (non Cav. nec Sims.).

Stevia viscida H B. K. — Kunth syn. II. p. 431. — DC. pr. V. p. 122. n. 50. Sec. cl. Kunth l. c. viscoso-hirta, foliis lincaribus, apice subcrenulatis, 1-nerviis, a *Stevia laxiflora* (cui rami subviscoso-pubescentes, folia lineari-lanceolata, apicem versus crenato-serrata, trinervia, cum involucro hirto-pubescentia, cor. roseae) vix differre videtur licet cl. DC. *St. laxiflorae* pappum paleis parvis et aristis 5 alternantibus et *St. viscidae* pappum 5-aristatum, epaleaceum adscribat.

Pubescens vel hirta, pilis articulatis in plantae parte superiore glanduliferis. Radix verosimiliter perennis; caulis ultra pedalis, fuscus, dense foliatus; folia pl. complicato-canaliculata, angustiora v. latiora, lineari-subobverse lanceolata, punctis glandulosis impressis nigricantibus notata, in axi ramulorum rudimenta foventia; panicula magna, laxior v. confertior; capitula pedicellata; pedicelli involucrum pl. viridi-fuscum rarius viride, 5-phyllum, pilis brevibus glanduliferis munitum subaequantes; flores superne subglandulosohirti; achaenia superne hirta, cum pappo, e paleis paucis et aristis 4—6 pl. divaricatis composito, subaequales. Variat:

α. caule cum involucro purpurascenti-fusco.

Mejico circa urbem Aschenborn! n. 199. (= *St. viscida* Schauer! in Linn. XIX. p. 718.); Real del monte n. 486a. et Bannos n. 486b. (pilis paulo magis elongatis hirta quam in n. 486a.): Ehrenberg! — Huc etiam specimen herb. Willd.!

b. caule cum involucro pallide virente, vix in purpureum vergente, foliis paulo latioribus.

Mejico, pr. Omitlan et Regla: Ehrenberg! n. 486 c.

β. corymbosae, capitulis subsessilibus in corymbum confertum collectis, glandulis sessilibus punctatae.

† pubescenti-villosae, pilis articulatis et glandulis insculptis nigricantibus munitae.

* foliis *plerisque alternis*, *planis*, *subintegris*, v. superne subincisis.

§ folia anguste linearia, integerrima, caulis ramosissimus, laxe corymbosus, flores albentes.

15. **Stevia linoides** C. H. Schultz Bip. nov. spec. caule herbaceo, erecto, pubescente, ramosissimo, foliis *anguste linearibus*, alternis, *integerrimis*, in axi pl. foliorum novellorum fasciculos gerentibus, ramis fastigiatis, corymbo laxiusculo; floribus albis, achaeniis subhirtulis 1—2 pappo paleaceo-coroniformi et reliquis insuper 1—3-aristato.

Affinis *Steviae Eupatoriae* Willd.! sed foliis anguste linearibus confertis, caule ramoso, paniculato, laxo distincta.

Radix . . . verosimiliter uti specierum affinium perennis. Caulis herbacei pars speciminum meorum pedalis, inferne 1—$^5/_4$ lin. diametro metiens, teres, striatus, minute pubescens cum foliis alternis, confertis, ramosissimus; folia anguste linearia 6—12, pl. 9 lin. longa, pl. $^1/_2$, rarius 1 lin. lata, integerrima, obtusa, in axi ramos novellos protrudentes, foliis minoribus, 6—4 lin. longis, $^1/_3$ lin. latis obsessos; rami fastigiati, cymosi, in corymbum laxum dispositi; capitula 5-flora, subsessilia; involucri 2 lin. longi squamae lineares, acutiusculae, glanduloso-punctatae et vix pubescenti-subhirtae; flores albentes, glanduloso-subhirti; achaenia breve hirta pappo coroniformi, e paleis brevibus composito, pl. in 3 achaeniis insuper aristis 1—3 munito.

Mejico, pr. Real del Monte: Ehrenberg! n. 47.

§§ folia lineari-oblonga, integra vel superne subincisa, flores albo-rosei.

16. Stevia Eupatoria Willd.! sp. pl. III. p. 1775.; enum. p. 854.; herb.! n. 15197. fol. 1—5. — Fol. 1—3 et 5. = specimina culta, et quidem 3 a cl. Richard cum inscriptione „aff. Pectidi" fol. 4 vero specimina 3 spontanea, a cl. Humboldt! lecta continet. — H. B. K.! — Kunth! syn. II. p. 432.

Affinis *Steviae purpureae* Pers. sed diversa uti videtur: floribus albo-roseis, foliis semper planis, lineari-oblongis, integris v. superne subincisis, corymbo laxiore foliis minoribus suffulto. In specimine herb. Willd.! Humboldtiano in capitulo vidi achaenia 5 nigra, hirtula e quibus 1 pappo paleaceo-coroniformi, 1 insuper 2-aristato et reliqua 4-aristato sunt munita.

Mejico pr. Real del Monte: Ehrenberg! n. 492. et sine loci specialis designatione: Aschenborn! n. 583. = *Stevia pubescens* Schauer! Linn. XIX. p. 718. et verosimiliter etiam *Lagascae* et H. B. K. et DC. pr. V. p. 119. cum diagnosis non male quadret.

§§§ folia lineari-lanceolata, superne incisa, plana v. complicata, flores purpurei.

17. Stevia purpurea C. H. Schultz Bip. Variat:

α. purpurea, achaenia pl. 2 pappo paleaceo-coroniformi, reliqua insuper aristis 1—4 munita. Huc: *Stevia purpurea* Pers. syn. II. p. 402. — DC. pr. V. p. 118. n. 22. — Willd.! enumer. p. 855.; herb.! n. 15198. fol. 1 et 2. = specimina culta, fol. 3. pr. Quito a cl. Humboldt! lecta, achaeniis plerisque — 3-aristatis. Forma haec in hortis botanicis abundat.

β. dianthoides, achaenia omnia pappo magno coroniformi, e paleis ovatis, oblongis composito sunt coronata; invo-

lucrum et folia corymbos densos stipantia, elongata. Huc: *Stevia pilosa* Lag. elench. hort. Madrit. 1805; nov. gen. et spec. p. 26. n. 341. — *Stevia conferta* DC. pr. V. p. 116. n. 8. — Schldl. hort. Hal. 1839. p. 16. — *Stevia purpurea* Schauer! in Linn. XIX. p. 717. Variat:

I. *capitata* Schldl. l. c.

Mejico pr. Real del Monte: Ehrenb. n. 490.

II. *corymbosa* Schldl. l. c.

Mejico cum priore: Ehrenb. n. 489. (Caulis villoso-hirtus, folia complicata.)

III. *ramosa* Schldl. l. c.

Mejico, ad Puebla dos Angelos: Aschenborn! n. 578.

** *foliis oppositis, complicatis*, lineari-lanceolato-subspathulatis, *superne serratis*, floribus albentibus, in speciminibus cultis quândoque in roseum vergentibus.

18. **Stevia punctata** C. H. Schultz Bip. = *Ageratum punctatum* Jacq. hort. Schoenbr. III. pag. 28. tab. 300. non Orteg.

Stevia serrata Cav. ic. IV. p. 33. t. 355. — Willd.! sp. pl. III. p. 1775.; enum. hort. Berol. II. p. 855.; herb.! n. 15202. fol. 1—5. — H. B. K. et Kunth syn. II. p. 432. — DC. pr. V. p. 118. n. 19.

Stevia ivaefolia Willd.! mag. 1807. p. 137., enum. p. 855. et herb.! n. 15199. fol. 1 et 2. — H. B. K. et Kunth syn. II. p. 432. — DC. pr. V. p. 118. n. 20.

Stevia canescens H. B. K. et Kunth syn. II. p. 119. n. 27.

Stevia villosa Willd.! herb. n. 15203.

Stevia virgata H. B. K. et Kunth syn. II. p. 432.

Stevia stricta Hornem. h. Hafn. II. p. 792. n. 5.

Species adnotante jam cl. DC. l. c. polymorpha. In omnibus formis spontaneis *flores* sunt *albentes* (in cultis

quandoque in roseum vergunt), folia complicata, linearia, lanceolata v. oblonga, in petiolum attenuata, superne serrata, glabrescentia vel hirto-pubescenti-canescentia (= *Stevia canescens* H. B. K. = *Stevia villosa* Willd.! herb.). In speciminibus macris folia linearia, corymbus — 16 lin. diametro habet (= *Stevia serrata* H. B. K.) vel corymbus — 8 poll. diametro habet et ramis virgatis compositus (= *Stevia virgata* H. B. K.).

Obs. I. *Stevia serrata* Willd.! herb. n. 15202. fol. 1 = ramulus cultus cum inscriptione „*Ageratum punctatum* a cl. Bellardi comm."; fol. 2, 3 et 4 = specimina culta; fol. 5 = *Steviae ivaefoliae* H. B. K. specimen spontaneum, = *Stevia ivaefolia β. bogotensis* DC. pr. V. p. 118. adnotante recte cl. Schldl. in herb. Willd.!

Obs. II. *Stevia ivaefolia* Willd.! herb. n. 15199. fol. I. = specimen cultum floribus roseis, foliis obscurioribus, involucri squamis glanduloso-hirtis, achaeniis hirtulis, pappo paleaceo-coroniformi et 2—3-aristato; fol. II. = pariter specimen cultum albiflorum, foliis pallidioribus, achaeniis pappo paleaceo-coroniformi, rarius et aristis 3 munito.

Stevia punctata prostat e Mejico ad urbem: Aschenborn! n. 653. (folia lineari-lanceolata, glabrescentia, caulis pubescenti-villosus; pr. Real del Monte: Ehrenberg! n. 487. (rhizoma perenne, fibris longis suffultum, forsan repens, folia lineari-lanceolata, caulis pubescenti-villosus, simili modo se habens uti caulis Hieraciorum accipitrinorum); pr. Omitlan; Ehrenberg! n. 488 b. (folia lineari-lanceolata, glabrescentia, caulis villoso-hirtus).

Venezuela, prov. Merida pr. Zumbados, alt. 8500 ped. Junio 1843: Linden! n. 693. (achaenium 1 pappo coroniformi, reliqua insuper 3—5 setis munita).

†† Glaberrimae et tantum glandulis, demum nigricantibus obsessae; folia complicata, lanceolata, connata.

19. **Stevia connata** Lag. — DC. pr. V. p. 117. n. 17.
Stevia viminea Schrad. — DC. l. c. n. 18.

Species distinctissima, herbacea, glaberrima, striata; foliis confertis, vix 1 poll. distantibus, oppositis, subconnatis, lineari-lanceolatis, acutis, serratis et insuper callose marginatis, cum involucri squamis acutiusculis et floribus apice in lacinias 5 breves, inflexas abeuntibus, glandulis sessilibus munitis; achaeniis 5 hirtulis, 1 pappo paleaceo-coroniformi et reliquis insuper 2—4 aristis munitis.

Mejico pr. Real del Monte: Ehrenberg n. 29.

C. *Species suffruticulosae*, caule nempe perenni, subtrichotomo, lignescente. Capitula subsessilia in corymbum compactum disposita.

a. Pappus e paleis latis n. 5. compositus, e quibus 1—3 saepius in aristas abeunt elongatas.

α. Species glaberrimae, glutinosae.

20. **Stevia lucida** Lagasc. gen. et spec. p. 28. n. 354. (a. 1816). — DC. pr. V. p. 117. n. 12.

Stevia glutinosa H. B. K. et Kunth! syn. III. p. 436. — DC. pr. V. p. 116. n. 11. excl. forsan var. *β. Oaxacana*, achaeniis glaberrimis distincta, cujus synonymon esse videtur: *Stevia nitida* Walpers in Linnaea XIV. p. 320. et Rep. bot. syst. II. p. 546.

Diagn. Suffruticulosa, glaberrima, glutinosa, foliis ovato-oblongo-lanceolatis, regulariter et crebre dentato-serratis, in petiolum 5—12 lin. longum attenuatis, corymbi ramis, saltem superioribus, alternis, achaeniis nigris, breve hirtis, callo basilari magno instructis, pappo brevi, e paleis 5 subovatis

facto, cyathiformi, involucri squamis obtusiusculis cum floribus glabrescentibus subglanduliferis. Variat:

α. latifolia, foliis ovatis, cum petiolo 5—7 lin. longo, —2½ poll. longis, 9—10 lin. latis. Huc: *Stevia fastigiata* Willd.! herb. n. 15205. fol. 2 et 3. Silla de Caracas: Humboldt! = *Stevia glutinosa* H. B. K. et Kunth! syn. II. p. 436.

Hanc formam in Columbia (vulgarem) leg. e. g. pr. Paramo de Mucuchice: Moritz! n. 368. et alio loco O. N. a. notato; porro: Otto! cum lit. A. *Nov. Granada*, prov. Bogota, alt. 8100 ped., Dec. 1842: Linden! sine no.; *Venezuela*, Silla de Caracas, 8000′ (flores pallide violacei): Linden! Jan. 1842. n. 141. et Funk, Martio 1843. n. 559.; Venezuela prov. Merida, in Sierra Nevada, Augusto 1842: Linden! sine no.

β. angustifolia, foliis oblongo-lanceolatis, cum petiolo 4—6 lin. longo, 1½—3 poll. longis, 3—6 lin. latis.

Columbia: Moritz! n. 1377.

Obs. Steviae glutinosae β. angustifoliae forma foliis brevius petiolatis, ramulis (exceptis supremis alternis) oppositis = *Stevia fastigiata* H. B. K.! et Kunth! syn. II. p. 436. — DC. pr. V. p. 119. n. 33. — Willd.! herb. n. 15205. fol. 1. pr. Guanaxuato a cl. Humboldt! lecta (folia 2—3 poll. longa, 4—11 lin. lata, lato-lanceolata, subelliptica, utrinque acuta, crebre serrato-dentata, petiolo ad basin fere usque massa foliacea subalato, achaenia glabrescentia). Hujus loci *Stevia lucida* DC. pr. V. p. 117. n. 12. esse videtur. *Stevia glutinosa* Lag. nov. gen. p. 28. vero *Steviae glutinosae* nostrae genuinae adscribenda esse videtur et tunc synonymon Lagascae *Steviae glutinosae* H. B. Kth. anteponendum.

β. Species praecipue superne minute et conferte pubescentes, subglutinosae.

21. **Stevia salicifolia** Cav. — DC. pr. V. p. 117. n. 16.

Diagn. folia lineari-lanceolata, integra v. ad medium inaequaliter et pauci-serrata, in petiolum breviter sensim attenuata; corymbo rami inferiores oppositi, superiores alterni. Variat:

a. *exaristata*, pappus e paleis brevibus compositus subcyathiformis = *Stevia angustifolia* H. B. K. et Kunth syn. II. p. 437. — DC. pr. V. p. 117. n. 13.

α. folia lineari-lanceolata, integerrima = *Stevia integrifolia* Willd.! herb. n, 15201.

β. folia lineari-lanceolata, subserrata = *Stevia salicifolia* Willd.! herb. n. 15200.

Mejico pr. Regla, Pachuca, Cerro ventoso, Cuesta blanca: Ehrenberg! n. 196c. (Yerba de San Marcos inc.)

b. *aristata*, pappus e paleis brevibus et aristis 1 — 3 compositus; folia lineari-lanceolata subsessilia, utrinque acuta, subserrata.

Mejico: Aschenborn! n. 581: Ehrenberg! n. 485. pr. Real del Monte, Cerro Ventoso n. 196b., pr. Real del Monte n. 196d. (forma latifolia); pr. Regla n. 196a. (specimen gracile); pr. Acholoya, Sept. 1837. (flor. rubro-roseis) n. 833. a cl. Ehrenberg!

Obs. In hortis e. g. Spirensi a cl. Linz! speciem nostram nomine *Steviae lucidae* Lag. cultam vidi.

Obs. *Stevia subpubescens* Lag. — DC. pr. V. p. 116; Benth.! pl. Hartweg! p. 19. n. 137. species est valde distincta. Achaenia habet nigra, vix breve hirta, pappum brevem cyathiformem, nectarium magnum, flores et involucra pubescentia, capitula 5-flora.

b. Pappus subcoroniformis, *minimus*, saepius aristis 3 munitus = subgenus *Piqueriioides* C. H. Schultz Bip. Huc:

22. Stevia pyrolaefolia Schldl.! in Linn. XVI. p. 326. Species distinctissima achaeniis costulatis, tubo floris brevi abrupte in campanulam abeunte.

Mejico in monte Kankando, Jan. 1840: Ehrenberg! n. 1094.

c. Pappus brevis coroniformis e setis *subcaducis, anguste linearibus*, brevibus, $^1/_6$ lin. longis, integris, acutis — 10 compositus = subgenus *Microchaeta* C. H. Schultz Bip. Huc:

Stevia microchaeta Schultz Bip. suffruticulosa, subviscosa; caulis teres pr. superne villoso-pubescens, folia 3 poll. longa, 6—7 lin. lata, opposita, lanceolata, utrinque acuminata, subserrata, corymbus myriocephalus compactus; rami inferiores oppositi, superiores alterni; involucrum 3 lin. longum glabrescens v. leviter pubescens, squamis linearibus breve acuminatis, flores pubescentes; achaenia elongata glabra pappo supra descripto munita.

Mejico pr. Oaxaca: Franco! n. 274. (v. sp. a cl. Buchinger comm.).

Obs. Nothithes Cass. — DC. pr. V. p. 186. ex parte cum *Stevia* (*** *multiaristatae* DC.) ex parte cum *Eupatorio* jungenda et hinc delenda:

Nothithes melissaefolia DC. pr. V. 186. n. 1. = *Stevia m.* Sch. Bip.

Noth. saturciaefolia DC. l. c. n. 2. = *Stevia s.* Sch. Bip.

Noth. breviflora Cass. DC. l. c. n. 3. = *Stevia br.* Sch. Bip.

Noth. petiolata Cass. DC. l. c. n. 4. = *Stevia p.* Sch. Bip.

Nothithes baccharidea DC. pr. V. 187. n. 5. = *Eupatorium b.* Schultz Bip.

Noth. ovatifolia DC. l. c. n. 6. = *Eupatorium o.* Sch. Bip.

Verosimiliter e 4 prioribus speciebus una alterave sub *Steviis multiaristatis* DC. iterum enumerata. Pleraeque *Steviae multiaristatae* DC. ad *Stevias* 4, *herbaceas, podocephalas* spectant.

Hortorum botanicorum plantae novae et adnotationes in seminum indicibus et adversariis dispositae.

Annus MDCCCLI.

Ut in praecedenti Linnaeae volumine vigesimo quarto inde a pag. 154. usque ad pag. 238. priorum annorum adnotationes et novarum specierum descriptiones in hortorum botanicorum indicibus repertas cum aliis botanicis, qui ex hisce fontibus haurire nequeant, communicavimus, nunc quoque ex anni praeterlapsi indicibus tradere studuimus, quae ex recentium stirpium observatione redundarunt, ut omnibus pateant scientiae cultoribus. Nostras observationes jam prius in hoc volumine in Corollario tradidimus seorsim impressas, ne niminm increscceret index noster, cui praeter adversaria critica indicem specierum cultura auctarum et mutua pro communicatione offertarum subjunximus.

1. Hortus Berolinensis. Species novae et minus cognitae horti Regii botanici Berolinensis auctoribus A. Braun, Klotzsch et Bouché.

Acrostichum (Elaphoglossum) cyrtotrichum Kl.

Frondibus sterilibus rosulatis, oblongis, obtusis, membranaceis, rigidis, arcuato-patentibus, brevi-stipitatis, paleis

piliformibus strictis incanis deinde rufis undique obsitis, margine dense pilosis; mesoneuro vix elevato, infra apicem evanescente; venis subobliquis, parallelis, unifurcatis, subimmersis; frondibus fertilibus longius stipitatis, supra longitudinaliter excavatis, acutis, margine pellucidis; stipite compresso piloso; sporangiis fusco-olivaceis, compresso-orbiculatis; sporis umbrinis, lenticularibus, margine pellucidis, membranaceis.

Lamina frondis sterilis 2—3 poll. longa, 6—9 lin. lata, stipite 6 — 12 lin. longo instructa. Lamina frondis fertilis 14—20 lin. longa, 6 — 7 lin. lata, stipite sesquipollicari.

Caracas. (Wagener). In horto bot. Berolinensi excultum m. Septbr. 1851.

Aspidium (Polystichum) Webbianum A. Br. (Flora 1841. 2 p. 711.)

Rhizomate brevi, erectiusculo; frondibus longe stipitatis, subcoriaceis, seeus raches parce paleaceis, circuitu elongato-deltoideis, e basi quadripinnata sensim decrescentibus, pinna secundaria prima in omnibus pinnis interna, pinnis primariis, secundariis et tertiariis interne latioribus, pinnulis subsessilibus (superioribus confluentibus), e basi oblique cuneata interne magis dilatata ovato-lanceolatis, profunde dentatis, dentibus rotundatis breviter cuspidatis; soris in pinnulis biserialibus, confertis, indusiis diu persistentibus, stipite elongato suffultis, plerumque reniformibus lobis incumbentibus, rarius peltatis, margine undulatis, integerrimis, glabris.

Species insignis, a cl. Barker-Webb in insula Madeira detecta, in horto nostro sub falso nomine *Aspidii foeniseeii* militabat. Habitu ambigit inter *A. coriaceum* et *dilatatum*, utroque speciosius et magis compositum. De indusiorum indole conf. Flora l. c.

Panicum (Echinochloa) oryzinum Gm. Syst. 1. 157. (1793.)

P. Hostii M. B. (1819). *P. stagninum* Host.
Echinochloa commutata Schult. Mant.
Oplismenus Crus galli β. Kunth. Enum.

A *Panico Crus galli* differt culmis semper erectis, paniculae ramis sub anthesi minus patulis, superioribus sensim brevioribus in spicam terminalem breviorem minus conspicuam abeuntibus, inprimis autem palea inferiore floris sterilis 5-nervia (non 7-nervia) nervis scilicet inter medianum et binos margini approximatos evanescentibus. Specimina culta, spontaneis Sieberianis ex oryzetis Aegypti caeterum similia, spiculas proferunt haud raro trifloras i. e. flore neutro et duobus hermaphroditis praeditas (*Panicum mirabile* A. Br. in hort. Carlsr. 1845). Semina sub diu rarius maturat, hinc in tepidario colendum.

Angraecum pugioniforme Kl.

Caulescens; foliis distantibus, lanceolatis, crassis, coriaceis, unicostatis, basi attenuato-excavatis, margine tumidis, apice pungentibus; spica oppositifolia, pendula, versus apicem incrassata, multiflora; bracteis persistentibus, minutis, ovatis, acutis, fuscis, patentibus; floribus parvis, sessilibus; perigonii foliolis anguste obovatis, brevissime acutis, ex albido-flavescentibus, sordide rubro-bistriatis, interioribus paullulum minoribus; labello subcarnoso, trilobo, calcarato, lobis lateralibus acutissimis rectis flavescentibus, lobo medio dilute lilacino cavo acuto; calcare pendulo, conico, emarginato, albo, ovarii longitudine; gynostemio albo, perbrevi; pollinariis 2 orbicularibus, bipartibilibus; caudicula filiformi; glandula alba, bipartita.

Caulis compressiusculus, crassitudine pennae cygneae, 9 poll. longus. Folia primum conduplicata, deinde plana, 8 poll. longa, 6—7 lin. lata, atro-viridia, costa subtus prominente.

Spica 7 poll. longa. Flores 1 lin. in diametro. Germen 2 lin. longum.

Caracas. (Wagener.)

Caryodaphne australis A. Br. et Bouché.

Foliis glabris, oblongo-lanceolatis, inferne in petiolum brevissimum attenuatis, superne acuminatis, sed ipso apice obtusiusculis, triplinerviis, nervis lateralibus versus apicem in seriem arcuum venosorum apicem attingentem abeuntibus; inflorescentia axillari folio multo breviore, racemosa vel subpaniculata, pauciflora; floribus minutis.

Frutex densifolius, quem ex horto Pillnitz sub nomine *Lauri australis* „ex insula Norfolk" accepimus, flores primos in horto protulit mense Septembri h. a. Ulteriorem descriptionem videas in: *Verhandlungen des Vereins zur Beförderung des Gartenbaues in den Preussischen Staaten*, 42. *Lieferung*, ubi Laurinae omnes, quae in horto Berolinensi coluntur, recensentur.

Phytolacca (Pircunia) esculenta Van Houtte Fl. des serres 1848. p. 398.

Perennis, herbacea; caule erecto, subangulato; foliis breviter petiolatis, elliptico-oblongis, utrinque attenuatis, in petiolum decurrentibus, acutis, tenuibus; racemis breviter pedunculatis, semper erectis, folio brevioribus, densifloris; rhachi stricta, aspera; pedicellis flore sublongioribus; floribus virescentibus, plerumque 8-andris, 7—8-gynis; carpellis omnino liberis, stigmatibus in fructu maturescente conniventibus; seminibus elongato-reniformibus.

Patria dubia. Cl. Van Houtte stirpem e seminibus ex India orientali allatis eduxit, nos eandem e seminibus mexicanis. Affinitas proxima cum *Pircunia Latbenia* Moquin exclud. orientali et *P. chilensi* ejusdem autoris. De usu

culinari hujus plantae conferatur *Van Houtte l. c. et Verh. des Vereins zur Beförd. des Gartenbaues in den pr. St. 42. Liefer.*

Phytolacca rugosa A. Br. et Bouché.

Frutescens? caule subangulato; foliis ellipticis, utrinque attenuato-acuminatis, tenuibus, opacis, ob costas venasque superne impressas subrugosis; racemis erectis folio subbrevioribus; rhachi aspera; pedicellis flore sublongioribus; floribus (subcarneis) 8-andris, 6—8-gynis, baccis . . . . .

Guatemala. (Warszewicz).

Phytolacca purpurascens A. Br. et Bouché.

Frutescens; caule angulato; foliis ellipticis, utrinque acuminato-attenuatis, tenuibus, opacis, ob costas venasque superne impressas subrugosis; racemis post anthesin deflexis, folio longioribus; rhachi aspera; pedicellis flore brevioribus, floribus (purpurascentibus) 13 — 15-andris, 6 — 8-gynis; baccarum maturarum costis evanescentibus.

Guatemala. (Warszewicz). Praecedenti proxima.

Euxolus (Berlasia) emarginatus A. Br. et Bouché.

Annuus, prostratus vel adscendens, glaber, pallide viridis; foliis obcordatis, basi in petiolum aequilongum attenuatis, apice profunde emarginatis; glomerulis axillaribus, petiolo brevioribus, densis; bracteis subulatis, rigidis, flores duplo superantibus; floribus omnibus pentameris, intermedio cujusvis glomeruli masculo pentandro, reliquis omnibus femineis trigynis; utriculis compressis, orbiculato-turbinatis, hinc convexioribus et costa longitudinali notatis.

Mexico. Habitus *Scleropodis amarantoidis.*

Actinostemon sessilifolius Kl.

Fruticosus, glaber; ramis ramulisque compressiusculis; foliis alternis, subcoriaceis, oblongo-obovatis, brevi acutis,

laete viridibus, subtus pallidis, basi cordatis, brevissime petiolatis; spicis monoicis terminalibus, solitariis; floribus femineis pedicellatis, calyce destitutis, nudis, laevibus, ad basin spicae masculae solitariis; floribus masculis copiosis, bracteis minutis membranaceis suffultis; bracteis 2—5-floris; floribus basi subcoalitis, pedicellatis, apice 2—5 staminiferis, calyce destitutis; pedicellis infra medium articulatis.

Frutex brasiliensis ramosissimus, 3-pedalis. Folia 3 poll. longa, 12—13 lin. lata. Spicae pollicem longae. Stylus versus apicem subpubescens.

Dactylostemon verticillatus Kl.

Fruticosus; ramis ramulisque teretibus, evanescente hirtis; foliis oblongis, acuminatis, membranaceo-coriaceis, glabris, nitidis, brevissime petiolatis, ternatim quinatimve verticillatis, evanescente setoso-stipulatis; spicis monoicis terminalibus, solitariis, robustis, puberulis; floribus femineis ad basin spicae masculae paucis, brevi pedicellatis, bractea subulata puberula, floribus duobus masculis lateralibus et glandulis duabus disciformibus flavis suffultis; calyce triphyllo; germine puberulo, tricornuto; floribus masculis copiosis, geminatim divaricatis, praeter bracteolam minutam glandulis binis sessilibus flavis disciformibus stipatis, pedicellatis; pedicellis puberulis, infra medium articulatis, apice in phalanges 3—8 staminiferas divisis.

Frutex brasiliensis ramosissimus, 3-pedalis. Folia 2 poll. longa, 7—9 lin. lata. Spicae pedicellatae, inferne foliosae, 3 poll. longae.

Senecio Warszewiczii A. Br. et Bouché.

Fruticosus, erectus; caule sulcato, araneoso; foliis sessilibus, oblongis, acutis, supra basin angustatis, basi in auriculas obtusas amplexicaules dilatatis, supra saturate viridibus,

subtus araneoso-canis, margine remote denticulatis; denticulis minimis, patulis, papilliformibus; corymbis terminalibus, fastigiatis; pedunculis araneosis; involucro campanulato, calyculo brevi octophyllo lanato, squamis elongatis 13 — 15 laevigatis, apice sphacelatis; ligulis 8; floribus disci c. 30; achaeniis scabriusculis.

Guatemala. Semina misit Warszewicz.

Valeriana Phascoli A. Br. Mss.

Herba scandens, caule sinistrorsum volubili glabro; foliis glabris trifoliolatis, foliolo terminali ovato acuminato repando-subdentato, lateralibus minoribus semi-ovatis; paniculis axillaribus laxis; floribus minimis; staminibus inclusis; fructu glabro.

Species singularis in horto Carlsruhano e seminibus a rl. Chrismar prope Huatusco in regno Mexicano lectis enata, *Valerianae scandenti* Lin. proxima, ab omnibus reliquis speciebus scandentibus foliis trifoliolatis distincta.

Niphaea parviflora A. Br. et Bouché.

Flavo-virens, albido-villosa, simplex; internodiis elongatis; foliis oppositis, ellipticis (non cordatis), duplicato-dentatis, rugosis; pedunculis in axilla foliorum superiorum 4 — 6, e trunco communi abbreviato bifolio prodeuntibus, folium subaequantibus; calycis laciniis ovatis, acuminatis; antherarum loculis divergentibus, connectivo dorso gibboso; stylo incurvo.

Flores quam in reliquis speciebus minores. Corolla alba diametro trilineari.

Guatemala. (Warszewicz).

Heterocentron roseum A. Br. et Bouché.

Alabastris breviter apiculatis; calycis tubo setulis brevissimis adpressis adsperso, setulis 4 majoribus basi dilatatis

in sinubus limbi; limbi laciniis ovatis, breviter acuminatis; petalis obovatis, roseis; antheris staminum majorum violaceis, minorum luteis; ovarii dentibus bifidis.

Heterocentron axillare(?), *macrostachyum* et *alpestre*? Naudin Ann. d. sc. nat. 3. Sér. XIV. (1850.) p. 154.

Mexico (sec. Naudin prope Oaxacam). Tres species Naudinianas, quas ipse auctor varietates unius speciei esse suspicatur, propter characteres earum non satis definite indicatas nonnisi cum signo dubitationis allegare potui. *H. macrostachyum* Naudin praesertim in nostram speciem quadrare videtur. Altera hujus generis species ex 25 circiter annis sub variis nominibus ubique in hortis colitur, scilicet:

Heterocentron subtriplinervium.

Alabastris longe acuminatis; calycis tubo setulis adpressis adsperso, limbi laciniis ovato-lanceolatis, longe acuminatis; petalis obovatis, albis; antheris omnibus luteis; ovarii dentibus vix emarginatis.

Melastoma subtriplinervium Link et Otto Abb. neuer und selt. Gew. d. K. b. G. zu Berlin (1828) t. 24. *Heteronoma subtriplinervium* Steudel. *Melastoma mexicanum* Hort. *Rhexia elegans* Hort. (non *Heeria elegans* Schldl.). *Heterocentron mexicanum* Hook. et Arn. Bot. of Beech. Voy. p. 290. (1839.)

Mexico (prope Xalapam, ubi primi legerunt Schiede et Deppe).

Cl. Naudin Heterocentro ovarium apice setis coronatum tribuit et l. c. in *H. undulato* t. 7. I. repraesentat; nostris speciebus ovarium nudum est. Ex his character generis sequenti modo stabiliendus:

Heterocentron.

Flos tetramerus. Calyx tubo campanulato, setulis adpressis adsperso, limbi laciniis amplis, nudis, aestivatione

sinistrorsum contortis, post anthesin demum deciduis. Petala calycis fauci inserta, obovata, aestivatione dextrorsum contorta. Stamina 8 cum petalis inserta, petalis alterna majora, declinata. Antherae oblongae, obtusae, uniporosae, loculis undulatis, connectivo in majoribus infra loculos producto et ad insertionem filamenti appendicibus duabus furcato, in minoribus vix producto basi bigibboso. Ovarium 8-sulcatum, costis 8 parum conspicuis basi adhaerens, superne liberum, apice nudum, quadridentatum, dentibus emarginatis, vel bifidis, loculis sepalis oppositis. Stylus declinatus, stigma punctiforme. Fructus capsularis. Semina cochleata. — Suffrutices caule tetragono, foliis membranceis, petiolatis, penninerviis, nervis secundariis (more *Corni*) arcuatim adscendentibus, sed apicem folii non attingentibus. Inflorescentia terminalis, laxe paniculata, basi foliosa. — Genera proxima, loculorum ovarii directione cum Heterocentro congruentia sunt *Arthrostemma* Pav., *Tetrameris* Naudin., *Chactogastra* Dec. et *Pachyloma* Dec., quae omnia calycis dentibus minoribus persistentibus aliisque notis differunt. *Heteronoma* Dec. (non Martius) praeterea differt charactere hucusque neglecto, scilicet loculis ovarii non (ut in plerisque *Melastomaceis isomeris*) sepalis, sed (ut in *Rhexia*) petalis oppositis.

Potentilla digitato-flabellata A. Br. et Bouché.

Biennis (?); caule erecto, elevato, polyphyllo, pilis brevioribus et longioribus intermixtis piloso; foliis longe petiolatis, quinato-digitatis, pilosis, inferne subcanescentibus; foliolis cuneato-flabelliformibus, trifidis et inciso-lobatis; stipulis grosse paucidentatis; inflorescentia magna, laxe corymbosa, foliis ad basin ramorum subsessilibus, plerisque ternatis, supremis simplicibus foliolis oblongo-lanceolatis, grosse inciso-serratis; pedunculis elongatis, erectis; calycis pilosi segmentis acutiusculis; petalis obovatis, calycem aequantibus

vel paulo superantibus; staminibus 20; carpellis majusculis, rugulosis, carina obtusiuscula, non prominula.

Patria ignota. Colebatur in horto Friburgensi sub *Pot. missurica*, in horto Berol. sub *P. subpinnata*. Quoad habitum medium tenet inter *P. inclinatam* et *P. rivalem* (Nutt.), foliorum forma ulteriorem aemulans, sed foliolo medio nunquam pinnatim producto recedens. Flores magnitudine fere florum *P. inclinatae*. Petala haud emarginata, majora et intensius flava, quam in *Pot. rivali*, cui insuper stamina 10, non 20; carpella quoque, quam in *P. rivali*, majora et evidentissime rugulosa, sed carina, quam in *P. inclinata*, obtusiore instructa.

Hortus Erlangensis. Observationes.

Pimpinella rugulosa hortorum in libris plurimis non est reperienda; *P. rugosa*, quae in diariis florae Ratisbon. 1846 est commemorata, non convenit speciminibus nostris enatis e fructibus ex horto Lipsiensi acceptis, quorum Bernhardius communicaverat. Nostra planta esse videtur nihil aliud nisi forma *P. magnae*.

Poterium guestfalicum ni fallor Kochius ab auctore e patria accepit. In horto nostro pilos amisit et formae, quam celeberr. Reichenbachius glaucescentem appellavit, factum est.

Zebrina pendula Schnizl. Speciem hanc ex qua genus *Zebrinae* condideram (Bot. Ztg. 1849. p. 869.) celeberr. Nees ab Esenbeck in catalogo h. Vratislav. *Cyanotidis* generi adnumeravit. Planta autem e seminibus *Cyanotidis cristatae* acceptis indeque enata, atque jam Linnaeo cognita docuit me, genus *Zebrinae* bene conditum esse et plane inter se differre haec duo genera. *Cyanotis* illa differt calyce fere

eleutherophyllo, staminibus mere hypogynis longeque prominentibus, connectivo angusto item ut antherarum loculi sese fere tangant, denique forma stigmatis quod amphoram valde contractam aequat et margine prominulo instructum est. *Zebrina* autem habet calycem tubulosum, stamina corolliflora, connectivum illud maxime dilatatum et stigma capitato-trilobum.

3. Hortus Gratianopolitanus. Adnotationes ab Alexis Jordan digestae.

Onobrychis Tommasinii Jord. — *O. arenaria* Koch syn. fl. germ. p. 211, pro parte, non DC. — Racemis demum elongatis longe pedunculatis, bracteis lanceolatis subacuminatis calicis tubo brevioribus, calicis subadpresse pilosi lobis erectis lanceolato-subulatis tubo suo subduplo longioribus *legumina paulo superantibus*, vexillo subovato apice rotundato leviter emarginato, carina alis multo longiore *vexillum subaequante*, alis minutis *oblongo-ovatis acutiusculis* calice multo brevioribus, leguminibus erectis subadpresse pubescentibus obovatis subturgidis margine anteriore cristato-carinatis disco reticulatis ad marginem et discum dentatis, dentibus lanceolatis subulatis *cristae latitudinem subaequantibus*, foliis 7—10-jugis, foliolis pubescentibus oblongis vel oblongo-linearibus obtusis mucronulatis, stipulis connatis ovato-lanceolatis acuminatis, caulibus inferne praesertim subhirsutis numerosis ascendentibus simplicibus vel ramosiusculis.

Hab. in montosis siccis calcareis, prope *Trieste* (Tommasini). — Fl. Jun. 4. Flores pallide et fere sordide rosei: vexillum intus albido-roseum cum striis purpureis centralibus saturatis, extus pallide ex albido-roseo-flaveseens, tenuiter roseo-striatum; carina angulum obtusum efficiens, dorso

virescens, caeterum pallide rosea: alae pallide roseae: antherae flavae, subrotundo-ovatae: stylus paulo exsertus, filiformis: areolis reticuli in legumine mediis majoribus ut in aliis affinibus speciebus.

Obs. 1. Allionii flor. ped. tabula 19. f. 1. sub *O. saxatilis* nomine plantam exhibet praecedenti satis affinem, sed foliis anguste linearibus acutis sine dubio diversam. Habitu *O. saxatilem* (L.) veram exacte refert, sed ab hac floribus roseis nec flavidis et fructibus dentato-spinosis nec inermibus plane recedit. Ab *O. supina* (Vill.) dignoscitur vexillo carinam aequante et habitu strictiore. Medium fere tenet inter utramque. Ad hanc refero plantam sine fructu a me prope *Toulon* lectam et *O. Allionii* nomine designandam censeo.

Obs. 2. *O. supina* Gaud. fl. Helv. 4. p. 570., non Vill.; *O. arenaria* Koch, loc. cit. pro parte; — *O. Gaudiniana* Jord. mss.; ab *O. Tommasinii* certe differt; calicibus valde minoribus, bracteis magis acuminatis calicis tubum fere aequantibus, pedunculis tenuioribus, floribus minoribus laete roseis, foliorum jugis valde paucioribus, foliolis acutioribus, toto habitu graciliore. Fructus maturos hujus nondum vidi. Habitu *O. gracilem* Bess. refert. Propter flores haud pallidos, nec subcarneos, sed laete purpurascentes, ad eam forte *O. carnea* Schl. exs. vel *O. pallida* Schl. exs. haud sunt referendae.'

Obs. 3. *O. collina* Jord. mss. — *O. Gaudiniana* Jord. olim, in spec. siccis ad amic. missis, a vera Gaudini planta dignoscitur: pedunculis crassioribus, calicis lobis tubo suo paulo longioribus, minus anguste subulatis, alis obtusis apice denticulatis, leguminibus breviter dentatis, foliorum jugis 7—12 nec tantum 5—7, foliolis brevioribus minus angustatis, plerisque oblongo vel lineari-ellipticis, caulibus inferne glabrescentibus nec valde hirsutis.

Hab. in collibus siccis calcareis, prope ***Lyon; Crémieu*** etc., haud infrequens. — Fl. Jul. — Ab *O. sativa* L. habitu gracili, caulibus ascendentibus, floribus leguminibusque minoribus, inflorescentia seriore facile dignoscitur.

O. decumbens Jord. mss. — *O. Gaudiniana* Jord. mss. in cat. Gren. 1850, cum praecedentibus convenit vexillo carinam subaequante, sed certe differt: floribus majoribus, vexillo subrotundo-obovato, venis saturatioribus picto, carina magis rectangula, alis valde obtusioribus, leguminibus saepe subglabris nec dense pubescentibus, longius dentato-spinosis, dentibus cristam leguminis fere *superantibus*, foliis majoribus anguste oblongis, caulibus valde procerioribus elongatis *omnino diffusis assurgentibus.*

Hab. in collibus siccis calcareis; *Couzon* prope ***Lyon.*** — Fl. Jun. 24.

Has quatuor plantas, *O. Tommasinii* Jord., *O. collinam* Jord., *O. decumbentem* Jord. et *O. supinam* (Vill.), in horto ex seminibus eduxi seduloque observavi. Nunc ut species optime definitas propono. *O. Gaudiniana* Jord. et *O. Allionii* Jord. sunt autem plantae adhuc mihi dubiae et ex speciminibus imperfectis notae.

Typha Martini Jord. — *T. gracilis* Jord.! cat. Gren. 1850. p. 11. — Non Suhr in Rchb. iconog. bot. vol. 9. p. 320. (1847.) Hujus plantae nomen quum mutandum esset eam ex inventoris C. Martin nomine designandam duxi.

4. ¿ Hortus Halensis. Ex adversariis botanicis.

Festuca cynosuroides h. Argent. = *F. heterophylla,* spiculis 8—9-floris, foliis ramorum sterilium longissimis quidem at non semper convolutis interdum planiusculis.

Grammanthes chloraefolia h. Bonn. = *Thisanthe scaberula* Kze. — Praeter stamina 5 inter corollae lacinias inserta adest in dorso cujuslibet ovarii ad imam basin filum minutissimum albidum apice viridescenti clavato-capitato, quartam totius pistilli partem circiter aequans; cfr. Advers. bot. h. Vindob. a. 1850.

Hieracium aureum h. Genev. = *Leontodon hastilis* L., pedunculo apice magis incrassato, corollis exteris extus rubentibus, omnibus fere crocco-luteis. Variat glaber et hispidus, pilis 2—3-furcatis.

Salvia Kochiana h. Vratisl. = *S. argenteae* var. floribus tertia parte minoribus nec in galea pilis rubellis s. roseis, sed albis obsitis. Caeterum variant styli et staminum longitudo, glandularum et pilorum copia in facie corollae externa. Calyx nullo modo diversus, nec diversae appendices capitellatae (staminum alterum par), nec diversa linea abbreviata pilosa in basi partis ventricosae tubi sub labio inferiore.

5. Hortus Hamburgensis. Noviciae plantae horti Hamburgensis.

Acacia petiolaris Lehm. Acacia. §. VIII. Uninerviae. Sect. 5. Falcatae Benth. in Hook. Lond. Journ. of Botany. Vol. I. p. 351. Meisn. in Lehm. Plant. Preiss. Vol. I. p. 13.

A. glaberrima, ramulis triquetris; phyllodiis coriaceis viridibus petiolatis obovato-oblongis subfalcatis arcuato-patentissimis obtusis marginatis uninerviis penniveniis basi glanduliferis, inferioribus latissimis; racemis axillaribus terminalibusque 3—8-cephalis phyllodio brevioribus; capitulis pedunculatis globosis multifloris; ovariis glabris.

Habitat in Colonia ad flumen Cygnorum, unde semina sine nomine accepimus. Floret apud nos mense Martio. ♄.

Frutex 6—8-pedalis, erectus, strictus (demum fortasse arbor) superne ramosus, ramis erecto-patentibus, teretibus ramulisque triquetris. Phyllodia coriacea, omnino viridia, juniora nitida, petiolo tereti incrassato purpurascente 3—4-lineari insidentia, obovato-oblonga, basi valde attenuata et ibidem glandula oblonga prominente instructa, apice obtusa, marginibus nerviformibus incrassatis rubentibus s. sanguineis, subfalcata, arcuato-patentissima, uninervia, nervo arcuato, crassiusculo utrinque prominulo, venis rectis, parallelis, crebris, lineam fere invicem distantibus, angulo acuto a costa utrinque nascentibus, obscure anastomosantibus, 3—4 pollices longa, superne ultra pollicem lata, inferiora breviora, 2—2½ pollices lata. Racemi in summo caule axillares et terminales 3—8-cephali, axillares phyllopodio paullo breviores, rhachi erecta subflexuosa, teretiuscula, glaberrima. Capitula brevi-pedunculata, globosa, 50—60-flora, pallida, diametro fere ut in *Acacia Lindleyi* Meisn. Corollae tubus basi cylindricus, limbi lobis erectis, lanceolatis, subconcavis, obtusiusculis. Stamina permulta, longe exserta, basi vix monadelpha. Ovarium glabrum.

Differt ab affinibus speciebus *plurimis* phyllodiis longe petiolatis multo latioribus brevioribusque; a *nonnullis* insuper ramulis angulatis et ovariis glabris; ab *aliis* phyllodiis obtusis nec calloso-mucronatis neque glauco-pruinosis, racemis oligocephalis; a *reliquis* capitulis majoribus. — Lehm. in: E. Otto Neue allgemeine deutsche Garten- und Blumen-Zeitung. VII. pag. 210.

Hibbertia bupleurifolia Lehm.

H. glaberrima, caule suffruticoso volubili; foliis oblongis perfoliatis levissime calloso-denticulatis mucronatis basi subangulato-cordatis; pedicellis solitariis oppositifoliis erectis folio brevioribus; sepalis calycis late ovatis brevibus bractea

ovato-lanceolata suffultis; floribus tetragynis; carpellis glaberrimis.

Habitat in Nova Hollandia austro-occidentali. Accepimus ex Anglia nomine *Hibbertiae perfoliatae*. ♄.

Tota planta glaberrima. Caulis erectus, trigonus, a basi ramosus, superne volubilis, epidermide secedente, rufescente. Folia fere *Bupleuri longifolii*, supra gramineo-viridia, subtus glaucescentia, oblonga, perfoliata, levissime calloso-denticulata: dentibus valde distantibus versus basin folii majoribus et magis approximatis, basi profunde sinuata, cordata: lobis valde approximatis subangulato-dentatis, nervo medio excurrente deflexo mucronata, sesquipollicem longa, ultra pollicem lata. Pedicelli oppositifolii, solitarii, erecti, teretes, firmi, pollicares, folio paullo breviores. Sepala calycis late-ovata, acutiuscula, tenuissime albo-marginata, post florescentiam reflexa, duas fere lineas longa, sesquilineam lata, bractea ovata acuta suffulta. Corolla magna, flava, petalis erecto-patentibus profunde emarginatis fere obcordatis calyce duplo triplove longioribus. Stamina permulta libera, longitudine fere calycis, exteriora reliquis breviora. Carpella 4, ovata, glaberrima, stylo incrassato recurvato terminata.

Proxime accedit ad *Hibbertiam perfoliatam* Hügel in Endl. Enumerat. plant. Hügel. pag. 3., et ad *Hibbertiam amplexicaulem* Steud. in Lehm. Enumerat. plant. Preiss. Vol. I. p. 266. *A. priore* differt glabritie omnium partium, foliis latioribus calloso-denticulatis (nec aristulato-serrulatis) basi cordatis, lobis subangulato-dentatis, pedicellis erectis multo firmioribus et brevioribus, floribus triplo vel quadruplo majoribus, tetragynis.

Ab *Hibbertia amplexicauli* facile distinguitur foliis latioribus perfoliatis, calycis sepalis multo brevioribus et petalis

calyce triplo vel quadruplo longioribus (in *H. amplexicauli* longitudine circiter calycis).

Hibbertia dentata R. Br., cujus fere corollam nostra habet, longe distat foliis petiolatis. — Lehm. in: E. Otto Neue allgemeine deutsche Garten- und Blumen-Zeitung. VII. pag. 322.

Hibbertia disticha Lehm.

H. glabriuscula, caule suffruticoso volubili, foliis distichis confertis oblongis amplexicaulibus basi cordatis aristulato-denticulatis integerrimisque mucronatis margine reflexis, junioribus undulatis; pedicellis solitariis oppositifoliis folio longioribus; sepalis calycis ovatis acutiusculis bractea lanceolata suffultis; floribus tetragynis; carpellis glabriusculis.

Habitat in Nova Hollandia austro-occidentali. Accepimus nomine *Hibbertiae perfoliatae*. ♄.

Caulis suffruticosus, obsolete angulatus, glaber, rubens, epidermide secedente, ramis erecto-patentibus superne volubilibus instructus. Folia disticha, conferta, oblonga, basi attenuata arcte amplexicaulia, dein cordata vel subhastata, margine reflexa, apice mucronata, vel integerrima vel aristulato-denticulata, juniora valde undulata, pollicem et ultra pollicem longa, semipollicem lata, supra saturate viridia, maculis rubris s. fuscis confluentibus notata, subtus pallidiora. Pedicelli oppositifolii, solitarii, erecti, firmi, sesquipollicares et ideo folio longiores. Sepala calycis inaequalia, patentia, neque reflexa, ovata, acutiuscula, tenuissime albo- vel sanguineo-marginata, *exteriora* 2 breviora, subcordato-auriculata, bractea lanceolata acuminata suffulta, *reliqua* 2 — $2^1/_2$ lineas longa. Corolla lutea, petalis obovatis patentibus, integerrimis, calyce duplo longioribus. Stamina permulta, libera, calycis longitudinem non attingentia, exteriora reliquis

breviora. Carpella 4, ovoidea, glaberrima, stylo recurvato terminata.

Habitu accedit ad *Hibbertiam perfoliatam* Hügel, characteribus multo magis ad *Hibbertiam amplexicaulem* Stend. A *priore* jam satis distincta est foliis amplexicaulibus (nec perfoliatis) et corollis multo majoribus erectis, pedicellòque multo firmiori insidentibus; a *posteriore* foliis distichis multo confertioribus, sepalis calycis inaequalibus plus quam dimidio brevioribus ovatis obtusiusculis (in *H. amplexicauli* permagnis, ex ovato lanceolatis, apiculo recurvato fere mucronulatis) et petalis calyce duplo longioribus (in illa longitudine circiter calycis).

Obs. Hibbertia dentata R. Br., *perfoliata* Hügel, *amplexicaulis* Stend., *bupleurifolia* et *disticha* Nobis, cum duabus speciebus novis adhuc non descriptis, in herbario nostro asservatis, ex ora austro-occidentali Novae Hollandiae allatis, sectionem peculiarem hujus generis constituunt „*Bupleurifoliam*" nominandam. — Lehm. in: E. Otto Neue allgemeine deutsche Garten- und Blumen-Zeitung. VII. p. 323.

Nidorella floribunda Lehm.

N. caule fruticoso erecto ramosissimo pubescenti; foliis brevi-petiolatis oblongo-lanceolatis serrulato-dentatis venosis glabriusculis subtus margineque pube minima pubescenti-scabriusculis; corymbo polycephalo fastigiato; ligulis discum aequantibus eroso-subtridentatis; achaeniis (junioribus) sericeis.

Habitat in Promont. Bonae Spei. ♄.

Piddingtonia Palliardii Lehm.

P. glaberrima, subcarnosa, sempervirens, caulibus humistratis basi radicantibus; foliis breviter petiolatis ovatis repando-dentatis, dentibus callosis; pedicellis axillaribus

solitariis filiformibus erectis nudis foliis triplo longioribus; segmentis calycis lanceolatis obtusis longitudine ovarii decemcostati; corollis intus glabris (albis).

Accepimus nomine *Lobeliae nitidae*. 4.

Herba subcarnosa, glaberrima, sempervirens, lactescens. Caules permulti caespites humistratos formantes, internodiis 3—4-lineariibus, e nodis inferioribus radicantes, teretes, tenuissimi, glaberrimi, digitales, semipedales et longiores. Folia alterna disticha breviter petiolata, ovata s. ovato-oblonga, obtusa, repando-dentata: dentibus distantibus callosis obtusissimis, supra laete viridia, subtus pallidiora, 2—3 lineas longa, sesquilineam lata, versus apices surculorum minora et magis distantia, petiolo semilineari. Pedicelli in axillis foliorum mediorum, interdum etiam pseudoterminales, sed gemma ramuli semper comitati, solitarii, filiformes, nudi, foliis triplo vel quadruplo longiores, superne purpurascentes, durante florescentia erecti, crescente fructu magis elongati, deflexi et interdum torti. Ovarium carnosum, oblongum, apice constrictum, decemcostatum. Calycis segmenta aequalia, lanceolata, obtusa, integerrima, fuscescentia, longitudine ovarii. Corolla bilabiata, alba, inodora, intus etiam glabra, magnitudine et colore fere ut in Isolobo Kerrii (Botan. Regist. tab. 733.) tubo recto calyce triplo longiore, longitudinaliter fisso, lineis duabus intus protuberantibus flavis ad labium inferius notato, laciniis labii *superioris* lanceolatis subfalcatis, patentibus, recurvatis intus linea purpurea pictis; labium *inferius* tubo paullo longius, profunde trifidum planum: laciniis subaequalibus oblongis obtusiusculis, linea violacea basi notatis. Genitalia violacea, longitudine tubi corollae, versus labium inferius curvata. Filamenta glabra, basi libera superne cohaerentia: antheris connatis, glabris, duabus inferioribus seta solitaria albida porrecta instructis. Fructus pyri-

formis segmentis calycis erectis persistentibus coronatus, indehiscens, carnosus, bilocularis, polyspermus, longitudine laminae folii, dein purpurascens.

Obs. Cl. Endlicher in Supplemento primo pag. 1392. ad „genera plantarum" *Piddingtoniam* A. De Cand. cum *Pratia* conjunxit, a qua tamen hoc genus jam distinctum nobis videtur *fructu* et *corolla bilabiata*. Plantam nostram *Pratiam* crediderim *ellipticam* Hook. nisi illi folia essent *membranacea*, segmenta calycina *acuta*, corollae *unilabiatae*, coeruleae, odoratae, *intus filamentis villosae*: lobis *angusto-lanceolatis acutissimis subaequalibus*.

Nominavi elegantissimam hanc plantam in honorem viri clarissimi Antonii Aloisii Pallardii, medicinae doctoris, rerum naturalium scrutatoris sagacissimi. — Lehm. in: E. Otto Neue allgemeine deutsche Garten- und Blumen-Zeitung. VII. pag. 337.

Potentilla Lindenbergii Lehm. — Sect. I. Fruticulosae et suffruticosae. A. Foliis inferioribus impari-pinnatis, corollis albis s. roseis.

P. suffruticosa, caulibus brevibus basi valde lignosis dense congestis subbifloris; foliis inferioribus longe petiolatis bijugis summis ternatis, supra glabris subtus sericeo-pilosis; foliolis sessilibus summis confluentibus, *lateralibus* lato-lanceolatis integerrimis, terminali cuneiformi truncato tridentato; floribus parvis; segmentis calycis subaequalibus ovato-lanceolatis; petalis obovatis integerrimis calycem paullo superantibus (albis).

Specimina completa, ex India orientali allata, sine nomine accepi a cl. J. B. W. Lindenberg; manca ex herbario Jacquemontiano, No. 1591. designata, benevole mecum communicavit celeberr. A. de Jussieu. ♄.

Radix crassa, lignosa, ramosa, extus fusca, caulibus multo longior. Caules ex eadem radice permulti, dense congesti, caespitosi, basi valde lignosi, superne herbacei, in partibus herbaceis pilis adpressis instructi, subbiflori, laterales adscendentes, intermedii erecti, digitales et paullo breviores. Folia laete viridia, subcoriacea, supra subglabra, subtus sericeo-pilosa: pilis ultra marginem porrectis, *inferiora* dense approximata, longe petiolata: petiolo pilis subadpressis instructo, impari-pinnata, bijuga, *superiora* brevius petiolata, ternata. Foliola sessilia, costa subtus valde prominente, summa confluentia, margine plana, *lateralia* fere aequali magnitudine lato-lanceolata, integerrima, 3—4 lineas longa, medio sesquilineam fere lata, *terminale* foliolum cuneiforme truncatum reliquis paullo latius, exacte tridentatum: dentibus lateralibus paullo angustioribus. Stipulae ovato-lanceolatae, acutae, membranaceae, integerrimae, petiolo valde adnatae, inferiores fuscae, persistentes. Pedicelli in summo caule erecti, teretes, tenues, pilosi, semipollicares et paullo longiores, foliis bracteiformibus lanceolatis, integerrimis basi suffulti. Flores parvi, in hac sectione *Potentillarum fruticulosarum* et *suffruticosarum* minimi. Calyx extus pilosus, segmentis subaequalibus, ovato-lanceolatis, acutiusculis. Corolla alba: petalis obovatis integerrimis, calycem paullo superantibus. Receptaculum valde pilosum.

Obs. Florum parvitate et foliolis lateralibus integerrimis *terminali cuneiformi truncato exacte tridentato*, ab omnibus hujus sectionis speciebus facile distingnitur. Prope *P. xylorrhizam* Boiss. est collocanda. Lehm. in: E. Otto Neue deutsche allgemeine Garten- und Blumen-Zeitung. VII. pag. 339.

Potentilla rivalis Nutt. — §. 11. Acephalae. Ser. I.

foliis impari-pinnatis. Lehm. Pugill. IX. novar. et minus cognitar. stirp. pag. 75. No. 187.

P. molliter pubescenti-pilosa, caule erecto firmo, foliis subtrijugis summis ternatis; foliolis obovato-oblongis profunde inciso-serratis ita approximatis ut folium digitatum appareat, *infimis* 4 in verticillo subdimidiato, *terminalibus* 3 interdum confluentibus; stipulis ovatis profunde 2—3-fidis; segmentis calycis aequali fere longitudine acutis, *exterioribus* lanceolatis; corollis ephemeris, petalis minutis obovatis integerrimis calyce dimidio brevioribus (luteis).

P. rivalis Nutt. in Torr. et Gray Fl. of North-America 1. pag. 437. No. 2.

Habitat in America septentrionali (ad fluvium Lewis). ☉, ♂.

Tota planta molliter pubescenti-pilosa, neque viscosa. Radix fibrosa: fibris albicantibus. Caulis erectus, vel ex eadem radice caules plures adscendentes, firmi, teretes, subfoliosi, inferne simplices, rudimentis saepe ramulorum in axillis foliorum, superne dichotomo-ramosi, subcorymbosi, pilosi, in parte inferiore praesertim uti etiam petioli rubentes vel purpurascentes, pedales et longiores. Folia saturate viridia, subtus pallidiora ibidemque praesertim ad costam et venas marginemque pilosa, *primaria* marcescentia longe petiolata subbijuga, foliolis oppositis distantibus, quorum infima et terminale petiolulata. Folia caulina inferiora etiam marcescentia et longe petiolata, superiora sensim brevius petiolata, omnia trijuga, sed foliolis ita dispositis ut folium digitatum appareat; foliola nempe inferiora 4 *verticillum subdimidiatum* constituunt (ut foliola in *Pot. Drummondii* Nob. *argyroloma* Boiss. et *Kurdica* Boiss. et Hohenack.) terminalia 3, ab inferioribus paullo distantia, aggregata et interdum confluentia reperiuntur. Foliola *infima* et *tertii jugi* sessilia, *reliqua* plerumque brevissime petiolulata, *omnia*

obovato-oblongae, in summo caule fere lanceolata, basi cuneata, profunde inciso-serrata: serraturis utrinque 3—5, interdum sed rarius iterum serrato-dentatis, terminali serratura majori, porrecta. In his foliis caulinis foliola *infima* s. anteriora sequentibus duobus sunt minora, et foliola *tertii jugi* etiam minora sunt, quam illa jugi *secundi*, *terminale* vero magnitudine circiter foliolorum *jugi secundi*. Foliola *floralia* sessilia, saepe ternata, multo angustiora et subpinnatifida, intermedio valde elongato. Stipulae foliorum inferiorum lanceolatae, integerrimae, reliquorum ovatae, acutae, in lacinias 2—3 lanceolatas acutas plus minusve profunde fissae s. partitae. Inflorescentia terminalis dichotomo-corymbosa, foliolosa, floribus plus minusve pedicellatis: pedicellis pilosis in flore erectis, post florescentiam declinatis, singulo pedicello tenuissimo elongato in dichotomia. Calyx extus pilosus, in flore explanatus, segmentis aequali fere longitudine, valde acutis, *exterioribus* basi angustatis, lanceolatis, *reliquis* magis ovato-lanceolatis. Corolla lutea, ephemera, petalis minutis valde distantibus obovatis, calyce dimidio brevioribus. Stamina plerumque 15, rarius 20, petalis dimidio breviora. Receptaculum subglabrum. Carpella glaberrima, laevia, fuscescentia.

Obs. Ab omnibus *Potentillis acephalis* facile distinguitur foliolis *infimis* 4 in *verticillum subdimidiatum* dispositis *omnibus* ita quidem approximatis ut folium *digitatum* septenatum appareat; petalisque minutis calyce dimidio brevioribus ut in *Potentilla pentandra* Engl. — Lehm. in: E. Otto Neue deutsche allgemeine Garten- und Blumen-Zeitg. VII. pag. 340.

Potentilla trifida Lehm. — Sect. II. (Herbaceae). §. 1. (Multicipites). I. Axilliflorae. Series I. Foliis ternatis.

P. pilosissima, caulibus adscendentibus petiolisque patentipilosis; foliis petiolatis omnibus ternatis, foliolis sessilibus oblongis serratis; stipulis inferioribus lanceolatis integerrimis superioribus subdentatis; segmentis calycis *exterioribus* cuneiformibus subfoliaceis trifidis, *reliquis* ovatis acutis integerrimis; petalis obovatis retusis calyce longioribus (luteis).

Habitat in India orientali. ♃.

Differt ab omnibus Potentillis hujus subdivisionis (pedunculis axillaribus solitariis unifloris) seriei I. (foliis ternatis): segmentis calycis exterioribus cuneiformibus, superne valde dilatatis, subfoliaceis, trifidis, s. trilobis, quorum lobus medius reliquis major est. — Lehm. in: E. Otto Neue deutsche allgemeine Garten- und Blumen-Zeitung. VII. p. 263.

6. Hortus Heidelbergensis.

Cornus candidissima Mill. dict., ramis patentibus, ramulis pedunculis calycibusque cano-pubescentibus, foliis ovato-ellipticis acuminatis supra pubescenti-asperis subtus albidis petiolisque hirtis, junioribus subsericeo-tomentosis, corymbis planis, baccis globosis (albis). — Patria: America borealis?

Plantam nostram, etsi ut iconem conferrem mihi haud contigerit, pro specie *Milleriana* habeo et eandem esse ac *Cornus sericea* Linn. mant. II. p. 199. (excl. synon. Pluck.) suspicor. Linnaeus folia nempe subtus alba (non pallide viridia) sericeo-nitentia describit et baccas, quas l. c. atropurpureas perhibuerat, postea (in syst. nat. XIII. p. 134.) maturas *albas* evasisse monet. Species omnino distincta a *Corno sericea* L'Hérit. et auct. plurim.; haec enim folia habet oblongo-elliptica, longius acuminata subtus pallide viridia (nec alba) in nervis venisque ferrugineo-sericea et fructus caeruleos.

Ceterum jam in R. et Schult. syst. veg. mant. in vol. III. p. 250. notam sequentem invenimus: „*Cornum sericeam* L. non *esse sericeam* L'Hérit., sed *candidissimam* Mill. asserunt." — Itaque enim, ut omnem confusionem in posterum praecaveamus, nomen *C. sericci* prorsus relinquendum, pro specie Heritieri autem nomen „*Cornus amomum* Mill.", quippe prioritate gaudens, adhibendum esse censeo.

Digitalis laevigato-lanata, forma hybrida in horto quodam orta videtur, *Digitalem laevigatam* inter et *D. lanatam* ambigit: racemo laxiore et foliis floralibus corolla brevioribus ad priorem, partibus inflorescentiae herbaceis villoso-lanatis et corollis pubescentibus ad posteriorem magis accedit. — Semina ex horto bot. Wirceburg. nomine *Digit. laevigatae* accepimus.

Valerianella heterocarpa Bisch., fructibus globoso-ovatis glabris v. pubescentibus antice unisulcatis, calycis limbo (subherbaceo) fructu angustiore intus glabro inaequali tum trilobo, lobis obtusis rotundatisque, tum 3—5-dentato, dente unico v. dentibus 3 majoribus ovatis breviter aristatis apice uncinatis, 2 reliquis acutis muticis.

Plantae singulari nomen praevium imposui. Forsan hybrida est e *Valerianella hamata* Bast. et *V. pumila* DC. orta, cum utriusque hujus speciei notarum quasi particeps sit.

7. Hortus Vindobonensis. Ex adversariis botanicis:

Celsia Daenzeri (Bouché et Chaub.) h. Lips. = *Verbascum Daenzeri* Fenzl. Examinatis speciminibus collectionum cl. Sprunner et Boissier cum stirpe culta omni ex parte quadrantibus patet, minime Celsiae esse generis; gaudet enim staminibus 5, ultimo minuto, anthera quandoque

tabescente. Species *Verb. repando* proxima, nisi hujus mera varietas.

Chloris gracilis h. Paris. = *Ch. radiata* Sw. (*Ch. gracilis* Durande et Jacq. Eclog. gram. fide specim. auctorum et Trin. msc. in herb. palatino).

Cleome spinosa h. Paris. = *Polanisia graveolens* Rafin. *β. purpurascens* Fenzl. A varietate *α. flavescente* differt foliis bractealibus longe plurimis sessilibus simplicissimis late ovatis (ut in *P. trachysperma* A. Gray), ac petalis pallide purpureo-violaceis, nec flavescentibus.

Elcusine rigida H. Vindob. Advers. 1850 = *E. distans* Lk. Hort. Berol. 1. p. 273. inter *E. coracanam* et *strictam* (*E. Tocusso* Fresen., *stricta* Roxb.) et *indicam* media, a priore cui habitu robustiore simillima, seminibus oblongis nec globosis, ab altera spiculis seminibusque duplo majoribus ($^3/_4$—1‴ long.) reliquisque partibus longe magis auctis differt. Variat vaginis foliisque basi supra pilosis ac glabris.

Podosaemum gymnostylum Nees in ind. sem. h. Vratisl. 1851 = *Cinna mexicana* P. Beauv., exactissime! — Processus callo adjectus setiformis in spiculis stirpis tam Neesianae, quam Americanarum spontanearum saepe desideratur; occurrentem vero semper scabrum ac flosculum dimidio aequantem offendes.

Polygonum Nepalense h. Elden. etc. = *Fagopyrum emarginatum* Babingt. *β. obtusum* Fenzl (*Fag. macropterum β. obtusum* Fenzl in Advers. a. 1851). — Speciem nostram a Babingtoniana minime esse diversam cultura nunc edoctus sum. In uno eodemque specimine fructus modo latiores quam longiores, modo longiores quam latiores diametrisque aequalibus deprehendi. Varietatis *α. Rothianae* (*α. emarginatae* Fzl. l. c. cum Syn. allegatis) icon praestantissima exstat in Metzger's Europ. Cereal. p. 70. t. 20. C.

Polypogon Mexicanus Schldl. (err. Nees) h. Paris. = *P. littoralis* Sm. — Stirpes enatae exactissime cum diagnosi Schlechtendaliana in ind. sem. h. Hal. 1842. p. 8. data quadrantes, comparatis ac examinatis speciminibus spontaneis *P. littoralis* in Anglia lectis ne punctulo ab iis differunt. Fide Trinio (in ej. Agrostideis) in Chile et ins. Juan Fernandez pariter occurrit.

Silene reticulata H. Taurin. = *S. Reinwardtii* Roth Catal. III. p. 32. c. descr. — Secundum cl. Otth in DC. prodr. 1. p. 380. eadem esset cum *S. picta* Pers. hujus tamen diagnosi cum patria simul ad *S. bicolorem* Thore longe magis, quam ad *S. Reinwardtii* spectante, nomen Rothianum, reliquis synonymis priscius servari consultius crederem. Species omnium elegantissima.

S. Hortus Wirceburgensis. Adnotationes criticae.

Bromus brachystachys Hornung! Planta semine horti Parisiensis enata cum speciminibus *B. brachystachyos* ab auctore communicatis et icone in Flora Tom. XVI. tab. 1., nec minus cum diagnosi et illustratione b. Koch in Syn. ed. II. p. 947. exacte convenit. A proximo *B. arvensi* L. achaenio obovato-oblongo paleam superante praecipue differt, quod in *B. arvensi*, uti b. Koch recte memorat, lineare et paleae quarta parte brevius. A cl. G. F. W. Meyer in fl. excurs. Hannov. 666. immerito cum *B. arvensi* conjunctus. In horto nostro planta biennis, uti *B. arduennensis* Kunth, qui e seminibus originariis enatus et per sexennium in horto nostro immutatus, certe species vera, nec varietas *B. secalini* L. est. Attamen dens in *B. arduennensi* nunc infra, nunc supra medium, nunc in medio margine paleae inferioris invenitur,

et in margine palearum florum duarum summarum dentes desunt, at in *B. secalini* paleis dens marginalis constanter desideratur.

Dimetopia hirta Benth. *Dimetopia homocarpa* Bge. (Bot. Zeitg. 1847. p. 136.) ad *Dimetopiam isocarpam* Bartl. (Index sem. h. Gotting. 1845.) secundum descriptionem et specimina in horto nostro culta pertinet. A *Dimetopia hirta* Benth., quacum Walpers *D. isocarpam* Bartl. jungit, fructibus conformibus separatur.

Helenium varium Schrad. *Helenium atropurpureum* Kunth et Bouché hort. Berol. 50. = *Leptopoda brachypoda* Torrey et A. Gray. var. *β*. Haec species ob radii flores neutros et achaenia truncata brevia generi *Leptopodae* Torrey et Asa Gray (Fl. of North America II. 386.) et quidem sectioni „Pseudo-Helenium" adnumeranda. Cum descriptione *L. brachypodae* Torrey et A. Gray l. c. exacte convenit. *Helenium quadripartitum* Link e seminibus hort. Vindob.(1850) enatum cum brevi descriptione in DC. prodr. V. 667. satis convenit. At absque dubio modificatio *H. quadridentati* L., ligulis plerumque profundius dentatis. Caetera conveniunt. — *Helenium varium* Schrad. (Linnaea 1831. pag. 72.) ex horto Lipsiensi missum magis ad sectionem primam: „Helenia" pertinet, quam secundae adnumerandum. Receptaculum nempe globosum nec ovatum aut oblongum. In sectione prima *Helenio mexicano* H. K. (nov. gen. IV. 235.) proximum, sed istud secundum descriptionem octo vel novem pappi radios acuminatos, illud sex, duos vel tres apiculatos, tres vel quatuor obtusos praebet. Caetera, e gr. folia, rami elongati apice fistulosi, ita conveniunt, ut suspicandum *Helenium varium* Schrad. varietatem *H. mexicani* esse. *Helenium commutatum* Link (Linnaea Bd. 15. p. 84.), e seminibus horti Berolinensis enatum in horto nostro a proximo

Helenio autumnali L. receptaculo oblongo nec convexo et pappi radiis lanceolato-subulatis differt.

Mariscus Mutisii H. K. Semina speciei sub hoc nomine propositae a mercatore Emanuel Grumbach prope Huatusco in territorio mexicano lecta. B. Kunth sub nomine *M. Mutisii* (Enum. plant. III. p. 124.) duas plantas, alteram mexicanam, alteram a Mutisio prope Bogotam lectam, etiam in Humb. et Kunth nov. gen. I. 216. tab. 66. illustratam describit. Posterior ramis radiorum umbellae ternis, spiculis uni- vel bifloris, involucro enneaphyllo a planta mexicana recedit, et in nov. gen. l. c. „radix fibrosa" dicitur. Caetera secundum descriptiones conveniunt. Planta in horto nostro culta cum icone et descriptionibus memoratis multum convenit, radice vero et squamarum fabrica recedit, ut e nostrae plantae descriptione sequente patet: Truncus hypogaeus perennis, ramosus, horizontalis, tuberose incrassatus, radicibus adventitiis vestitus. Caules epigaei erecti, caespitosi, glabri, triangulares ultrapedales. Folia carinata, basi vaginantia, rigidula, nervis margineque scabra, caulem epigaeum fere aequantia. Inflorescentia composita, terminalis umbellam e spicis simplicibus elongatis cylindraceis et apice ramoso-digitatis compositam referens. Spicae quinque vel septem basi foliis caulinis similibus fulcratae et ochrea apice bidentata in inferioribus tertiam vel quartam partem longitudinis spicarum attingente inclusae, breviores longioresque, simplices vel apice digitato-ramosae, ramis divaricatis binis, ternis vel quaternis, foliolis lineari-subulatis acuminatis margine ciliatis fulcratis, uti spicae basi ochrea vestitis, spiculas numerosas patentes, post anthesin reflexas gerentibus. Folia involucralia gradatim minora: infimum inflorescentiam longe (quadruplo) superans, summa breviora, nervo dorsali margine ciliata. Spicula oblique oblonga, uni- vel biflora; squamae quatuor vel quinque,

duae infimae steriles, inferior subulata, superior ovata obtusa rotundata apice hyalina; squamae fertiles (una in spicula uniflora, duae in spicula biflora) majores, obtusae rotundatae, sub apice mucronulo instructae, nervis lateralibus octo, carinatae carina viridi, dorso stramineo, margine ferrugineo. Suprema sterilis quandoque stamina et ovarium obliteratum gerens. Rachis spiculae alata, alis hyalinis albidis. Achaenium maturum ovatum, trigonum, squama paulo brevius, sub lente minutissime granulata. Si nostram plantam cum *M. Mutisii* conferas, numerus foliorum involucralium, umbellae spicarum ramorumque variabilis se praebet, solum trunco hypogaeo tuberoso, et squama sub apice mucronulata aberrat. Ex icone Humboldtii caeterum accuratius inspecta conjici potest illam esse caule hypogaeo tuberoso instructum, attamen in apice squamae mucronuli nullum vestigium. Si squamae spicularum *M. Mutisii* mucronulo carent, nostra planta species nondum descripta erit, quae nomine *Marisco Kunthii* laudanda, si squamarum fabrica plantae Kunthianae et Humboldtianae male descripta esset, nostra cum *M. Mutisii* jungenda erit. Huncce nodum solvent, qui plantam Kunthianam inquirere possunt. Caeterum Cyperus, Mariscus et Kyllingia vix genera separanda.

Ptilotrichum strigulosum h. Gotting. = *Konigia maritima* L. Planta e seminibus horti Gottingensis enata a *K. maritima* R.Br. non diversa. Semina uno latere anguste alata, in hac nota et aliis specie memorata non differt.

Crassula pubescens Eckl. (*Sarcolipes pubescens* Eckl. et Zeyher = *Crassula pubescens* Endl.). Cum descriptione in Eckl. et Zeyher enumerat. plant. Afric. austr. p. 280. satis convenit, sed, uti b. Kunze (index semin. hort. Lips. 1850) jam observavit, flore tetramero differt. Si accuratius inspexeris, flores superiores pentameros, carpella apice diver-

gentia stylo brevi filiformi coronata, semina tria vel quatuor muricata, staminodia subspathulato-truncata nec linearia invenias. Calycis laciniae margine et apice pilis rigidis vestitae nec apice mucronatae. Pedicelli capillares longitudine foliorum vel breviores. Ideo *Sarcolipes* in sectionem *Petrogeton* Eckl. et Zeyh. ponenda et in hac sectione *C. alpinae* Endl. (*Petrogeton alpinum* Eckl. et Zeyh. l. c. p. 291.) secundum descriptionem proxima, sed pubescentia differt. An varietas *C. alpinae* Endl.?

Bemerkungen über die Gattung Heterocentron.

Vom

Herausgeber.

Diese Melastomeengattung wurde von Hooker und Walker-Arnott in dem von ihnen gemeinschaftlich herausgegebenen Werke „The Botany of Capitain Beechey's Voyage" S. 290 aufgestellt und characterisirt, mit Hinzufügung einer Art *H. Mexicana**), deren Beschreibung später S. 423 nach besseren Exemplaren nachgeliefert wird. Bei der Bearbeitung der Pariser Herbarien führt Naudin diese Gattung auch an, und stellt (Ann. d. sc. nat. 3. série. V. XIV. S. 154 ff.) fünf gewiss und zwei fraglich zu dieser Gattung von ihm gerechnete Arten auf. Unter den ersteren ist auch jenes *H. Mexicanum*, wobei er jedoch in Zweifel geräth, ob nicht die vier übrigen von ihm selbst aufgestellten Arten sämmtlich zu dem *H. Mexicanum* als Varietäten zu rechnen wären. Wenn wir aus den gegebenen Beschreibungen auch nicht mit Sicherheit ein Urtheil fällen können, so müssen wir doch gestehen, dass es uns sehr unwahrscheinlich vorkommt, dass alle diese Arten nur Formen einer einzigen sein sollten, und möchten fast bezweifeln, ob die von Galeotti bei Xalapa in

*) welche wohl richtiger *H. Mexicanum* heissen muss.

einer Höhe von 1200 Meter gesammelte Pflanze dieselbe sei, welche auf der Expedition des Capitain Beechey zwischen San Blas und Tepic an der westlichen Seite Mexicos gesammelt worden ist. Wir wollen, ehe wir weiter in die Beurtheilung dieser Arten uns einlassen, zuerst in Erwägung ziehen, wie die Charactere dieser Gattung aufgefasst worden sind, da wir Gelegenheit hatten, eine Art lebend zu untersuchen, und dadurch Veranlassung fanden zu diesen Vergleichungen. Wir werden dabei zugleich die neueste Untersuchung über diese Gattung, welche sich in dem Saamenkataloge des botanischen Gartens zu Berlin S. 14 befindet, berücksichtigen müssen. Bei Kelch und Blumenkrone, welche, wie die ganze Blume, viertheilig sind, findet sich, dass die Begründer der Gattung den Kelch „extus adpresse setosus" nennen, wie er auch bei ein Paar Arten von Naudin genannt wird, bei der von uns lebend gesehenen Art war er aber eigentlich acute verrucosus, verrucis setula terminatis; dagegen vermissen wir bei Hooker und Naudin die Angabe von kleinen, (bei der lebenden Art) rosenrothen Borsten, welche, aus einer breiten Basis hervorgehend, aussen am Kelch zwischen dessen Zipfeln stehen, die bei dem *H. roseum* Al. Br. und Bouché, so wie bei unserer lebenden Pflanze vorhanden sind. Die grösseren Staubgefässe sind aber in den beiden älteren Characteristiken, wenigstens was ihre Connectiva betrifft, nicht übereinstimmend beschrieben. Die Begründer der Gattung sagen „longiorum connectivo stipitato ad articulationem setis duabus subclavatis instructo"; Naudin dagegen: „4 majorum connectivo infra loculos longe producto et ultra filamenti insertionem in appendices duas rectas calcariformes conniventes antice porrecto." Wir würden dieser letzten Beschreibung den Vorzug geben, da sie mehr mit dem von uns beobachteten Beispiel übereinstimmt, wenn nicht der spornartige Doppel-Fortsatz des An-

therenträgers nach vorn vorgestreckt genannt würde (wie solches auch die Abbildung von *H. undulatum* Tab. VII. f. 1. (und nicht XIII. f. 1., wie im Text a. a. O. steht) zu zeigen scheint, in der freilich die Staubgefässe nur allein, nicht in ihrer Verbindung mit den übrigen Blumentheilen, abgebildet sind); was dagegen bei der lebenden Pflanze nicht der Fall war, da er hier gerade in die Höhe gerichtet nach innen stand, während der antherentragende, längere Schenkel des Connectivs abwärts gebogen mit der ebenfalls gekrümmten Anthere einen nach aussen gerichteten, aufsteigenden Bogen beschrieb. Wir sahen in der aufgeblüheten Blume in der Mitte vier gelbe, aufrechte Antheren, an deren Basis, wo sie den geraden Staubfaden auffassen, sich kaum eine Spur von zwei Höckerchen erkennen liess, alternirend mit diesen, aber ihnen zunächst, sahen wir die gelblich endenden Spitzen des Doppelsporns, fast vom Ansehen einer unausgebildeten Anthere, und nach aussen gebogen lagen, tiefer im Kreise herum, die aufsteigenden, aus Roth in Blau übergehend gefärbten Antheren. Sollte dieses Stellungs- und Richtungsverhältniss nur der von uns beobachteten Art und einigen andern zukommen, so würde es, besonders da wir noch andere Abweichungen bemerkten, die Bildung einer eigenen Abtheilung in der Gattung *Heterocentron* rechtfertigen. Wir möchten aber wohl glauben, dass durch das Einlegen und Trocknen die leicht auf ihrer Staubfadenspitze sich bewegenden Antherenträger eine veränderte Richtung angenommen hätten, besonders da noch eine andere auch hierher von Al. Braun und Bouché a. a. O. gezogene Art, das *Melastoma subtriplinervium*, eine ähnliche Stellung zeigt, wo auch die Theilung des Connectivs gleich an der Insertionsstelle beginnt, die Theilungen aber mehr auseinander stehen, als dies

bei unserer Pflanze der Fall ist, wo sie parallel neben einander liegen, beim Trockenwerden auseinander treten.

Der Fruchtknoten ist frei und nackt (apice nudum) nach Hooker und Arnott, doch wird die erstere Angabe später dahin beschränkt, dass die untere Hälfte mit dem Kelche verwachsen, die andere obere frei sei. Naudin sagt: das Ovarium hänge mit 4 wenig sichtbaren Rippen am Grunde an, sei oben frei und am Gipfel von Borsten gekrönt. Ist nun *H. Mexicanum* wirklich mit einem nackten Fruchtknoten versehen? Est ist dies ein zu entscheidender Punkt, welcher aber nicht an der Pflanze von Jalapa ins Reine gebracht werden kann, sondern an der ächten westmexicanischen. Wir bemerkten an der Spitze des Ovariums 4 kleine, schuppenartig hervorragende Spitzen (wie sie auch bei anderen Gattungen von Naudin abgebildet wurden und auch an *Melastoma subtriplinervium* sich vorfinden), an denen auch wohl einige sehr kleine Börstchen standen; zwischen den Spitzen ist eine Vertiefung in der Mitte, aus welcher der Griffel frei hervortritt, so dass das Ovarium, für sich betrachtet, das Ansehen hat, als wäre es ein von einem kleinen Kelchrande gekröntes. Ueber die Richtung des Griffels wird nur von Al. Braun und Bouché gesagt, dass er herabgebogen sei, während ihn Naudin's Abbildung ganz gerade darstellt.

Von der Inflorescenz heisst es bei Hooker und Arnott: „Flores albi thyrsoidei terminales subpaniculati", und bei Naudin nur: „floribus paniculatis albis aut roseis." Richtig ist es, dass eine Panicula terminalis da ist, welche, wie dies oft bei solchen Blüthenständen zu sein pflegt, aus kleinen Cymis eigentlich besteht, von denen eine grössere oder geringere Menge seitlich aus den Winkeln der obern Blätter hervorkommt, und mit der terminalen grösseren oder kleineren

Cyma eine reich- oder armblumige und mehr oder weniger am Grunde beblätterte Panicula bildet.

Die Arten scheinen in der That ausserordentlich nahe mit einander verwandt zu sein, so dass es schwer halten mag, genügende Diagnosen für sie aufzustellen, aber die von Naudin gegebenen Beschreibungen helfen dem Uebelstande nicht ab, da sie nicht ausführlich genug sind. Bei der von Hooker und Arnott aufgeführten Art heisst es zuerst im Gattungscharacter: „folia $1\frac{1}{2}$ — 2 poll. longa, 8 lin. lata", und in der spätern Beschreibung: die grössten Blätter seien kaum einen Zoll lang auf sehr kurzen Stielen.

Wir fügen nun eine ausführliche Beschreibung unserer Gartenpflanze hinzu, welche als *Melastoma rubra* in den Gärten geht, ohne dass der Ort ihres Vorkommens bekannt wäre. Sie blüht im Warmhause leicht, und scheint grössere Blumen zu haben, als die 5 sicheren Arten bei Naudin.

Heterocentron an **roseum** Al. Br. et Bouché in Ind. sem. in h. bot. Berol. a. 1851. collect. p. 14. n. 15? (*Melostoma rubra* hortor.) Patria ignota. Colitur ut aliae Rhexieae in caldario, apud nos hieme floret, fructus vero non fecit.

Descr. Planta basi frutescens et ex radice (rhizomate) novos caules edens, bipedalis dum floret, interdum in multo breviori caule 4 poll. longo jam inflorescentiam producens, tota, exceptis paucis partibus, pilis brevibus erectis, in pagina foliorum aversa paululum mollioribus et in angulis caulium paullo crebrioribus haud dense tegitur. Caules tetragoni, angulis paululum prominulis, faciebus planiusculis, nodis leviter constrictis saepiusque linea transversa rubra notatis. Folia petiolata forma paululum varia, caulium elatiorum florentium superiora (inferiora plerumque dejecta sunt) in petiolo 5

lin. longo laminam praebent circiter sesquipollicarem et in medio 9 lin. latam, caulium novellorum sterilium folia paulo breviora (15 lin. longa) et in inferiore parte illam 9 lin. latitudinem habent, omnia plus minus in petiolum sunt attenuata venisque lateralibus utrinque 4—5, nunc oppositis nunc alternis, supra impressis subtus cum nervo valde prominentibus gaudent. Ramos paucos edere solent caules eosque breves. Inflorescentia terminalis panicula, ex 10—12 floribus apud nos constans, forsan in patria divitior, basi foliosa, ramulis scilicet infimis ex axillis foliorum provenientibus, foliis vero citissime in reliquis ramificationibus decrescentibus. Pedunculi cylindracei reliquis partibus glabriores raris pilis brevibus adspersi 4—5 lin. longi, ramulis pilosis insident. Calycis tubus viridis tuberculis acutis setula albida minuta terminatis exasperatur, setula majori ($^1/_3$ lin. circ. longa) rosea e basi latiore viridi orta calycis laciniis subjecta (similibusque at minoribus hinc inde in summo tubo occurrentibus); limbi laciniae 4, persistentes? late triangulares, apice summo acuto subcucullato-convoluto et viridescente, reliqua parte ex roseo-albae sub anthesi deorsum curvatae, tubo aliquantulum longiores, in alabastro eo modo dispositae sunt ut una in utroque margine tecta sit, proxime adjacens in utroque margine libera, duae reliquae altero margine liberae, altero tectae, hinc fere ad praefloralionem quincuncialem dispositae sunt. Petala sub anthesi patentia vel leviter deflexa rosea (fere colore florum *Vincae roseae*) breviter unguiculata, subobliqne interdum et obscure subrhombeo-obovata, obtusa vel interdum leviter emarginata, pilis parvis patentibus apice glandulosis ciliata, in alabastro eodem modo ac calycis laciniae disposita sunt, licet quartum extus non videri queat ab aliis plane absconditum. Stamina 8, fauci calycis, rubro colore intus tincto, inserta minutisque tuberculis albidis roseisve ibidem sejuncta, inaequalia; filamenta

colore corollae tincta; stam. majora calycis laciniis opposita erecta apice extus curvata, connectivum iis insidens intense roseum, sursum in lobos duos sibi parallelos erectos apice lutescentes partitum, deorsum curvulum in antheram ex rubro et coeruleo tinctam in supera latere crenulatam adscendentem, apice uniporosam transiens; stam. minora erecta recta, antherа oblonga laete lutea subundulata, uniporosa, basi vix bituberculata et colore rubro in dorso altius adscendente notata terminantur. In alabastro filamenta omnia erecta apice intus flexa, anthera deflexa, connectivi calcaribus inter se distantibus, ratione reliquarum partium magnis et in altum porrectis, apicibus his octo albidis circa stylum stantibus. Ovarium ima basi tantum adnatum 8-sulcatum, sulcis alternis dissepimentis respondentibus paululum profundioribus, jugis inter sulcos rotundatis, apice 4 processubus dentiformibus at forma variabilibus coronatum, qui processus nunc integri apice inaequaliter denticulati, nunc emarginati vel bilobi, lobis saepe conoideis, setula solitaria minuta apices varios terminante interdum deficiente, rarius in sinu inter lobulos posita; hinc primo visu ovarium speciem prae se fert ovarii calycis laciniis coronati. Peracta anthesi flores c. pedunculis suis deciderunt, calyce paululum aucto at nullo modo sulcato.

Wenn wir in dieser Beschreibung rücksichtlich der Knospenlage von dem bisher allgemein Angenommenen abweichen, so ist uns dies selbst schon sehr auffällig gewesen, und wir haben wiederholt nachgesehen, ob uns zuerst ein vereinzelter Fall getäuscht hätte, wir überzeugten uns aber wiederholt von der Richtigkeit, und stehen dadurch auch im Widerspruch mit den Angaben im Genus-Character der Herren Al. Braun und Bouché. Da nun eine klappige und eine gedrehte Knospenlage beim Kelche und eine entgegengesetzt gedrehte bei der Blumenkrone gewöhnlich vorzukommen scheinen, so würde

zu untersuchen sein, ob bei den näher verwandten Gattungen auch ein abweichendes Verhältniss sich finde.

Ob die eben beschriebene Art ganz dieselbe sei, wie die des Berliner Gartens, wissen wir nicht mit Gewissheit, da von dieser weder eine Beschreibung, noch eine Abbildung vorhanden ist und die Diagnose nicht ausreicht, und Manches zum Theil aus dem Gattungscharakter nicht übereinstimmt. Wenn deren Verff. dazu drei Naudin'sche Arten mit Fragezeichen rechnen, so gehen sie darin schon einen Schritt weiter, als Naudin selbst. Vergleichen wir unsere Art mit jenen Naudin'schen, so dürfte sich, auch wenn das „Ovarium apice setosum" auf einem Irrthum beruht, auch wenn die Setulae zwischen den Kelchzipfeln nicht fehlen sollten, auch wenn die Richtung der Connective der grossen Staubgefässe unrichtig angegeben wäre, die unserige durch grössere Blumen auszeichnen, denn ihre Petala messen 1 Centimeter, während sie bei jenen nur 5 — 8 Mill. lang sind, überdies sind sie bei unserer fein gewimpert, was dort nicht erwähnt wird, ferner sind Verschiedenheiten in den Antheren vorhanden, wie man aus der Abbildung von *H. undulatum* sieht, auch die Blattdimensionen scheinen in einem andern Verhältnisse zu stehen u. s. w. So wenig wie wir ohne sichere Kennzeichen dieser Vereinigung beistimmen können, eben so wenig können wir der Vereinigung von *H. Mexicanum* Hook. et Arn. und *Melastoma subtriplinervium* Lk. et O., wie sie von Al. Braun und Bouché vorgeschlagen wird, das Wort reden, obwohl wir gern glauben, dass die von Naudin unter dem ersten Namen begriffene Pflanze auch die von Schiede bei Jalapa gesammelte sei, von welcher aber die andere um zehn Breitengrade entfernt wächst, in einer Gegend, die, am grossen Ocean gelegen, im Allgemeinen keine Uebereinstimmung mit dem östlichen Theile Mexico's zeigt. Dann hat die ächte

Mexicana am Kelche ausgebreitete Haare, mit einer klebrigen Drüse an der Spitze, kaum 1 Zoll lange Blätter, einen ganz kahlen, zur Hälfte mit dem Kelche verwachsenen Fruchtknoten, u. s. w.

Es möge dieser Fall wieder zeigen, wie nothwendig es immer mehr wird, alle Pflanzen, welche man neu einführt, genau zu beschreiben oder abzubilden, als das einzige Mittel, die Zweifel zu beseitigen, welche bei blossen Diagnosen, oder zu kurzen, nicht alle Verhältnisse genau berücksichtigenden Beschreibungen nur zu leicht entstehen und eine genaue Bestimmung geradezu unmöglich machen. Es ist sehr natürlich, dass der, welcher eine neue Art unterscheidet, nur auf den Kreis der Formen Rücksicht nimmt, welcher ihm bekannt geworden ist; sobald sich aber der Formenkreis weiter ausdehnt, muss immermehr auf alle Theile Rücksicht genommen werden, und was früher genügte, wird ungenügend.

Beitrag

zur

Flora der Insel Portorico.

Von den westindischen Inseln scheint Portorico in botanischer Hinsicht weniger als mehre andere durchforscht zu sein, obgleich in älteren und neueren botanischen Werken bei nicht wenigen Pflanzen als deren Vaterland Portorico benannt wird, und verschiedene dort gemachte, schon bekannt gewordene Sammlungen von dem dortigen Pflanzenreichthum Zeugniss abgelegt haben. Ein Verzeichniss dort vorkommender Pflanzen gab A. V. Ledru in seinem Werke: Voyage aux isles de Ténériffe, la Trinité, St. Thomas, Ste. Croix et Portorico. Paris 1810. Tom. II. p. 246—254, welches jedoch nur Namen, und zwar nur französische oder lateinische mit französischer Beugung enthält, die sich zum Theil nur auf Gattungen beziehen, sowie dasselbe auch von den Kryptogamen bloss einige Farrn aufführt. Die von demselben Verfasser verprochene Herausgabe einer Flora von St. Thomas, Santa Cruz und Portorico ist meines Wissens nicht erfolgt. Um so mehr darf ich hoffen, dass der neue Beitrag zur Flora jener Insel, über

den ich mir im Folgenden Bericht zu erstatten erlaube, nicht ohne Interesse sein wird.

Der Kunstgärtner Hr. Carl Schwanecke von hier benutzte seinen Aufenthalt auf Portorico in den Jahren 1847 bis 1850 auch zur Einsammlung von Sämereien und zur Zusammenbringung eines Herbariums dort vorkommender Pflanzen, wobei er in der letztern Zeit seines dortigen Aufenthalts, auf meinen ihm brieflich ertheilten Rath, besonders die Kryptogamen berücksichtigte. Der von ihm durchforschte Bezirk, auf den er sich in Ermangelung ausreichender Hülfsmittel zu weiteren Reisen beschränken musste, war die Umgegend seines Wohnorts Humacao, eines an der Ostküste der Insel belegenen Dorfes, von wo sich seine Wanderungen in nordöstlicher Richtung bis zu dem an derselben Küste, am Flusse Faxardo, belegenen Dorfe gleiches Namens, ungefähr 4 geographische Meilen von Humacao entfernt, ferner nördlich bis zu der kleinen Ortschaft Rio Blanco am Flusse gleiches Namens und südwestlich bis Naguabo am Flusse Daguao und weiter bis zu der etwa 4 Meilen von Humacao entfernten Ortschaft Guayama, an dem denselben Namen führenden Flusse, erstreckten.

Dieser Bezirk, der einen beträchtlichen Theil des hohen, pflanzenreichen Luquillo- (oder Loquillo-) Gebirges (dem auch Rio Blanco angehört) und den Berg Piedro Pellao umfasst, zeigt nach Hrn. Schwanecke's Bemerkungen einen mannigfaltigen Wechsel der Bodenarten. Als anstehendes Gestein fand sich in der nächsten Umgegend von Humacao, da, wo die ungefähr $^1/_2$ Meile in das Land eintretenden Lagunen aufhören, ein körniger Sandstein und eine Art Thonschiefer, und im Luquillo-Gebirge Granit; Kalk bemerkte er nirgends.

Nachdem Hr. Schwanecke von dort zu verschiedenen Malen Sämereien und zu deren Bestimmung die betreffenden

getrockneten Pflanzen hierher gesendet hatte, von wo erstere, so wie zur Aussaat bestimmte Sporen von Farrn an mehre Gärten gekommen sind, verliess er Portorico im November 1850, um in das Vaterland zurückzukehren. Er wählte zur Reise nach Hamburg von St. Thomas aus ein dorthin bestimmtes Schiff, welches jedoch zuvor in Porto Plata in Domingo seine Ladung zu vervollständigen hatte, in diesem Hafen aber scheiterte und zur Fortsetzung der Fahrt ganz untauglich wurde. Dieser Unfall nöthigte ihn, nachdem er, wie seine Effecten, unbeschädigt an das Land gebracht war, in Porto Plata mehrere Wochen lang eine andere Schiffsgelegenheit zu erwarten, und er benutzte diesen Aufenthalt zur Einsammlung von Pflanzen der Umgegend, so viel dies die ungünstige Witterung gestattete, bis sich endlich ein anderes Schiff fand, mit dem er glücklich nach Hamburg gelangte, von wo er sich hiernächst im Jahre 1851 hierher begab.

Was nun seine botanischen Sammlungen betrifft, die er zum Theil mit hierher brachte, zum Theil, so namentlich auch seine von Portorico von ihm selbst überbrachte, in Domingo vervollständigte Haupt-Farrnsammlung, schon vorher abgegeben hatte, so ist die Bestimmung der Lebermoose von dem Hrn. Apothek. Hampe zu Blankenburg und Hrn. Dr. Gottsche zu Altona, die der Laubmoose von demselben Hrn. Hampe, und die der Schwämme durch Hrn. Dr. Klotzsch zu Schöneberg bei Berlin gütigst bewirkt, und es ist mir das Ergebniss, mit Gestattung der Bekanntmachung, freundlichst mitgetheilt.

Diese bewirke ich in den 3 Anlagen dieses Berichtes, von welchen No. 1. das mir zugegangene Manuscript, die *Hepaticae* betreffend, wörtlich enthält; in dem Verzeichniss No. 2 und 3. der Anlagen gehören die Bestimmungen, so wie die

Diagnosen und Beschreibungen der neuen Arten lediglich beziehungsweise Hrn. Hampe und Hrn. Dr. Klotzsch an, wobei ich nur die Standörter nach den Angaben des Finders beigefügt habe.

Letzterer hat von den in den obengedachten Verzeichnissen aufgeführten Leber- und Laubmoosen noch mehr oder weniger vollständige, abgelegte Sammlungen abzulassen, wobei die festgesetzten Preise für die vollständigste Sammlung der Lebermoose, 53 Arten und Varietäten enthaltend, 4 Thlr., und für die vollständigste der Laubmoose, 39 Arten und Varietäten enthaltend, 3 Thlr. betragen, und sich für die übrigen wenigere Arten enthaltenden Sammlungen ungefähr nach jenem Verhältniss vermindern. Die Sammlung der Schwämme der Anlage No. 3. ist mit den bei mehren Nummern vorhandenen Duplikaten für $1\frac{1}{3}$ Thlr. abzulassen. Liebhaber der einen oder andern dieser Sammlungen wollen sich an den jetzt zu Gross-Oschersleben im Regierungsbezirk Magdeburg Wohnenden in portofreien Briefen wenden.

Die Sammlungen desselben enthalten auch in Ansehung anderer Pflanzen-Familien eine nicht unerhebliche Ausbeute, so namentlich die der Farrn mit Einschluss der Lycopodiaceen. Die von ihm, wie schon oben erwähnt wurde, vor seiner Hierherkunft abgegebene Hauptsammlung der Farrn ist von dem verewigten Professor Kunze untersucht, der darüber in einem Briefe an mich vom Ende März 1851, dem letzten, den ich von meinem verehrten Freunde erhielt, äusserte: „Diese Arbeit hat mir Vergnügen gemacht, da S. sehr brav gesammelt hat, und eine Anzahl neuer, zum Theil sehr ausgezeichneter Arten dabei war.“

Die mir in demselben Briefe freundlichst zugesicherte Mittheilung einer „Aufzählung der Arten mit Bemerkungen“

hat mir wegen des leider schon wenige Wochen später erfolgten Todes des Prof. Kunze von ihm nicht zugehen können; ich hoffe jedoch später zu näheren Bemerkungen über die in jener Sammlung enthaltene Ausbeute und die darin gefundenen neuen Arten, wobei auch die in meinen Besitz gekommene kleinere Sammlung von Farrn aus Portorico zu benutzen sein wird, in den Stand zu kommen, wobei ich mir erlauben werde, auch Bemerkungen über die Ergebnisse der Schwanecke'schen botanischen Ausbeute bezüglich auf noch andere Pflanzenfamilien vorzulegen, insofern nicht Arbeiten darüber von anderer Seite erfolgen.

Wernigerode, d. 14. Januar 1853.

Sporleder,
Gräfl. Regierungs-Director.

Anlage. No. 1.

Hampe et Gottsche. Expositio Hepaticarum Portoricensium,

quas collegit

Schwanecke, hortulanus.

Plagiochila N. et M.

1. **Plagiochila distinctifolia** Ldbg. Var. *α.* Ldbg. — Synops. Hepat. p. 30. n. 14. Lindenberg species Hepat. p. 17. n. 8. t. 3. ♂ et ♀.

2. **Plagiochila confundens** Ldbg. et G. — Synonym. *Plagiochila distinctifolia*? *γ. latifolia.* Synops. Hepat. p. 30. n. 14.? *γ.* — Lindenberg species Hepaticarum p. 17 et 19.

Jam longe, hanc Plagiochilam alius speciei esse, beatus Lindenbergius suspicatus est, sed planta mascula tantum nobis

nota erat, nunc autem cum femineam stirpem quoque vidimus, hanc formam proprio nomine salutare maluimus, cum haec stirps, si ad *Plagiochilam distinctifoliam* adducitur, hujus speciei characterem ita obnubilat, ut fere evanescat.

3. **Plagiochila tenuis** Ldbg. Synops. Hepat. pag. 32. n. 19. — Lindenberg spec. Hepat. p. 50. n. 28. t. 10. — ♂ et ♀.

4. **Plagiochila gymnocalycina** M. N. — Synops. Hep. p. 32. n. 20. — Lindenberg spec. Hep. p. 48. n. 27. et p. 158. t. 10. Collect. n. 3. Adde Synopsi: *γ. intermedia*, major, fol. magis dentatis. Inter *Plagiochilam gymnocalycinam* et *rutilantem β.* quasi intermedia.

5. **Plagiochila rutilans** *β.* Ldbg. — Synops. Hep. p. 33. n. 21. — Lindenberg spec. Hep. p. 47. n. 26. et p. 157. tab. 9 et 31.

6. **Plagiochila bicornis** n. sp.

Caule basi intricato-ramoso procumbente, ramis adscendentibus subsimplicibus vel dichotomo-proliferis; foliis dense imbricatis patenti-divergentibus (in surculis nonnullis subheteromallis), oblique ovatis (in novellis obcuneatis et diversiformibus), margine ventrali dentibus remotis nonnullis armatis vel subintegerrimis, basi in cristam nudam conniventibus, margine dorsali integerrimis subreflexis, apice bi-, raro tri-dentatis; fructu ad speciem laterali, perianthio trapezoideo-rotundo compresso spinoso-dentato alato (ala acuta uni- — bidentata).

Descr. Caulis repens; *rami* plus minus strictiusculi cum innovationibus 2—3-pollicares, interdum ad speciem dichotomi, vel geniculati, fusci teretes. Folia arcte imbricata, vel in nonnullis surculis laxiora, in novellis fere heteromalla, $^5/_6$—$1\,^1/_6$ lin. longa, basi $^2/_3$ lin. et apice $^1/_6$ lin. lata, ob-

ovata; margo ventralis e basi semicordata subintegerrima, interdum subreflexa, ut caulem interjacentem adspicere possis, plerumque cum folio alterius lateris in cristam nudam connivente, subintegerrimis vel in foliis fructificationem versus magis dentatis; apex angustior vel latior, bidentatus, dentibus divergentibus sinu lunulari vel acutiori; margo dorsalis integerrimus oblique descendens, subreflexus. Folia novellorum ramorum contigua obovato-triquetra, apice angustiora, interdum retusa plerumque tamen bidentata; in surculis novellis inferioribus folia ovalia, apiculata, vel apice retusa vel omnino diversiformia videntur. Folia superiora versus fructificationem majora et margine ventrali magis dentata, transitum parant in *folia involucralia*, quae revera a caulinis haud diversa, circiter novem dentibus remotis et interdum apicis dente intermedio armata sunt. *Perianthium* junius, in foliis involucralibus adhuc reclusum, orbiculato-trapezoideum, compressum, alatum (ala apice in dentem spiniformem producta vel 2—3 dentibus armata) bilabiatum, labiis spinoso-dentatis 1 lineam latum et $^3/_4$ lin. longum. — Ulteriora non visa. —

Obs. Proxima huic speciei *Plagiochila Mauritiana*, sed statura foliorum caulinorum apice minus dentata, et involucralium laevitate totoque habitu differt; a *Plagiochila abrupta* et *Pl. calva* foliorum forma et denticulatione longius distat.

7. Plagiochila abrupta Ldbg. — Synops. Hep. p. 44. n. 51. — Lindenberg spec. Hepaticarum p. 106. n. 65. t. 20.

Adde diagnosi in synopsi: „fructu in dichotomia, perianthio obovato (non alato) ore compressiusculo spinoso, foliis involucralibus conformibus margine ventrali spinoso-dentatis.“

Omnino cum speciminibus ex insula St. Vincentii originalibus congruit, icones in spec. Hepaticarum tab. 20. et colore et foliorum apice minus bonae.

8. **Plagiochila remotifolia** n. spec.

Pl. caule basi ramoso repente, ramis erectis subsimplicibus flexuosis rigidis; foliis distantibus semiverticalibus divergentibus elongato-ellipticis acutis nitidis rigidis (siccitate paullo convolutis) margine dorsali subreflexis integerrimis, ventrali a basi angustata subreflexa subarcuatis ad apicem apiceque ipso serrato-dentatis; fructu laterali, perianthio juniori ore dentato-spinoso, foliis involucralibus latioribus margine ventrali multidentatis, dorsali latius reflexis.

Descr. Rami rigidi, unum alternumve ramulum emittentes, supervenientibus innovationibus divaricatis flexuosi. Folia remota semiverticalia, convexiuscula, ut pagina ventralis subcanaliculata, (praesertim statu sicco) appareat, oblonga, basi apiceque angustata, $1\frac{1}{2}$ lin. longa, medio $\frac{2}{3}$ lin. lata; margo ventralis basi reflexus dein arcuatus et nudus, interdum dentibus 6—2 instructus, in dentem majorem apicalem sursum versum transit, apex folii plerumque spinis duabus majoribus bidentatus, sed tertio vel nonnullis denticulis intermediis interjectis, in nonnullis foliis truncatus, in aliis acutus fit; margo dorsalis integerrimus vel ante apicem uno vel duobus denticulis armatus. Fructificatio junior semel visa, terminalis sed supervenientibus binis novellis in dichotomia. Perianthii rudimentum subcylindricum, labiis ovalibus spinoso-dentatis. Folia involucralia latiora, margine ventrali 12 — 14 dentibus armata, margine dorsali latius reflexo.

Obs. Secundum characterem proxime ad *Plagiochilam frondescentem* accedit et praesertim foliorum apicis figuratione ei simillima est, tamen foliis duplo longioribus, medio latioribus magisque distantibus bene dignoscenda, et si alteram juxta positam habes, omnino non commutanda.

9. **Plagiochila Portoricensis** n. spec.

Pl. caule basi ramoso, ramis adscendentibus flexuosis

divaricato-ramosis; foliis distantibus reflexo-patentibus, in novellis subheteromallis (statu sicco omnino convolutis) elongato-oblique ovatis, margine dorsali subreflexis integerrimis in caulem breviter descendentibus, ventrali toto argute dentatis, basi nuda angustatis, apice oblique coarctatis bi- — pluridentatis; fructu laterali, perianthio juniori campanulato-compresso non alato, ore ciliato-dentato, foliis involucralibus conformibus margine dorsali reflexis.

Descr. Rami adscendentes, flexuosi, innovationibus 1 pollicem longis divaricato-ramosi, quadripollicares, flaccidi, rubro-fusci. *Folia* summae innovationis (quia reliqua omnia lacera erant) distantia, reflexo-patentia, e basi angusta subreflexa nuda in marginem ventralem 9 — 12 denticulis armatum adscendentia: margo dorsalis subreflexus integerrimus; folia 1 $^1/_6$ lin. longa, basi $^1/_3$ lin., medio $^1/_2$ lin. lata. *Perianthium* campanulato-compressum, non alatum, ore ciliato-dentatum; *folia involucralia*, 1 $^1/_2$ lin. longa, $^1/_2$ lin. lata, duo (sed incurrit interdum accessorium tertium angustius) margine dorsali versus apicem tractu subrotundo in apicem angustatum tridentatum trausseunte, margine ventrali usque ad angulum basalem arcte dentatum.

A *Plagiochila gymnocalycina* γ. foliorum forma et denticulatione recedit.

10. **Plagiochila adiantoides** Ldbg. — Synops. Hepat. p. 38. n. 37. — Lindenberg spec. Hepaticarum p. 77. n. 45. t. 14.

11. **Plagiochila arcuata** Ldbg. — Synops. Hepat. p. 56. n. 85. — Lindenb. spec. Hepat. p. 91. n. 55. t. 16.

12. **Plagiochila heteromalla** γ. *minus dentata.* — Synops. Hepat. p. 56. n. 86. — Lindenb. spec. Hepat. p. 83. n. 49. t. 18.

Folia fere quo ad formam illis speciminum, quae in insula Sti. Christophori sub *β.* in synopsi commemorantur, similia, sed minus dentata; tamen tacere nolo, similes plantas ex India occidentali in herb. Lindenbergii et in herbario meo ab ipso Lindenbergio nomine *Plagiochilae rutilantis β.* salutari, sed pro tempore ad *Plagiochilam heteromallam* adducere malnimus, quia *Plagiochilae rutilantis* varietas *β.* jam tanta plantarum variantium multitudine in nostris herbariis oppressa est, ut character originalis hujus speciei omnino obnubiletur.

Scapania Ldbg.

1. Scapania Portoricensis n. sp.

Sc. caule repente, ramis adscendentibus flexuoso-incurvis subsimplicibus; foliis contiguis bilobis, lobo dorsali cordiformi-quadrato convexiusculo appresso vel patulo, apice reflexo integerrimo, ventrali ovali denticulato; perianthiis .....

Descr. Rami tripollicares et ultra, inferne foliorum rudimentis vestiti adscendentes ramulos sesquipollicares edentes, apice incurvi, flexuosi; caulis niger, nusquam inter folia nudus, sed lobulis dorsalibus imbricatis incumbentibus obtectus; versus summum apicem demum virescens. *Folia* sursum versus magnitudine non crescentia; lobulorum dorsalium margo externus aequali eorum positione in utroque caulis latere fere linea procurrere videtur; lobulus folii altitudinem fere aequans, $^2/_3$ ad $^5/_6$ lin. altus, $^2/_3$ ad $^4/_5$ lin. latus, caulis latitudinem transgreditur et lobulo folii inferioris imbricatim tegitur, apice plerumque arcte cauli adpressus, in nonnullis stirpibus patulo reflexus; lobulus ventralis ovalis vel ovato-ellipticus, plus minus patens, apice subreflexus, circumcirca dentatus.

Planta speciosa, magnitudine *Scapaniae ferrugineae* similis, quam *Scapania planifolia* et *nemorosa* multo major;

differt ab omnibus lobulo dorsali *inermi*, qui praeterea aliter conformatus est ac in *Scapania nemorosa*, nec disjunctus ut in *Scapania planifolia*..

Sphagnoecetis N. ab E.

1. Sphagnoecetis Portoricensis n. sp.

Sph. caule repente ramoso, ramis turgidis incurvis in flagellum microphyllum demum nudum radicans transeuntibus; foliis imbricatis erecto-patentibus repandis, obcuneatis immarginatis, margine ventrali sinuato patulo interdum reflexo, basin versus arcuato, apice retuso rotundatove; amphigastriis in ramulis flagellaribus minimis rudimentariis apice repando-recurvis; fructu laterali in caule et in flagellis obvio, perianthio cylindrico incurvo, apice angustato triquetro-plicato, ore denticulato, foliis involucralibus amplexantibus apice bifido patulis.

Habitat ad arborum corticem cum *Micropterygio cymbifolio* intertextum.

Descr. Caules intricati, cortici arcte adhaerentes, repentes, ramos turgidos apice curvatos interdum flagellari-attenuatos promentes, pallide virescentes. *Folia* ramorum turgidorum oblique cauli adfixa, semivertical ia, $^1/_2$ lin. longa, basi $^1/_3$ lin. lata, apice plus minus angustata $^1/_5$ lin. lata, retusa vel rotunda, in ramis flagellaribus apex folii variabilis, repandus, emarginatus vel inaequaliter bilobus, lobis rotundatis, etiam grosse tricrenatus, interdum valde attenuatus, margo dorsalis suberectus interdum repandus; margo ventralis a basi arcuata sinuose repandus, medio interdum paullulum reflexo. Rete porosum, ut dicunt, interstitiis latis; id est, vides utriculos primordiales exsiccatione contractos et chlorophyllo depictos, cellulas ipsas non vides. Adhibito tamen acido sulphurico concentrato, quod totum folium pulcherrime

rubro-fuscum tingit, cellulas magnas, quae stellarem tibi praebent imaginem, sexangulares, vel quinquangulares vides, in quibus membrana cellulosa angulis enormiter incrassata, cum tribus adjacentibus cellulis orbiculum componit, ut exempli gratia in *Jungermannia Taylori* jam dudum botanicis microscopice plantas perscrutantibus notum est. Lineam, trium cellularum fines depingentem bene et in illo orbiculo incrassato tripartitam vides, si folium trecenties auges. *Amphigastria* parva, rudimentaria, apice recurva, subbifida. Inveniuntur ramuli microphylli, e ventre progredientes, in quorum summitate cellulae gemmiparae (spermatocystidia auctorum) rotundae diaphanae, interdum jam biloculares videntur; foliorum margo more consueto exesus et cellulae nondum solutae moniliformes vel alio modo seriatae foliis insident. *Fructus* in ramis propriis lateralis, in caule vel etiam in flagellis (ut etiam in *Mastigobryis*, exempli gratia in *Mastigobryo peruviano*) obvius; foliorum floralium tria paria, quorum summum par, *involucralia folia* majus est, perianthium basi arcte cingens; folia ipsa apice sunt bifida, laciniis elongato-lanceolatis patulis vel recurvis. Perianthium cylindricum, apice incurvum et in conum plicatum, triquetrum plerumque contractum, ore denticulatum, sesquilineare, perichaetio duplo triplove longius. Capsula ovalis. —

Obs. Secundum diagnosin cum *Sphagnoeceti variabili* commutanda, re vera toto coelo ab invicem differunt; statura majore et ramis turgidis nostra valde diversa; cum *Sphagnoceti stolonifera* non commutanda, cujus cellulae parietibus tenuibus angulis non incrassatis depinguntur.

2. Sphagnoecetis prostrata *β.* — Synops. Hepatic. p. 149. n. 2.

Frustula tantum visa in arboris cortice inter *Mastigo-*

bryum bidens et *Schwaneckianum* simul cum *Jungermannia connivente*.

Calypogeia Raddi.

1. **Calypogeia Trichomanes** *α.*[2] **repanda.** — Synops. Hepat. p. 198. n. 1.

Frustula tantum a cl. Hampe inter Muscos Portoricenses, quos Schwanecke collegerat, reperta.

2. **Calypogeia Miquelii** Mont. — Synops. Hepat. p. 200. n. 5.

Frustula tantum in muscis reperta.

Lepidozia N. L. G.

1. **Lepidozia capillaris** Ldbg. — Synops. Hepat. p. 212. n. 36. — Lindenb. et Gottsche spec. Hepat. p. 69. n. 38. t. 11. Cum perianthiis.

Mastigobryum N. L. G.

1. **Mastigobryum Schwaneckianum** n. spec.

M. caule repente undulato flexuoso-ramoso; foliis elliptico-oblongis basi non ampliatis imbricatis adscendentibus integerrimis, margine dorsali paullo arcuatis, ventrali rectis vel leviter repandis, apice truncatis rotundatisve vel angulato-repandis subcrenulatis; amphigastriis imbricatis caule latioribus quadratis marginibus sinuoso-repandis apice subcrenatis; fructu . . . . .

Descr. Caulis cum foliis 1 lineam latus, sesquipollicaris, flagella crebra emittens plerumque divisa, basi simplex dein bifidus, pauci-ramosus, dorso inter folia nudus, serpentino ductu nunc dextrorsum nunc sinistrorsum flexus et mox cortici magis adpressus, mox assurgens, undulato tractu in arborum cortice repit. *Folia* longitudine aequalia, $^2/_5$ lineae longa, $^1/_5$ lin. lata, ad tertiam partem imbricata, propter baseos depressionem in statu madido adscendentia (statu sicco e

contrario apices deorsum flexi, ut dorsum plantae subcanaliculatum fiat, elliptico-oblonga, basi non ampliata nec caulis dorsum obtegentia, margine dorsali paullo arcuata, ventrali rectiuscula vel leviter repanda, apice vario modo formata vel truncata vel rotunda, vel angulata, modo 3—4-crenulata vel angulis paullo prominentibus subbidentula, pleraque oblique truncata crenulis nonnullis subintegerrima. Retis maculae quadratae ad sexangulares, medio majores, laterales et marginales minores. Color luteo-viridis. *Amphigastria* plus minus imbricata, plana, quadrata, basi $^1/_5$ lin., apice $^1/_6$ lin. lata, $^1/_5$ lin. alta, caule latiora, apice truncato subcrenulata, interdum medio paullo profundius inciso-biloba, marginibus lateralibus sinuato-repandis. Reliqua desiderantur.

A *Mastigobryo convexulo* foliorum forma et apice differt, a *Mastigobryo Zollingeri*, quod folia apice subintegerrima habet, foliis statu humido non deflexis nec basi ampliatis nec subfalcatis diversum est.

2. Mastigobryum bidens Ldbg. et Gottsche. — Synopsis Hepaticarum p. 228. n. 41. — Ldbg. et Gottsche species Hepaticarum p. 87. n. 50. tab. 15.

Adde diagnosi in Synopsi nostra: „perianthio cylindrico apice triplicato angustatis, ore denticulato; foliis involucralibus et floralibus adpressis bifidis, laciniis margine dentatis.“

3. Mastigobryum gracile n. sp.

M. caule adscendente divaricato-dichotomo flagellifero, foliis imbricatis obovatis integerrimis, marginibus subrotundis, apice angustato bidentulo-excisis vel oblique lanceolatis, amphigastriis minutis quadratis apice (praesertim in ramis novellis) bilobis vel tri- — quadricrenatis; fructu . . . .

β. trichodes, depauperatum, foliis in ramis summis tantum explicatis.

Habitat inter *Leskeam pungentem.*

Descr. Caulis uncialis cum foliis $^1/_4$ lin. latus, inter muscos adscendens, divaricato-dichotomus, inter foliorum bases dorsales subnudus, crassiusculus, inferne foliis destitutus et in forma *β.* foliis tam parvis vestitus, ut nudo oculo aphyllus appareat. *Folia*, si explicata sunt, $^1/_4$ — $^1/_6$ lin. longa, medio $^1/_{10}$ — $^1/_8$ lin. lata et apice in latitudinem $^1/_{20}$ lineae angustata, ad tertiam partem imbricata vel subimbricata tantum, obovata, apice bidentata (rarissime in summo novello folium tridentatum invenimus), dentibus plerumque inaequalibus (ventrali scilicet minore), vel si dens ventralis magis evanescit folium apice oblique lanceolatum evadit; margines foliorum integerrimi sinulo huc et illuc crenato-repandi, ventralis rotundus, dorsalis e basi arcuata repandus in dentem dorsalem progrediens. Rete porosum, quod dicunt; id est, cellularum utriculum primordialem quadrangulariter contractum et in margine chlorophyllo repletum vides, adhibito tamen acido sulphurico concentrato texturam folii cellulis hexagonalibus et quinquangularibus, et marginalibus quadrangularibus, ut mos est, componi percipies, hocque menstruo et utriculos primordiales e cellulo removere et cellulas ab invicem disjungere licet, cellulosa ipsa tamen non coloratur. *Amphigastria* distantia, parva, $^1/_{12}$ lin. lata, caulis latitudinem non aequantia, quadrata vel rotundo-quadrata, apice in summis novellis saepe biloba, in caule bi- — trierenata.

Forma *β.*, quae varietatis dignitatem non nanciscitur, ortum trahere ex eo videtur, quod per muscos repit, unde folia squamaeformia habet, et ramorum apices tantum, ubi libere crescere possunt, folia patentia explicant.

Adn. Minutie et elegantia insigne facile a reliquis *Mastigobryis* primo adspectu diversum apparet, nec scio quocum alio possit commutari. G.

4. Mastigobryum variabile n. sp.

M. caule repente innovando-ramoso multiflagellari; foliis subimbricatis oblongis deflexis bidentatis vel (praesertim in novellis) tridentatis subintegerrimis, margine dorsali rotundatis, ventrali subrectis; amphigastriis distantibus erecto-patentibus quadratis apice emarginato-bilobis subcrenulatisve; fructu . . . . . .

Descr. Caulis cum foliis $^5/_8$ lin. latus, innovando-ramosus, inter foliorum bases dorsales visibilis. *Folia* $^1/_3$ lin. longa, basi $^1/_5$ lin., apice angustato $^1/_{15}$ lin. lata, basi imbricata, apice libera, margine dorsali rotundo subdeflexo-repando, basi caulem paullo obtegentia, apice bidentula sinu lunulato vel angustiori interjecto, dente ventrali interdum minori; praesertim in novellis complura folia tridentata inveniuntur vel altero latere folia fere omnia tridentata, altero pleraque bidentata, stirps inferior folia bidentula habet; vides etiam in alia stirpe folia ubique bidentula, dentibus magis approximatis et in summi novelli folio uno alterove dentem ventralem accessorium tertium versus apicem vel in apice ipso. Margo ventralis suberectus, subintegerrimus, linea repanda in basin paullo ampliatam transiens. *Amphigastria* erecto-patentia, caulis latitudinem aequantia vel paullo latiora, $^2/_{15}$ lin. lata et aeque alta, distantia vel contigua, quadrata, vel ovato-quadrata, apice emarginato-biloba. Folia floralia et involucralia obovata, apice bifida vel bidentata, margine laterali denticulo uno alterove breviore vel longiore ciliiformi accedente armata.

5. Mastigobryum Portoricense n. sp.

M. caule procumbente dichotomo-ramoso, ramis elongatis divaricatis, foliis basi imbricatis horizontalibus subovatis integerrimis, margine dorsali e basi rotundata devexis, ventrali basi ampliato suberectis, apice truncato tridenticulatis,

amphigastriis imbricatis rotundo-quadratis apice emarginato-crenatis subintegerrimis, perianthio cylindrico-trigono triplicato apice angustato, ore denticulato.

α. majus, latius, omnibus partibus robustius.

β. minus, foliis brevioribus, margine ventrali interdum rotundo tractu in apicem transeunte.

?*γ. humifusum*, foliis brevioribus, basi plus minus ampliatis, in statu humido deflexis.

Descr. Caulis in *α.* quadripollicaris, cum foliis $1^2/_3$ lin. latus dichotome ramosus, ramis plus minus divaricatis, pauci-flagellaris, inferne foliis destitutus. *Folia* $^5/_6$ lin. fere longa, basi $^1/_2$ lin. apice $^1/_5$ lin. lata, in statu madido horizontalia, basi imbricata, apice libera, integerrima, basi dorsali caulem non superantia sed totum tegentia (ut nusquam inter folia nudus appareat). Margo dorsalis subrotundus devexus in dentem dorsalem apicis linea recta transiens, ventralis e basi paullo ampliata subrectus, apex oblique truncatus, tridenticulatus, dente medio majore, vel si evanescit, quod rarius videtur, quasi bidentulo-truncatus, interdum etiam apex magis contrahitur, quia margo ventralis rotundiori tractu in detractu in dentem ventralem adsurgit. *Amphigastria* ad $^1/_3$ vel $^1/_4$ partem arcte imbricata, $^2/_5$ lin. lata et aeque alta, rotundo-quadrata, caule duplo latiora, subintegerrima, apice emarginato-crenata. *Perianthium* cylindrico-trigonum 1 lin. longum, a medio triplicatum et apicem versus angustatum, ore denticulato, folia floralia et involucralia bi-—plurifida.

Caulis in *β.* 3-pollicaris vel ultra, alias Hepaticas (ex. gr. *Trichocoleam tomentellam*) perrepens, cum foliis $1^1/_6$ lin. latus, paullo gracilior; ramificatio tamen similis est. *Folia* paullo minus imbricata ac in *α.* in statu sicco stirpi adspectum pectinatum praebent, cum in *α.* foliorum margines

imbricati etiam in statu sicco videantur; folia in *β.* breviora, basi interdum minus ampliata, apice subrotundiora, quia margo ventralis rotundiore tractu versus apicem in dentem ventralem adsurgit; folia $^3/_5$ lin. longa, basi $^2/_5$ lin. et apice $^1/_6$ lin. lata; caulis inter foliorum bases nudus apparet. *Amphigastria* contigua $^3/_{10}$ lin. lata et aeque alta, ejusdem formae ac in *α.*

Stirpem *γ.* dubio quodam ad *α.* et *β.* adduximus. *Folia* (in statu humido) apice deflexa, basi plus minus ampliata, apice truncata interdum valde contracta, margine ventrali plerumque rectâ lineâ in apicem transeunte nec rotundiore tractu.

Obs. Differt a *Mastigobryo vincentino* foliis brevioribus minus profunde dentatis, margine dorsali magis devexo et textura clariore; a *Mastigobryo Breutelliano* foliorum apice, qui non ab utroque margine rotundatus videtur; a *Mastigobryo tridente α.* proximo, statura majore et foliorum dentibus minoribus, a *Mastigobryo stolonifero* foliis horizontalibus basi non lobulato-ampliatis.

6. **Mastigobryum stoloniferum** Swartz. — Synops. Hepat. p. 227. n. 39. Lindenberg et Gottsche Species Hepat. p. 78. n. 44.

Frustulum tantum inveni.

Micropterygium N. L. G.

1. **Micropterygium cymbifolium** N. L. G. — Synops. Hepat. p. 234. n. 2. Lindenberg et Gottsche Species Hepat. p. 116. n. 2.

Habitat in arborum corticibus et inter *Leucobryum subulatum* repens.

Perianthium (antea ignotum) 1 lin. longum, cylindricum incurviusculum apicem versus plicato-angustatum, ore

ciliato-denticulatum. *Folia involucralia* parva, ovato-acuta, apice quadridentato, dentibus subulatis.

Trichocolea Dumort.

1. **Trichocolea tomentella**. *β.* — Synops. Hepat. p. 237. n. 1. — Sterilis.

Sendtnera Endlicher.

1. **Sendtnera juniperina** N. (Swartz). — Synops. Hepat. p. 331. n. 1. — Fructifera.

Radula M.

1. **Radula pallens** N. (Swartz.) — Synops. Hepat. p. 256. n. 8.

Frustulum tantum visum.

Omphalanthus Ldbg. et N.

1. **Omphalanthus filiformis** N. (Swartz.) — Synops. Hepat. p. 304. n. 2. — Sterilis et fructifera.

Lejeunia G. L.

a. *Amphigastriis integris.*

1. **Lejeunia granulata** N. ab E. — Synops. Hepat. p. 311. n. 2. — Fructifera.

2. **Lejeunia barbiflora** Ldbg. et Gottsche.

L. caule subpinnatim ramoso; foliis imbricatis horizontalibus ovatis obtusis integerrimis margine ventrali subrecto, basi complicatis, lobulo sat magno sinuato-inflexo, amphigastriis imbricatis orbiculato-transversalibus integerrimis margine subreflexis, medio gibbis; perianthiis obovatis margine cristato-ciliatis, facie ventrali media dense spinuloso-villosis.

β. depauperata, perianthiis minus spinosis, foliis margine ventrali magis sinuatis, amphigastriis majoribus.

Habitat utraque ad Paramaribo in Surinamo, ubi Kegel eam attulit; var. *β.* etiam in Portorico, alias Hepaticas perrepens.

Descr. Caulis 1—2-pollicaris, cum foliis $^3/_4$ lin. latus, fuscus, subpinnatim ramosus, ramis inaequalibus. *Folia* imbricata $^1/_2$ lin. fere longa, $^1/_4$ lin. lata, horizontalia vel magis sursum adscendentia, ut in medio dorso sulcus fiat, ovata, margine ventrali fere recto in lobulum sinuato-complicatum abeuntia, apice obtusa, rotunda. *Amphigastria* magna, imbricata, margine subreflexa, lobulos foliorum tegentia, $^1/_3$ lin. lata, et $^1/_6$ lin. a margine ad punctum insertionis longa. *Spiculae masculae* in eadem cum perianthiis stirpe. *Folia involucralia* parva, biloba, lobis fere aequalibus; amphigastrium involucrale obovatum margine repandum. *Perianthium* $^1/_2$ lin. longum, obovatum, dorso sulco sinuatum, cristis lateralibus fere ad basin descendentibus, aeque ac cristis binis ventralibus ciliato-spinosis armatum, perinde, facie ventrali media tanquam zona spinosa circumdata, quasi villosum est. In forma β. depauperata etiam haec zona videri potest, sed spinulae vel tubercula distantiora sunt et perianthii cristae non tam hispidae inveniuntur.

Obs. Differt a *Lejeunia vincentina*, cui perianthii conditione proxima est, statura minore, foliorum forma et praecipue perianthii facie hispida, a *Lejeunia Hobsoniana* perianthii villositate, a *Lejeunia subrotunda* cujus perianthium nondum visum est, statura minore.

3. Lejeunia Portoricensis n. sp.

L. caule repente ramoso pinnato, ramis brevibus fasciculatis incurvisculis adscendentibus; foliis imbricatis breviovatis apice plerumque deflexis, convexis integerrimis, margine ventrali sinuato, lobulo complicato oblongo apice emarginato in dentem uncinatum excurrente; amphigastriis contiguis transversalibus ovali-rotundis basi contractis apice repandis; fructu in ramorum apicibus, perianthio (juniori) ovato com-

presso quadrialato, alis lateralibus apice deorsum reflexis ventralibus angulo superiore inflatis, foliis involucralibus magnis lobulo ovato-obtuso, amphigastrio involucrali apice emarginato, altero latere cum folio connato.

b) *Status morbidus*, foliis apice digitato-palmulatis.

Descr. *Caulis* semipollicaris, arcte in cortice repens, nunc simpliciter pinnatus, nunc e brevi ramo multos ramulos breves, incurvisculos adscendentes emittens. *Folia* breviovata vel rotundo-trapezoidea, imbricata, margine dorsali rotunda, apice deflexo ovali-lanceolata, margine ventrali sinuato in lobulum complicatum (con convolutum) transeunte; basis folii dorsalis rotunda erecto-patula caulis latitudinem superat illumque omnino contegit. Lobulus subquadratus marginem superiorem liberum in dentem uncinatum recurvum excurrentem habet, extrorsum emarginatus in folii discum transit. Textura clara, interdum nonnullas cellulas majores coloratas, materie flava confertas demonstrans. *Amphigastria* ovali-rotunda, basi angustata, caule triplo latiora, transversalia, apice repanda, foliorum lobulos semitegentia. *Fructificatio* in apice ramorum, tamen superveniente innovatione semper sublateralis. *Folia involucralia* duo, majora, convexiora, biloba, lobo ovali apice obtuso, folium lateris liberi (ubi ramulus novellus non oritur) carinatum; amphigastrium involucrale mox transversale mox ovale apice latiore leviter emarginatum, basi cum altero folio perichaetiali connatum. *Perianthium* junius pyriformi-compressum, ventre bicarinatum, carinis apicem versus inflatis, dorso ecarinatum, anguli laterales compressi in alas apice ventrem versus reflexas extenduntur, singularem praebens adspectum, proximum *Lejeuniae squamatae* et *catenulatae* est, quamquam plicis ventralibus elevatis et apice tumentibus ab utraque differt.

Status morbosus in foliorum apicibus, qualem in *Lejeunia cardiocarpa* (cf. Synops. nostram p. 395.) et *catenulata* invenimus, etiam in hac planta videtur, margo folii exesus apparet, tamen cellulae reliquae coloratae et intactae sunt, vides autem plerumque apicem digitis, ut ita dicam, juxta positis diaphanis coronatum, qui acido sulphurico concentrato, dum omnes cellularum utriculi primordiales e claustris depelluntur, nec colorantur, nec corroduntur.

4. **Lejeunia Breutelii** Gottsche. Synops. Hepat. p. 324. n. 29.

Adde: *β. regularis*, regulariter pinnata, pinnis foliis minoribus, quorum discus minor, lobulus autem elongatus et major est, vestitis.

5. **Lejeunia convexistipa** L. L. — Synops. Hepat. p. 328. n. 39. Foliicola.

6. **Lejeunia surinamensis** Mont. — Synops. Hepat. p. 329. n. 40. Foliicola.

7. **Lejeunia Mougeotii** Ldbg. G. — Synops. Hep. p. 329. n. 41. Foliicola.

b. *Amphigastriis bifidis.*

8. **Lejeunia denticulata** N. (Weber). — Synops. Hep. p. 337. n. 59. Fructifera inter alias Hepaticas repens.

9. **Lejeunia accedens** Gottsche. — Synops. Hep. p. 339. n. 64. Foliicola.

10. **Lejeunia inchoata** Meissner. — Synops. Hep. p. 343. n. 76. Foliicola.

11. **Lejeunia hamatifolia** Dumort. — Synops. Hepat. p. 344. n. 77. Corticola.

12. **Lejeunia involuta** Gottsche. — Synops. Hep. p. 350. n. 92.

Adde Synopseos diagnosi: „Perianthio laterali prismatico quinqueplicato, dorso uni-, ventre bicarinato.“

13. **Lejeunia patentissima** n sp.

L. caule repente pinnatim ramoso rigidulo; foliis contiguis ovali-acutis patentissimis, margine dorsali rotundo centrali sinuato integerrimis, lobulo convoluto magno elongato conico apice emarginato; amphigastriis distantibus caule paullo latioribus ovato-rotundis ad tertiam partem bifidis; fructu laterali, perianthio prismatico semi-immerso apice pentagono, foliis involucrantibus majoribus, lobulo ovali, amphigastrio ovato bifido, laciniis acutis.

Descr. Caules semipollicares pinnatim inordinateve ramosi, ramis incurvis, flexuosi, rigiduli, inter folia nudi, nigro-fusci, aliis muscis et hepaticis irrepentes. Folia ovali-acuta, contigua, patentia vel patentissima, in statu sicco aeque ac in humido (unde stirpes pectinatum adspectum habent) convexiuscula, integerrima, basi dorsali caulis dimidiam latitudinem non superantia, dorso transverse sinuata ubi folii discus in lobulum transit, margine dorsali rotundo non ventrali in apicem cordiformem vel lanceolatum convergente; lobulus convolutus longus conico-cylindricus rectus apice emarginatus vel emarginatura latente plica in folii discum transiens. *Amphigastria* caule paullo latiora, rotunda, bifida, laciniis acutis, basi parce radiculosa. Color brunneo-olivaceus. *Fructus* lateralis vel in dichotomia, superveniente una alterave innovatione. *Perianthium* pyriformi-prismaticum, breve, semi-immersum, summo apice pentagono, dorso uni-, ventre bicarinato, atrofuscum. *Folia involucralia* majora, disco conformi, lobulo explanato oblongo apice ovali-lanceolato, amphigastrio ovato longiori bifido, laciniis angulato-acutis. Pauca exemplaria tantum reperta.

Obs. Proxima huic *Lejeunia Neilgherriana*, quae tamen foliis non patentibus, lobulo sinuato-convoluto (nec stricto elongato-conico) et amphigastriis majoribus etiam sterilis facili negotio distingui potest.

14. **Lejeunia macroloba** M. N. — Synops. Hepat. p. 359. n. 15.

Adde: *β. laxior*, major, foliis laxius imbricatis.

Inter alias Hepaticas repens.

15. **Lejeunia contigua** *β. tenuior.* — Synops. Hepat. p. 362. et 760. n. 126.

16. **Lejeunia lineata** Ldbg. — Synops. Hepat. p. 371. n. 152.

17. **Lejeunia tenuis** N. ab E. — Synops. Hepat. p. 390. n. 199. Frustulum tantum.

18. **Lejeunia cerina** Ldbg. — Synops. Hepat. p. 391. n. 202.

Adde: *γ. major*, ad *α.* magis quam ad *β.* spectans, folia sub apice margine ventrali rotundiora.

Collectionis no. 40, 41, 51, 63, colore magis flavo vel viridiore, statura majore vel minore, foliis rotundioribus vel margine ventrali magis oblique adscendente, apice magis in medio folii, vel in angulo dorsali situ ab invicem discrepant.

19. **Lejeunia pellucida** Meissn. — Synops. Hepat. p. 393. n. 205. Foliicola.

20. **Lejeunia marginata** Ldbg. — Synops. Hepat. p. 393. n. 217. Foliicola.

c. *Ceratanthaceae.*

21. **Lejeunia ceratantha** N. Mont. — Synops. Hepat. p. 396. n. 215.

Forsan haec species forma tantum *Lejeuniae variabilis* est, quarum stirpes in altero ramo habitum *Lejeuniae ceratanthae*, in altero ramulo amphigastria magna reniformia, ut in *Lejeunia variabili α.* videntur, demonstrant.

22. **Lejeunia variabilis** Ldbg. — Synops. Hepat. p. 339 et 768.

Frullania Raddi.

1. **Frullania Thuillierii** N. ab E. — Synops. Hepat. p. 131. n. 52.

Blyttia Endlicher. (*Steetzia* Lehm.)

1. **Blyttia Lyellii** *β.* — Synops. Hepat. p. 475. n. 2.

Fertilis: inter *Jungermanniam conniventem* crescens.

Symphiogyna M. et N.

1. **Symphiogyna sinuata** M. et N. — Synops. Hepat. p. 482. n. 6. — Frustula tantum adsunt.

Aneura Dumort.

1. **Aneura palmata** N. ab E. — Synops. Hepat. p. 498. n. 6.

α. major. (Corticola et adspectu paullo aliena.)

γ.[1] *arenaria*, cum perianth.

γ.[2] g. *leptomera.*

Metzgeria Raddi.

1. **Metzgeria furcata** N. ab E. — Synops. Hepat. p. 502. n. 1.

2. **Metzgeria fucoides** M. et N. — Synops. Hepat. p. 506. n. 6.

Marchantia Linn.

1. **Marchantia chenopoda** Linn. — Synops. Hep. p. 535. n. 23. — Fructifera, ♂ et ♀.

Dumortiera R. Bl. N.

1. **Dumortiera hirsuta** R. Bl. N. — Synops. Hepat. p. 543. n. 3.

Addimus huic catalogo aliam plantulam ex India occidentali, quam in muscis ex insula Trinitatis carpsimus:

Lejeunia diversitexta n. sp.

L. caule repente ramoso; foliis imbricatis obcordatis vel ovato-acutis spinuloso-dentatis semipapillatis, margine dor-

sali rotundis apice decurvis basi subtus complicatis, lobulo convoluto conico laevissimo apice emarginato-truncato transeunte; amphigastriis caule latioribus ovato-rotundis laevissimis bifidis, laciniis lanceolatis; fructu . . . . .

Habitat in insula Trinitatis. (Hb. Hampe.)

Descr. Caulis trilinearis, ramosus, flexuosus, dorso inter folia fere von visibilis, aliis muscis irrepens. *Folia* imbricata ad $^1/_4$ fere partem, obcordata vel obovata apice acuto, erecto-patentia, a dorso caulis, ut mos est, longe soluta nec nisi lobulari adfixa, caulis latitudinem non superantia, convexiuscula, apice deflexa, margine dorsali rotundo spinuloso-dentato in dentem apicalem terminante, ventrali tractu rotundo aeque spinuloso in sinum laevem et dein in lobulum majorem convolutum transeunte. Lobulus conicus, margine superiore subsinuatus, apice emarginatus, vel ubi situ emarginatura latet, truncatus et in folium transiens. Rete foliorum insigne, sed si omnia recte perspicere vis, trecenties microscopio folium augere debes. In medio foliorum disco area pellucida, cellularum magnitudine insignis spectatoris oculos extemplo attrahit; componitur ille locus quatuor ad sex seriebus cellularum majorum, quae hexagonae, pellucidae et tabulares (nec conico-elevatae) sunt, et in lobulum transeunt, unde ille in ambitu laevissimus apparet. Circum hanc aream reliquae cellulae minores sunt, et extrorsum conico-papillatae (unde in media cellula circulum, scilicet apicem conicum, perlucentem monstrant), ut in dorso folii inflexi cellularum apices prominentes videas. *Amphigastria* ovato-orbiculata, erecto-patentia, caule paullo latiora, ad medium bifida, laciniis lanceolato-acutis, rete cellulis laevibus nec papillatis componitur.

Proxima est *Lejeuniae denticulatae* Webb, et ejusdem statura, texturae et denticulatione foliorum differt.

Anlage. No. 2.

Musci frondosi Portoricenses,

quos

Schwaneckе, hortulanus, collegit et *Hampe* examinavit.

I. Sphagnaceae.

1. **Sphagnum Portoricense** Hampe n. sp.

Sphagno cymbifolio simile, differt: foliis ramulorum dense imbricatis gibbosis et cellularum interstitiis crassioribus. Calyx et fructus desunt.

Inter *Sphagnum cymbifolium* et *erythrocalyc.* collocandum.

In uliginosis in summis montium jugis.

II. Leucophaneae.

2. **Octoblepharum albidum** Hedw. Ad arbor. truncos.

3. **Octoblepharum albidum** Hedw. *β.* argenteum.

4. **Leucobryum Martianum** Hampe. In uliginosis ad ripas fluv.

5. **Leucobryum subulatum** Hampe nov. spec.

Albo-virens, laxiusculo caespitosum. Caule brevisculo diviso-ramoso erecto fastigiato; foliis e basi ovata concava, (6 serieb. cellularum) hyalina, subito convoluto-subulatis, superne subflexuosis, immarginatis integerrimis; theca incurvata striata, basi vix gibbosa (nec strumosa) setaque glabra nitida.

Statura *Leucobryi Martiani* vel formae minoris *Leucobryi longifolii.* Differt: foliis e basi ovata margine 6 seriebus cellularum hyalina, subito convoluto-subulatis immar-

ginatis et integerrimis, theca absque struma, ad collum vix gibbosa, vetusta aequali.

In campis siccis.

III. Funariaceae.

6. **Funaria calvescens** Schwägr. In arboribus dejectis.

IV. Syrrhopodonteae.

7. **Syrrhopodon longisetaceus** C. Müller. — Ad arborum radices caespites densos efficiens.

8. **Syrrhopodon Berteroanus** C. Müller. — Ad arbor. truncos.

9. **Syrrhopodon Berteroanus** *β. strictior.*

10. **Syrrhopodon flavescens** C. Müller. — Ad arbor. truncos.

11. **Syrrhopodon lycopodioides** Hampe. *Orthotheca lycopodioides* Brid. — In udis.

V. Orthotrichaceae.

12. **Macromitrium Schwaneckeanum** Hmpe. nov. spec.

Corticolum serpens, laxe pulvinatum. Caule subsimplici $^1/_2$—1 unc. long. adscendente; foliis undique imbricatis madore patulis flexuosis, siccis crispulis, lanceolato-linearibus canaliculatis superne subserratis, nervo sub apice evanescente; seta vix $^1/_2$ uncial.; theca pyriformis glabra, operculo subulato theca breviore; calyptra glabra multifida; dentibus peristomii leviter connexis. Habitu *Macromitrii dubii* Schimp.; differt: foliis brevioribus, tortilibus crispulis subserratis.

Ad arbor. trunc.

13. **Macromitrium cirrhosum** Brid. — in rupibus ad ripas fluv.

14. **Macromitrium cirrhosum** *β. fuscescens.* — In rupibus.

15. **Macromitrium perichaetiale** C. Müller. — Ad arb. trunc.

16. **Macromitrium apiculatum** Brid. In arbor.

17. **Macromitrium brevipes** C. Müller. In arbor.

V. Dicraneae.

18. **Dicranum Bridelianum** C. Müller. — Ad arbor. ramos fasciculos densos pendentes formans.

19. **Dicranum Schwaneckeanum** Hmpe. nov. spec. sterile. — Laxe caespitosum pallescens. Caule adscendente cicatrisato fusco nigricante submitido; foliis dense imbricatis patentibus, superioribus falcatis, e basi cordata amplexicaulibus subito subulatis canaliculatis subintegerrimis, margine hyalino, nervo excurrente angustiore.

Ad arbor. trunc.

20. **Dicranum tortuosum** Hmpe. nov. spec. — Robustum, caule elongato dichotome-ramoso, ramis saepe attenuatis; foliis lanceolato-linearibus apice remote serratis, crassinervibus undique tortilibus. Sterile. — In udis inter saxa.

21. **Thysanomitrium filifolium** Hmpe. *Dicranum filifolium* Hornschuch. In arboribus, rarum.

VI. Mniaceae.

22. **Rhizogonium spiniforme** Brid. In rupibus madidis.

VII. Stichophylleae.

23. **Phyllogonium fulgens** Brid. — In arboribus, fasciculos densos pendentes formans.

VIII. Pottioideae.

24. **Calymperes lonchophyllum** Schwägr. — In arbor.

IX. Neckeraceae.

25. **Neckera decomposita** C. Müller. — In udis inter saxa.

26. **Neckera disticha** Hedw. — In iisd. cum prior. loc.

27. **Neckera trichophylla** Sw. — In udis inter saxa.

28. **Pilotrichum sinuatum** C. Müller. — In udis.

X. Leskeaceae.

29. **Leskea pungens** Sw. — Ad truncos arbor.

30. **Leskea congesta** Sw. — In iisd. c. prior. loc.

31. **Leskea congesta** *β. flavicans.*

32. **Leskea capillaris** Sw.

33. **Hookeria subenervis** Hmpe. — Ad folia arbor.

34. **Hookeria polytrichoides** Spreng. — In saxis inter virgulta.

35. **Hookeria cymbifolia** Hmpe. nov. sp.

Corticola, laete virens repens. Ramis subcomplanatis, brevibus subdepressis; foliis undique imbricatis, ovatis concavis obtusis cymbiformibus enerviis integerrimis, cellulis hypnoideis conformibus pellucidis, extus glanduloso-punctatis; seta basilari longissima (unciali et supra), glabra, apice incurvata incrassataque; theca pendula flexuosa cylindrica utrinque attenuata, operculo umbonato subulato; calyptra mitraeformis glabra, basi lacera; dentibus peristomii exterioris purpurascentibus apice incurvis, interioris lutescentibus exsertis.

Ab omnibus Hookeriis cognitis longe distat; inter minores, habitu *H. leptorhynchae*; sed foliis enervibus differt.

Ad arbor. truncos putridos.

36. **Hookeria pseudo-pilifera** Hmpe. nov. spec.

Corticola, pallescente-viridis, repens. Ramis brevibus compressiusculis apice decurvis, procumbentibus; foliis imbricatis, subsecundis oblongo-ovatis concavis longe acuminatis, pseudo-piliferis superne denticulatis, dorso tennissime glanduloso-punctatis, nervis binis validis basi distantibus subparallelis, supra medium evanescentibus, cellulis hypnoideis,

subconformibus perspicuis; seta longissima (1 — 1 ½ unc.) substriata basi nitida, apice incrassata scabra, theca tessellato punctata substrumosa inclinata pyriformi, operculo prominente conico subulato, calyptra juniore glabra basi lacera.

Inter minores; habitu *Hypni cupressiformis*. *Hookeriae filiformis* affinis videtur, sed descriptio non quadrat.

In arboribus putridis.

37. **Hookeria undata** Hmpe. In udis ad saxa.

38. **Hookeria striata** Hmpe. *Leskea striata* Schwaegr. Supplem. I. tab. 86. Sieb. cryptog. exot. no. 20.

Planta satis cognita in herbariis a Richardo et Siebero communicata, adhuc generis incerta erat. Ex toto habitu *Hypni lorei* L., tamen nervis duobus foliorum inter *Leskeas* aliena, melius ad *Hookerias* adnumeranda jam pridem fuisset.

In collectione cl. Schwaneckei calyptram campanulatam glabram basi laceram vidi; nunc tuto Hookeriis addnxi.

In limosis.

39. **Hookeria fissidentoides** Hook. et Wils. — Ad saxa et arbor. radices.

40. **Hookeria Montagnei** Schimp. — Ad arbor. trunc.

41. **Hypnum planum** Brid.

42. **Hypnum Richardi** Schwaegr. — In arbor.

43. **Hypnum tenerum** Sw. — Ad arbor. trunc. putrid.

44. **Hypnum pentastichum** Arn. — In arbor.

45. **Hypnum cirrhifolium** Schwaegr. — In arbor.

46. **Hypnum loxense** Hook. — In granitide irrorato ad fluviorum ripas.

47. **Hypnum protensum** Brid. — Ad saxa umbrosa.

48. **Hypnum delicatulum** Hedw. — In iisd. cum priore locis.

Anlage. No. 3.

Fungi Portoricenses,

quos

Schwanecke, hortulanus, collegit et cl. Dr. *Klotzsch* examinavit.

Ord. **Coniomycetes.**

1. **Ustilago segetum** Dittm.

Ord. **Hyphomycetes.**

2. **Ozonium stuposum** Pers. — In arbor. prope Nagnabo.

Ord. **Gasteromycetes.**

3. **Arcyria punicea** Pers. — In arbor. prope Vaxardo in mont. Luquillo.

Ord. **Pyrenomycetes.**

4. **Sphaeria concentrica** Bolt. — In arbor. prope Humacao.

5. **Hypoxylon vulgare** Link.

Xylaria Persoon, Greville, Fries, Corda Anleit. z. Stud. der Mycolog. p. 136.

6. **Xylaria Portoricensis** Klotzsch nov. spec.

Clavis magnis obtusis pallide fuscis fistulosis, in stipitem brunneum glabrum satis longum basi incurvum attennatis; peritheciis magnis, subinde confluentibus; ostiolis minutis, atris; sporis elongatis nigricantibus.

Fungus clavatus, sordide fuscus, in sicco obovatus, valde rugosus, inferne attenuatus, fragilis. Stipes 1 — 2 pollices longus, crassitudine pennae anserinae. Clava elongato-ob-

ovata 1—2 pollices longa, 6—10 lineas crassa, velo farinaceo e gilvo fusco obducta.

Ad ramos vetustos, prope Naguabo.

7. **Xylaria clavicularis** Klotzsch. nov. sp.

Clavis magnis fistulosis utrinque attenuatis stipiteque velo farinaceo sordide fusco obductis; peritheciis parvis sparsis globosis; ostiolis minutissimis atris; sporis longis fusiformibus.

Solitaria aut geminata. Stipes simplex pollicem longus, compressus vix rugulosus, 2—3 lineas crassus. Capitulum claviculare utrinque attenuatum, canum; 1 — 1½ poll. longum, 4—5 lin. crassum, cum stipite concolor.

Ad ligna putrida prope Naguabo.

Ord. **Discomycetes.**

8. **Nidularia striata** Bull.

Ord. **Hymenomycetes.**

9. **Exidia auriformis** Fr. — In arbor. prope Humacao.

Thelephora Fries Epicrisis p. 534.

10. **Thelephora (Merisma) multifida** Klotzsch. Nov. spec.

Lenta, subpapyracea, candida, glabra, erecta, flabellata, multifida in stipitem planum attenuata.

Fungi gregarii stipitati, 2 pollices longi, versus apicem 8—10 lin. lati, supra substriati, subtus sparsim tuberculoso-echinati. Laciniae angustae inaequilongae acutiusculae.

Ad ligna putrida prope Vaxardo.

11. **Polyporus velutinus** Fr. — In arbor. prope Humacao.

12. **Polyporus unicolor** de Schweinitz. — Ad ligna demortua prope Humacao.

13. **Polyporus sanguineus** Fr. — Ad arbor. prope Vaxardo.

14. **Polyporus Tricholoma** Montagne. — Prope Humacao.

15. **Polyporus modestus** Kze. — Ad arbor. prope Vaxardo.

16. **Leontinus nigripes.**

17. **Schizophyllum commune.**

Diagnoses et descriptiones

plantarum novarum, quas in Nova Hollandia australi praecipue in regionibus interioribus

detexit et investigavit

Ferd. Müller, Dr.*)

Dicotyledoneae.

Cruciferae.

1. **Erysimum brevipes**, herbaceum, elatius, erectum, foliis irregulariter lobatis ambitu lato-lanceolatis, lobis inferiorum antice grosse-dentatis, pedicellis crassis erectiusculis siliqua quater quinquiesve brevioribus, nervo valvarum ultra medium evanido, filamentis lineari-filiformibus, petalis albis.

In collibus subarenosis juxta omnem Rocky river.

Herba robusta ulnam alta. Folia 1—2″ longa. Petala minora quam in duobus sequentibus, breviter unguiculata. Semina vix matura obscuro-fusca.

Anthesis: primo vere.

2. **Erysimum blennodioides**, herbaceum, humilius, diffusum, pube stellari ramosave canescens, foliis lanceolatis remote dentatis, pedicellis patentibus siliqua fere duplo brevioribus, nervo valvarum obsoletissimo, filamentis lineari-subulatis, petalis albis.

---

*) Quae stirpes novae ad plantarum pertinent collectionem, dein venalem, in Nova Hollandia australiore a Dre. Ferd. Müller congestam et ad Drem. Sonder Hamburgensem missam, cujus omnium hujus collectionis specierum enumeratio propediem sequetur.

Ad ripam fluminis Murray arenosam inter locum Morunde et versuram orientalem.

Herba sequentis magnitudine. Folia circiter 1″ longa. Petalorum lamina obovata ungui fere duplo longior.

Anthesis: vere et aestate.

3. **Erysimum curvipes**, herbaceum, humilius, adscendens, pube contexta canescens, foliis angusto-lanceolatis remote dentatis, pedicellis divaricatis curvato-adscendentibus siliquae aequilongis, nervo valvarum prominente, filamentis lineari-filiformibus, petalis luteis.

Prope rivum Crystal brook.

Herba digitum ad spithamam alta. Folia pollicaria. Petala lato-obovata 2—3‴ longa brevissime unguiculata. Semina fusca, ovata, leniter compressa, fere lineam metientia.

Anthesis: primo vere.

4. **Erysimum Nasturtium**, herbaceum, glabrum, erectum aut diffusum, foliis profunde tripartitis, lobis eorum linearibus, pedicellis tenuibus patentibus siliquae aequilongis, valvis subconvexis uninerviis, stylo brevi vel subnullo, stigmate minuto depresso vix emarginato, petalis luteis.

In locis humidis inter flumina Heet et Hill nec non ad rivum Rocky creek.

5. **Erysimum filifolium**, suffruticosum, glabrum, erectum, foliis lineari-filiformibus plerumque fasciculatis, pedicellis crassiusculis patentibus siliquae aequilongis, valvis subconvexis uninerviis, stylo brevi, stigmate minuto depresso vix emarginato.

Prope rivum Crystal brook.

Habitu convenit cum *Erysimo* (*Arabidella*) *trisecto*; in ultimo stylus deficit, stigma crassius est et profundius emarginatum, pedicelli tenuiores sunt et minus patentes, fere erecti

siliqua manifeste breviores, siliquae duplo longiores, folia varie partita et semina minora. Flores desunt.

Arabidella est Erysimi subgenus, praesertim calyce patulo discernendum.

Eunomia DC.

Subgenus *Pseudonomia* Ferd. Mueller.

Folia pleraque alterna dentata. Silicula apice alata, paulo inflata. Funiculi solitarii.

6. **Eunomia cochlearina**, adpresso-pilosa denique glabra, caulibus herbaceis erectis simplicibus aut parum ramosis, foliis plerisque alternis, nonnullis oppositis, angustato-lanceolatis, in petiolum longum sensim angustatis acutis grosse paucidentatis raro integerrimis, reticulato-venosis, siliculis ovalibus vel subrotundis, integris vel in apiculum brevem bifidum attenuatis, apicem versus alatis cum pedicello bis terve longiore patentibus, stylo procerulo terminatis, funiculis solitariis rarove geminis.

Rara inter flumina Broughton et Rocky river, atque rivum Crystal brook versus in collibus arenosis.

Herba annua $^1/_4$ — 1′ alta, figura paene *Cochleariae Danicae*, nunc erecta nunc adscendens. Folia carnulenta, inferiora saepe sesquipollicaria in petiolum pollicem longum desinentia circum radicis caput congesta, superiora dissita minora subsessilia. Flores sub anthesi in racemum multiflorum conferti; petala alba breviter unguiculata vix venosa 2 — 3‴ longa, lamina ovato-rotunda. Filamenta lineari-subulata edentula, antheris luteolis. Siliculae appresso-pilosae 4 — 5‴ longae, stylo 1‴ metiente terminatae, loculis 3-spermis vel abortu 1 — 2-spermis.

Anthesis: hieme, vere.

7. **Monoploca phlebopetala**, caulibus herbaceis simplicibus vel paucirameis angulatis, foliis lato-linearibus carnu-

lentis; petalorum lamina augusto-oblonga venosa; siliculis pedicello longioribus subrotundis ultra medium paulo angustatis vix ad quintam partem usque divisis angusto-alatis, stylo lobulos siliculae aequante vel superante.

Passim ad amnem Rocky creek.

Herba perennis erecta vel adscendens spithamaea vel humilior multicaulis. Melius cum speciebus N. Hollandiae occidentalis, quam cum altera hic indigena convenit. Ab hac enim differt caulibus herbaceis nec fruticosis, foliis latioribus (fere *M. rotundae*), floribus duplo minoribus, siliculis subrotundis nec ovalibus, latius alatis, brevius pedicellatis, stylo duplo breviore, seminibus paulo majoribus conspicue marginatis, obscuro-fuscis nec fulvis, cotyledonibus leni flexura plicatis. A *Monoploca linifolia* discernitur caulibus angulatis parum asperis, petalis angustioribus, pedicellis crassiusculis fere duplo brevioribus, siliculis subrotundis ultra medium paulo angustatis et floribus parum majoribus, a *M. rotunda* tandem ramis (paucis) validioribus, stylo lobulos saepius superante, forma petalorum et silicularum plerumque angustius alatarum et ab omnibus forsitan petalis albidis in lilacinum colorem vergentibus conspicue venosis et antheris lilacinis. Flexura cotyledonum variat!

Anthesis: vere ineunte.

8. **Lepidium papillosum** (Dileptium), radice annua, caulibus erectis vel adscendentibus ramosis dense papillosis, foliis angusto-oblongis, basi sagittata amplexicaulibus, acutis grosse et remote dentatis vix margine papilliferis, auriculis acutis, floribus apetalis **2—4**-andris, siliculis ovato-cordatis ad quartam partem divisis, stylo inter lobos obtusos sessili, pedicellis depresso-planiusculis silicula paulo brevioribus.

In collibus montibusque siccis prope Crystal brook et Rocky river exuberans.

Stirps semi- — sesquipedalis, graveolens. Rami patentes et racemi rhachis papillis numerosis albis clavatis obsiti. Folia 1—2″ longa, 2—4‴ lata glabra, ni margine papilloso-scabra. Flores minuti. Siliculae 2—3‴ longae saepe erubescentes, fissura angusta. Semina dilute fusca compresso-ovata vix 1‴ longa.

Anthesis: initio veris.

9. **Microlepidium pilosulum**, caule validiore pilis brevibus rigidulisque obsito, pedicellis crassiusculis silicula cordato-cuneata brevioribus.

In parte australi virgultorum Murray-scrub.

Anthesis: primo vere.

Pittosporeae.

10. **Billardiera sericophora**, scandens, foliis oblongo-lanceolatis in basin sensim angustatis supra mox glabratis subtus cum ramulis pedicellis calycibusque pube alba sericea dense vestitis, pedicellis terminalibus solitariis vel pluribus congestis, baccis cylindricis pubescentibus.

Ad Tideke detexit C. Wilhelmi, qui ditionem portus Lincolm botanices causa nuperrime perlustravit.

β. megaphylla, foliis orbiculato-ovatis pluries majoribus.

Ex interiore illius districtus possideo singulum specimen. Frutex plus minusve scandens, ramulis adpresso-pilosis aetate glabratis. Folia 1—2″ longa, ½ — 1″ lata acutiuscula supra reticulato-venosa statu juniore subsericea cito calvescentia margine recurva, in *β.* ad 3″ longa et fere 2″ lata, margine haud reflexa, ceteroquin utriusque varietatis in petiolum brevissimum angustata, ad ramulorum apicem congesta. Pedicelli ½ — 1″ longi patenti-pubescentes calycem aequantes vel superantes. Sepala lanceolato-subulata ad 3″ longa.

Corolla calyce duplo triplove longior flava, petalis supra medium latioribus lanceolatis acutis. Baccae oblongo-cylindricae 9 — 12‴ longae, 3 — 4‴ latae utrinque sutura impressae, stylo 1‴ longo terminatae. Stigma breviter bilobum. Filamenta glabra petalis duplo breviora; antherae hastatae.

Anth. vere.

Sapindaceae.

11. **Dodonaea lobulata**, fruticosa, glabra, erecta, ramis teretiusculis, foliis approximatis lato-linearibus obtusis sensim in basin angustatis, margine lobulos aliquot breves obovatos gerente vel integerrimo, floribus ....., capsulis lato-tripteris in pedunculo solitario axillari binis vel solitariis.

In collibus rupestribus virgultosis montium Flinders- et Elders-range.

Frutex pluripedalis amplus. Rami tenues obsolete resinoso-tuberculati aetate nigricantes. Folia 1″ vel paulo ultra longa, apicem versus 1 $^1/_2$ — 2‴ lata, utroque margine lobulis instructa 1 — 4 separabilibus $^1/_2$ — 1‴ longis initium foliolorum referentibus. Transitum igitur species facit illarum foliis pinnatis praeditarum ad simplicifolias. Pedicelli e pedunculo brevi vel axi ipso, 3 — 5‴ longi. Capsulae e viridi fuscae plus minusve purpurascentes; carpidia 3 — 4, ambitu alis conjunctis ovata, 5‴ longa et 3‴ lata; alae coccam tota longitudine cingentes eique latitudine aequales.

Zygophylleae.

12. **Zygophyllum iodocarpum**, herbaceum, diffusum, glabrum, foliolis binis petiolum alatum subaequantibus oblongo-cuneatis emarginatis, margine recurvo, floribus fructibusque cernuis, petalis oblongo-cuneatis, staminibus cum stylo glabris squamula dimidio breviore omnino concretis, sepalis lanceolato-subulatis, capsula depresso-globosa violacea exsiccando pentagona aptera.

In pascuis collinis lapidosis subsalinis prope Cudnaka et Wulpena.

Planta adscendens humilis nunc pedalis. Caules e radice (ut videtur annua) plures ramosi, ramis patentibus sulcatis obsolete angulatis. Foliola carnosa $^1/_2$ — 1″ longa, apice 2 —3‴ lata obtusa, stipella membranacea minuta subulata interjecta, petiolo succulento saepe pollicari, ala $^1/_2$—1‴ lata revoluta aucto. Stipulae triangulares membranaceae sublaceratae diu persistentes. Flores parvi omnino glabri. Calyx persistens denique reflexus. Petala scilicet 5 lutea $1^1/_2$‴ longa, sepala pusillum superantia. Stamina decem ejusdem coloris, squamulae membranaceae albidae integrae truncataeque insidentia, petalis breviora. Antherae cordatae. Stylus crassiusculus $^1/_4$‴ longus, stigmate depresso. Germen virens sphaericum. Gynophorus fere patelliformis obsolete quinquelobus, margine papilloso. Pedicelli floriferi glandulis minutis albis conspersi, fructiferi denudati, sepalis paulo longiores, 2 —3‴ longi, penduli. Capsula 3—4‴ longa et lata, recens obsolete angulata. Semina dimidiato-cordata (sive oblique obovato-cuneata) compressa nitentia sublaevia vix 2‴ longa e viridi obscure fusca.

Anth. primo vere.

13. **Zygophyllum apiculatum**, suffruticosum, diffusum, glabrum, foliolis binis petiolo marginato duplo longioribus planis oblique ovatis in basin cuneatam contractis, floribus erectis, sepalis ovato-lanceolatis acutis, capsulis cernuis hemisphaericis acute pentagonis ad angulorum apicem in acumen latum breve obtusum dilatatis, ceteroquin apteris.

In pascuis semisalsis secus flumen Broughton sinum Spencer versus.

Suffrutex densus adscendens paucipedalis ramosissimus. Rami patentes seu divaricati sulcati et angulati. Foliola car-

nulenta (minus quam anterioris crassa) viridia recenter nitentia 1″ longiora vel breviora, 5 — 8‴ lata, dimidio exteriore latiore, apice obtusiusculo, stipella lanceolato-subulata membranacea interjecta. Stipulae triangulares obsolete bifidae et lacerae. Calyx denique reflexus persistens. Flores breviter pedicellati. Petala ...., stamina ....., antherae ovali-oblongae, basi cordatae. Gynophorus subinteger, margine flexuoso papilloso parum recurvato. Capsula 4 — 5‴ longa, angulis apice acuminato subalatis, diametro apicali $^1/_2$″, vertice truncata, stylum diu retinens. Semina oblique obovata paulo compressa nitidula rugulosa sesquilineam longa obscuro-fusca, funiculo tenui ochroleuco parum breviore papilloso accumbente praedita.

Anthesis: primo vere.

14. **Zygophyllum (Roepera) crenatum**, herbaceum, procumbens, glabrum, foliolis binis petiolo alato longioribus cuneatis apice incisuris paucis crenatis margine planis, floribus erectis, sepalis lanceolato-ovatis acutis, petalis cuneatis unguiculatis, staminibus cum stylo glabris squamula membranacea laciniata concretis, capsula tetragona, valvis dimidiato-ovalibus angustissime alatis.

A rivo Rocky river lacum Torrens versus locos depressos pusillum salsos sparsim inhabitans.

Herba annua, ramis nunc brevibus nunc pedem longis ramulisque angulosis. Foliola carnosa succulenta pollice longiora aut breviora prope apicem 3 — 5‴ lata, petiolo ala herbacea $^1/_2$ — 1‴ lata basin versus dilatata utrinque cincto. Stipella lanceolata subulata; stipulae triangulari-ovatae herbaceae margine membranaceae paulisper lacerae diu persistentes. Petala scilicet quatuor lutea 3 — 4‴ longa, aetate pallescentia, sepala superantia. Stamina 8 petalis duplo bre-

viora, antheris versatilibus oblongis. Stylus brevis, stigmate non ampliato. Gynophorus e lobis 4 brevissimis paene semiorbiculatis. Capsula tandem pendula, 6 — 9‴ longa et 4—5‴ lata, ambitu latius angustiusve ovalis. Semina sordide et dilute fusca, nitidula ovata basi attenuata vix compressa, altero latere longitudinaliter sulcata, cui sulco funiculus tenuissimus accumbit, ceterum rugulosa $1\frac{1}{2}$—2‴ longa.

Anthesis: Sept. — Nov.

15. **Zygophyllum (Roepera) prismatothecum**, herbaceum, erectiusculum, glabrum, foliis simplicibus cuneatis apice dilatatis profunde bilobis planis, floribus brevissime pedicellatis, sepalis lineari-subulatis, staminibus cum stylo glabris basin versus latioribus dilatato-bidentatis vel edentulis!, capsula quadrangula oblongo-prismatica aptera, apice in lobos 4 herbaceos subclavatos desinente.

Ad clivos siccos amnis Arkaba.

Herba annua paucipollicaris. Rami patentes angulati. Folia carnosa simplicia, e foliolis duobus oblongis cum petiolo lineari-cuneato connatis orta, pollice breviora, lobis 2—3‴ longis, $1\frac{1}{2}$—2‴ latis, mucronulo interjecto. Stipulae lanceolato-subulatae emarcescentes. Corolla quam in praecedentibus minor. Petala scilicet 4 lutea, $1\frac{1}{2}$‴ longa, angusto-lanceolata unguiculata. Antherae cordato-orbiculatae peltatae apiculatae. Gynophori squamulae 4 carnosae compresso-claviculatae germinis lateribus oppositae, apice truncatae papilloso-penicillatae, filamentis duplo superatae. Capsula in brevissimo pedicello horizontalis aut cernua 4—5‴ longa, 2‴ lata acutangula, secus angulos papillis albis obsita, lobis fere lineam ultrave longis terminata. Semina oblonga compressa basi attenuata nitentia sublaevia, 1‴ parum longiora, $\frac{1}{2}$‴ lata e viridi fusca.

Anthesis: veris priore parte.

Obs. Ex indagatione specierum Zygophylli saltem octo indigenarum *) prodit, Roeperam modo staminum numero et floris fructusque partitione quaterna discerni posse, quae signa, etsi in speciebus constantia, non majoris momenti videntur, quam floris et fructus divisio in Dodonaeae aliorumque generum speciebus. Gynophorum enim in Roeperis observavi integrum, sinuatum sive in lobos partitum, stamina squamis arcte connatis appendiculata ex iis quasi prodeuntia, semina tandem saepissime in quovis loculo plura bene etiam evoluta. Idcirco Roeperam ut subgenus cum Zygophyllo connectere licebit.

Diosmeae.

16. Eriostemon halmaturorum, ramis ramulisque ob glandulas resinosas dense verrucosis, erectis glabris, foliis semi-teretiusculis subobtusis imbricatis glanduloso-tuberculatis glabris, pedicellos axillares solitarios aequantibus, sepalis ovato-triangularibus minutis ciliolatis, staminibus subulatis infra medium ciliatis stylum glabrum aequantibus, stigmate cruciato-quadrifido, antheris cordatis glandula ovali conspicua apiculatis, carpidiis ovato-rhombeis minutim glandulosis praesertim ad rostrum divaricatum pilosis.

Ad summitates lapidosissimas vix adscendendas montium Elders-range dictorum et circum jacentium.

Frutex plerumque sat humilis, interdum ad 5 pedes altus aromatice graveolens, e basi multos ramos simplices vel ramosos adscendentes erectosve agens. Folia recentia sub-

---

*) Nempe: *Z. iodocarpum* (supra), *Z. apiculatum* (supra), *Z. glaucum* (*Roepera zygophylloides* Ferd. Müll. coll.), *Z. Billardierii* DC., *Z. ammophilum* (*Roepera ammophila* Ferd. Müll. coll.), *Z. auranliacum* (*Roepera auranliaca* Lindley), *Z. crenatum* et *prismatothecum* (supra).

claviculato-teretiuscula 3 — 4‴ longa, 1‴ crassa, nitoris expertia. Corolla albida puberula. Carpidia circiter 2‴ longa, in rostrum 1‴ metientem sensim abeuntia. Semina nigra $1\frac{1}{2}$‴ longa, 1‴ lata, oblique ovato-oblonga obsolete rostellata nitidula subtilissime punctata, caruncula tenui membranacea naviculari-ovata acuta ultra 1‴ longa suffulta.

Colonis „Rock Wallaby shrub“, unde nomen.

Anthesis: veris initio.

Buettneriaceae.

17. Lasiopetalum confertiflorum, foliis cordato- vel lanceolato-ovatis supra demum glabris subtus velutino-tomentosis, floribus cymoso-capitatis, capitulo pedunculato bracteolis radiantibus petaloideis superato.

In clivis calcareo-arenosis portus Lincoln legit Wilhelmi.

Frutex 3 — 4' debilis adscendens denique effusus. Rami teretes fusco-tomentosi, praesertim sub foliorum insertione compressi. Folia alterna subcoriacea obtusa e basi rotundata sensim angustata $1\frac{1}{2}$—3″ longa, 1—2″ lata, margine integra vel obsolete repanda et paulisper recurva, penninervia, supra mox glabrescentia at perparum scabra, virentia, subtus e viridi cana, ad costam et nervos prominentes fuscescentia. Petioli et pedunculi ferruginei, illi $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$″ metientes. Stipulae scilicet nullae. Pedunculi oppositifolii petiolum fere duplo superantes etiam cyma conglomerata longiores. Cyma capitata subinde depressa pollicis diametro, plerumque 4—5-radiata, 16—20-flora. Flores sessiles suffulti bractea solida $1\frac{1}{2}$—2‴ longa, vix 1‴ lata lineari-oblonga obtusa sordide fusca ramo cymae appressa, cui bracteola basilaris solitaria similis; bracteola hypocalycina calyci concolor eumque superans et latere amplectens tripartita, laciniis 4‴ et ultra longis oblongo-linearibus. Calyces fere basin tenus quinque-

partiti, laciniis angusto-lanceolatis acutis circiter 3‴ longis extus sicuti bracteola hypocalycina utrinque pallidis, e lilacino roseis et tomento albo obductis, intus glabris nervosis basi fuscis. Petala 5 staminibus opposita obcordata glabra breviter unguiculata spadicea vel atropurpurea splendentia venosa $^1/_2$‴ longa. Filamenta libera glabra, fusca, linearia, breviora quam anthera lucenti-nigra, complanata 1‴ longa, linearioblonga, basi biloba, apicem versus angustata, summo apice alba et hinc utrinque poro aperta, supra basin affixa. Stylus filiformis glaber lineam longus stigmate punctiformi. Capsula pisi seminis magnitudine trivalvis subglobosa extus laxe tomentosa, aetate plus minusve glabrescens, intus albo-pilosula, valvis scilicet medio septiferis, loculis dispermis. Semina ovali-oblonga 1‴ metientia, ventre angulata, dorso rotundata nigrescentia, pilis brevissimis albis sparse puberula. Strophiola fulva fere cupulam brevem mentiens varie laciniata.

Lasiopetalo dasyphyllo et imprimis *discolori* videtur similis, sed inflorescentia et bracteolis radiantibus valde insigne, quare speciei, si mavis, subgeneris dignitatem et nomen *Actinochlamys* tribuere queas.

Anthesis: vere, aestate.

Malvaceae.

18. Malva brachystachya.

(*M. ovata* Hook. in Mitchell. trop. Austr. 397, non Cavan.) Suffruticosa, erecta, ramosa, foliis ovato-cordatis duplicato-serratis utrinque pilis stelliformibus tomentoso-scabris, supra virentibus subtus pallidioribus, modice longe petiolatis, floribus in spicas terminales ovatas demum breviter cylindricas dense congestis, bracteolis binis angusto-lanceolatis sensim acuminatis basi connatis cum calyce et involucro extus hispidulis, phyllis involucri ternis lineari-subulatis calyce acu-

minato-lobato parum brevioribus, corollis luteis calycem paulo superantibus, staminum tubo et petalis ad originem illius hispidulis, carpidiis suboctonis incurvatis ad utramque extremitatem obtusis laevibus secus dorsi apicem piloso-asperis cetero glabris.

Ad margines umbrosos petraeosque rivulorum Sulteyer-creek et Mount Gullert-creek in tractu montano Flinders range.

Stirps $1-1\frac{1}{2}'$ alta. Rhizoma ramosum fibrosum. Folia circiter $1''$ longa, petiolo ferme semiunciali, stipulis linearisubulatis fuscis hispidulis. Spicae fructificantes in cylindrum sesquipollicarem excrescentes. Carpidia $1'''$ longa et fere totidem lata monosperma. Semina nigro-fusca nitentia laevia reniformia.

M. ovatae arcte accedens, ab ejus tamen speciminibus, quae ipse prope urbem Rio de Janeiro collegi certo divellenda.

Anthesis: vere.

Abutilaea nov. gen.

Calyx monophyllus corollinus campanulatus 5-angulatus, 5-dentatus bracteolis destitutus. Corollae petala 5 hypogyna obovata brevissime unguiculata calyce multo breviora basi inter se et cum tubo staminum polyandro connata. Filamenta non nisi summo apice libera. Antherae uniloculatae reniformes, rima dorsali dehiscentes. Styli 5 in unum connati supra tubum filamentorum liberi recurvi acuti non capitellati. Carpidia .....

Fleischeriae generi quam maxime cognata, praecipue discernatur calyce stigmatibus habituque.

19. Abutilaea cryptantha.

Propter Cudnaka legi.

Fruticulus humilis adscendens. Rami teretiusculi cum petiolis 2—3-pollicaribus cano- et velutino-tomentosi, praeterea villis patentibus interspersis induti. Folia quoad magnitudinem formam et vestimentum *Abutiloni Behriano* similia, sed subter magis canescentia et margine grosse duplicato-dentata petiolo aequilonga vel breviora. Stipulae lineares sensim acutatae fulvescentes $^1/_2$—$^3/_4$″ longae, circa $^1/_2$‴ latae, denique deciduae. Calyx herbaceus circiter 5‴ longus et 3‴ latus intus sericeo-tomentosus, extus basin versus flavescens apice coerulescens pilis albis stellaribus tomentosus simulque pilis elongatis patentibus villosulus, acute 5-dentatus, dentibus utrinque coerulescentibus tubo 5-plicato quater quinquiesve brevioribus. Pedunculus fere 1″ longus ut videtur cum calyce articulatus. Petala flavida calyce quinquies sexiesve breviora venosa 1‴ longa. Genitalia glabra dilute flava. Fructus et juveniles probabiliter characteribus specificis gaudentes deesse dolco.

Anthesis: vere.

20. **Abutilon*) diplotrichum**, fruticulosum, diffusum undique tomento brevi stellari articulato vestitum, pilis longioribus sparse intermixtis, foliis viridulis ovato- vel orbiculato-cordatis obtusis, serraturis subduplicato-crenatis petiolo aequilongis aut brevioribus, stipulis lineari-filiformibus deciduis, pedunculis tenuibus axillaribus solitariis unifloris apicem versus articulatis denique horizontalibus petiolum parum superantibus, calycis quinquefidi lobis subdeltoideis apiculatis, carpidiis circa decem marginem versus puberulis compressis acutis venosis dispermis calycem aequantibus, seminibus albo-puberulis.

In planitiebus semisalsis sterilibus propter Cudnaka.

---

*) Sidae subgenus.

Planta humilis ab *Ab. Fraseri* caute distinguatur. Folia circiter 1‴ longa supra multo minus quam subtus tomentosa. Corolla flava calyce paene duplo longior. Carpidia ad 3‴ longa, apice fere 2‴ lata. Semina squalide fusca.

Anthesis: primo vere.

21. Abutilon halophilum, fruticulosum, diffusum, tomentosum, foliis cano-virentibus rotundis truncatis vel emarginatis interdum reniformibus, subduplicato-dentatis basin versus integerrimis, supra tandem paene glabrescentibus subtus dense et reticulatim venosis, petiolo aequilongis aut brevioribus, stipulis subulato-linearibus caducis, pedunculis axillaribus solitariis unifloris apicem versus articulatis denique patulis vel erectiusculis petiolos aequantibus, calycis profunde quinquefidi lobis lanceolatis acuminatis, carpidiis circiter decem oblique ovatis obtusissimis compressis 1—2-spermis calycem patentem duplo superantibus, valvis herbaceis extus tomentosis, seminibus fuscis puberulis.

Inter montes Flinders range et sinum Spenceri locis salsis sterilibus praesertim montem Brunonis versus.

Habitu praecedentis. Folia vix unquam 1″ longiora, saepe tamen latiora. Corolla lutea major, calyx duplo longior quam in praecunte, illa hunc non multo superans. Carpidia magnitudine eorum *Abutilonis Behriani* nec tamen aristata.

Anthesis: primo vere.

22. Sida petrophila, suffruticosa, tomentosa, caule elatiore stricte ramoso erecto, foliis breviter petiolatis angusto-oblongis acutis vel truncatis supra medium obtuso-serratis utrinque tomentosis, pedunculis axillaribus solitariis geminis ternisve medio articulatis crassiusculis folio plerumque duplo brevioribus, stipulis caducis subulato-filiformibus teneris, pe-

talis calycem superantibus, carpidiis 5—8 depressis stellato-puberulis haud umbonatis.

In clivis montis Beevor, tractus Flinders range alibique lacum Torrens versus.

Differt a *S. ammophila* (*S. salviaefolia* Ferd. Müll. collect. non Presl) habitu duplo majore stricte erecto nec procumbente, tomento plus minus fulvo vel ferrugineo, in calycibus nigrescente nec undique cano, carpidiis puberulis neque glabris nec in apiculum denique bifidum productis.

Suffrutex paucipedalis. Folia 1—2″ longa, saepe obsolete serrata 3—5‴ lata vel basin versus paulo latiora. Petala obcordata luteola 3—4‴ longa. Calyx interdum sexfidus.

Anthesis: vere.

23. Sida phaeotricha, fruticosa, erecta, tomento fuscato vestita, ramosa, foliis breviter petiolatis complicatis oblongis basin versus latioribus ultra medium obsolete crenatis, pedunculis axillaribus solitariis vel geminis, medio articulatis crassiusculis, folio plerumque duplo brevioribus, stipulis deciduis subulato-filiformibus, petalis calycem parum superantibus, carpidiis subquinis umbonatis stellatim puberulis.

Inter rupes apicales montium milliaria aliquot directione boreali-orientali a Cadnaka distantium cum *Fitzroya australi.*

A priore specie discedit praeter rationes diagnosticas: tomento densiore, foliis duplo minoribus itaque pedunculis brevioribus.

Fruticulus 1—3′ altus, raro simplex. Folia ½—1″ longa, 3—4‴ lata obtusa. Petala late obcordata flava, genitalia lutea.

Anthesis: vere.

24. Sida nematopoda, suffruticosa, diffusa, incano-tomentosa, foliis oblongo-ovatis grosse subduplicato-serratis,

basi subcordatis, petiolo aequilongis, stipulis elongatis filiformi-setaceis, pedunculis axillaribus solitariis filiformibus, apicem versus articulatis, lamina foliorum plerumque duplo longioribus tomentellis patentissimis denique pendulis, petalis calycem superantibus, laciniis calycis deltoideis, carpidiis 6—7 depressis minutim puberulis paulo rugulosis.

Juxta Cudnaka.

E diagnosi Lindleyana arctissime finitima suae *S. fibuliferae* et fortasse non nisi pedunculis solitariis diversa et pro varietate sumenda. Haec et ambae sequentes habitu non parum cum *S. corrugata* conveniunt.

Anthesis: vere.

25. **Sida interstans**, suffruticosa, adscendens, canescenti-tomentosa, foliis late ovatis acutis truncatisve profunde serratis, serraturis acutiusculis inaequalibus, petiolo folium aequante stipulas elongatas setaceo-filiformes duplo superante, pedunculis axillaribus solitariis crassiusculis aetate deflexis calyci aequilongis, laciniis ultimum (sub fructu) deltoideis, carpidiis 5—6 glabriusculis corrugatis breviter umbonatis.

In societate praecedentis.

Anthesis: vere.

26. **Sida spodochroma**, suffruticosa, procumbens, cinereo-tomentosa, foliis ovatis crenato-serratis basi subcordatis petiolo longioribus, stipulis filiformi-setaceis, pedunculis crassiusculis medium versus articulatis, axillaribus solitariis calyce paulo longioribus, laciniis ultimum (sub fructu) deltoideis, carpidiis 5—6 glabris rugosis umbonatis ad commissuras asperrimis.

Ad Murray flumen et fodinas Wheal Barton solo argillaceo.

Anthesis: vere et aestate.

27. **Sida trichopoda**, suffruticosa, multicaulis, caulibus elongatis ramosis prostratis cum pagina foliorum infera stellato-pilosis, foliis laete viridibus supra glabris, oblongis, breviter petiolatis, basi plus minusve cuneiformibus integris, cetero margine inaequaliter serrato, stipulis setaceis apice recurvis, pedunculis capillaribus glaberrimis patulis folia duplo superantibus apicem versus articulatis, petalis obcordatis calyce triplo longioribus, calycis stellatim pilosi laciniis brevibus subdeltoideis, carpidiis senis puberulis paulo rugulosis brevissime umbonatis.

Prope Cudnaka.

Anthesis: primo vere.

Portulaceae.

28. **Tetragonia inermis**, herbacea, procumbens, juventute papillis acutis onusta, aetate calvescens, foliis ovato- vel hastato-rhombeis sensim in petiolum angustatis, floribus axillaribus solitariis geminisve breviter pedicellatis, staminibus 8 solitariis, pistillis 4—7, nucibus 4—7-loculatis subcompressis leniter 3—4-angulatis apice dilatatis muticis vel breviter cornutis.

In planitiebus semisalsis ad utrumque latus montium Flinders range et lacum Torrens versus. Statura et foliorum forma Tetragonellae.

Calyx 4-fidus, raro 3-fidus: laciniis 2 latioribus obtusis, 2 angustioribus et acutioribus. Stamina calyce breviora. Antherae flavae. Pistilla 4 — 7 linearia perbrevia flavovirentia. (Sect. *Tetragonoides*).

Anthesis: vere.

Mesembrianthemae.

29. **Mesembrianthemum praecox**, suffruticosum, diffusum, ramis erectis, foliis triquetris glauco-viridibus basi

connatis margine subtiliter crenulatis, floribus solitariis binisve immediate sub calyce bracteis 2 foliiformibus suffultis, pedunculo ancipite.

In planitiebus subsalinis occidentalibus secus montes Flinders range.

Habitu non prostrato jam ab omnibus Australasicis discerni potest. Folia ac ea *M. inaequilateralis* triquetra attamen duplo minora. Fructus dulces edules jam Octobre maturant, dum alia florent. Semina dilute fusca compresso-ovata acuta vix rugulosa $^1/_2'''$ longa. Flores non vidi.

Anthesis: tempore pluviali.

Haloragcae.

30. **Loudonia citrina**, multicaulis, erecta, glabra; caulibus elatis teretibus remote foliatis apicem versus ramosis, ramis aphyllis in paniculam corymbosam densifloram abeuntibus; foliis semiteretibus canaliculatis, bracteis superioribus membranaceis angusto-lanceolatis flore minoribus; floribus hermaphroditis, calycis tubo tetraptero, petalis stylisque quatuor, staminibus octo fertilibus, sterilibus nullis.

Ad latus occidentale montium Flinders range secus ripas glareosas, nec non inter rupes apicales montium Elders-range et prope Cudnaka.

Praeter notas, quas diagnosis docet, distinguitur a *L. Behrii*; foliis longioribus et angustioribus nec planis, caulibus et ramis longioribus illisque crassioribus. *L. aurea* proxime cognata pro comparatione deest, et *Loudoniam flavescentem* tantummodo e notis Drummondianis (Hook. Lond. Journ. of bot. vol. I. pag. 396.) novi; ab utraque tamen sat distare videtur.

Herba perennis 2—3′ alta. Caules medulla alba farcti. Flores fragrantes. Petala flava oblonga acutiuscula breviter

unguiculata. Antherae luteae. Styli cum germine pallide flavi. Fructus maturos desideravi.

Myrtaceae.

Schuermannia n. g.

Flores axillares solitarii plerumque oppositi breviter pedunculati, bibracteolati. Bracteolae oppositae distinctae membranaceae prope calycis basin sessiles, naviculares carinatae, florem sub anthesi amplectentes dein secedentes. Calyx cum pedunculo articulatus, tubo fere oblongo 5-costato germini adnato carnulento, limbi lobis petaloideis membranaceis lanceolato-subulatis muticis, costis tubi continuis, post florescentiam deciduis. Petala 5 fauci calycis insidentia tenui-membranacea rotunda concava conniventia. Stamina 9—10 faucis limbo inserta, quibus totidem staminodia breviora subulato-filiformia ratione illorum Homoranthi sunt interjecta. Antherae globosae cernuae bilocellatae, locellis dorso apertis poro rotundo. Stylus filiformis longe exsertus denique spiraliter tortus, apice barbellatus, stigmate punctiformi. Germen calyci immersum uniloculatum. Fructus . . . . .

Genus dicatum viro venerabili C. W. Schuermann, aboriginum plagarum juxta portum Lincoln jacentium protectori eorumque linguae investigatori assiduo peritoque. — Hinc *Darwyniae* inde et maxime *Homorantho* connexum, ab illa discernitur inflorescentia (hoc in ordine tam insigni) et antherarum poris, ab utraque limbi calycis figura. Si autem *Homoranthi* speciebus mavis adnumerare, tunc nostra primam exhibit anomaliam inter *Myrtaceas xerocarpicas* quoad calycis formam in aliis generibus hactenus stricte definiendam.

31. **Schuermanniana homoranthoides.**

Prope Boston point et in fruticetis Eucalyptorum boreali-occidentalibus milliaria Anglica X. inde remotis legit amicus Wilhelmi.

Fruticulus procumbens, ramis hic brevibus, illic ad cubitum longis ramulosis, cortice squalide-fusco secedente vestitis. Folia patula decussata valde approximata 3—8‴ longa, $^1/_2$—$^3/_4$‴ crassa trigona acutiuscula mucronulata undique glandulis minutis oleigeris tuberculata, sessilia scilicet exstipulata. Flores in pedunculo crassiusculo 1‴ longo secundum ramulorum partem superiorem axillares. Bracteolae spectabiles latoovatae acutae glabrae pallescentes praesertim in carina virentes vel pulchre roseae, circiter 4‴ longae. Calycis tubus bracteolis plane occultus 3—4‴ longus ultra lineam crassus profunde 5-sulcatus glaber e viridi fuscus. Petala albida tenerrima sesquilineam longa, calycis lobos plus minusve roseos aequantia, nec unguiculata, nec acutata, staminibus nigritis glabris duplo longiora. Stylus pollicaris vel parum brevior non nisi apicem rubellum versus puberulus. Stigma minutum capitellatum papillosum. Fructus maturus deficit.

Anthesis: vere, aestate.

32. **Callistemon teretifolius**, fruticosus, diffusus, foliis teretibus elongatis leniter curvatis glabris laevibus brevissimis mucronatis, calyce glabrescente, lobis ovato-orbicularibus, petalis dense ciliatis, filamentis basin versus villosis! capsulis depresso-globosis.

In verticibus rupestribus montium Elders-range.

Frutex pancipedalis. Folia circiter 3—4″ longa, exsiccando rugulosa et angulata interdum semiteretia, vix 1‴ crassiora, absque nitore. Spicae pulcherrimae magnitudine illarum *C. rugulosi*, colore sanguineo et flavo variantes,

unde distinctio e staminum colore derivata omnino vana! Capsulae paulo majores et depressiores quam *C. rugulosi* et *arborescentis*, 3-, rarius 4-loculatae. Semina vix 1‴ longa, claviculato-linearia nitenti-fusca angulata. Ab hac specie *C. arborescens* (mens) facile discriminatur: habitu, floribus immo antheris duplo minoribus, foliis rectis duplo brevioribus at conspicue mucronatis et supra sutura longitudinali (in *C. teretifolio* obsoleta) percursis et paulo tenuioribus, denique filamentis glabris.

Anthesis: vere.

33. Eucalyptus cladocalyx, fruticosa, ramulis angulatis, foliis alternis coriaceis elongato-lanceolatis sensim acuminatis leniter curvatis pallide virentibus nitidulis subtiliter nervatis et venosis, concoloribus, impunctatis tenuiter marginatis, umbellis pedunculatis lateralibus confertis 5—10-floris, alabastris claviformibus, calycis tubo tenui-campanulato in pedicellum paulo breviorem sensim desinente, obsolete angulato, operculum depresso-hemisphaericum tenue sublaeve muticum longitudine ter quaterve excedente, fructibus urceolato-ovatis costatis.

Ad bases montium Marble range legit cl. C. Wilhelmi.

Inter eas hujus coloniae ad *E. fasciculosam* proxime accedit.

Frutex 7—8′ densus, validus. Folia 3—4″ longa, basin versus 1″ paulo latiora vel angustiora, nitore leni praedita, secus margines et nervum medium plerumque rubella, saepius mucrone crasso uncinato terminata. Umbellae foliis delapsis laterales interdum paniculatae. Pedunculi $^1/_2$″ et ultra longi teretiusculi patentes raro reflexi. Flores additis pedicellis 8—9‴ longi; tubus calycis exsiccando corrugatus

prope medium leniter contractus apice paulisper ampliatus, hinc diametro 3-lineari. Stamina albida calycis hypanthio aequilonga. Fructus $^1/_2$″ longi ore contracti inaequaliter costati, valvis profunde immersis.

Anthesis: vere et aestate.

Leguminosae.

34. **Cassia teretiuscula**, pube brevissima appressa subsericea canescens, foliolis 3—6-jugis teretiusculis filiformibus obtusis supra linea longitudinali sulcatis, glandula depresso-conica saepe obsoleta inter par infimum, stipellis minutissimis subulatis fugacibus, rhachi teretiuscula apiculata, corymbis axillaribus et terminalibus pauciforis folium subaequantibus, sepalis membranaceis glabris margine ciliatis, interioribus orbiculato-ovatis, stipulis lineari-subulatis, bracteolis lato-ovatis concavis cum illis appresso-pilosulis citissime deciduis, legumine plano lato-lineari recto glabro in stipitem brevem attenuato.

In clivis saxosis prope Cudnaka.

Tam *C. tercti folia e*, quam *C. artemisioidi* cognata.

Frutex pluripedalis erectus sat contractus. Folia numerosa. Foliola $^1/_2$—1″ longa, linea tenuiora. Legumen vix maturum ad 4″ longum et $^1/_2$″ latum.

Anthesis: Oct., Nov.

35. **Cassia desolata**, pube brevi appressa cano-holosericea aetate glabrescens, stipulis lineari-subulatis fugacibus, foliolis bi-—trijugis planis obovato- vel lanceolato-oblongis obtusis saepius emarginatis, glandula depresso-hemisphaerica inter quodvis par praeditis, rhachi tenui angulata, corymbis 4-—8-floris axillaribus et terminalibus folium subaequantibus, calyce velutino-tomentoso, sepalis exterioribus herbaceis oblongis, interioribus ovatis, legumine . . . . .

In solo undulato arenoso-argillaceo humiditate destituto inter Arkaba et Wulpena.

Nulli specierum Australium nisi *C. retusae* accedit.

Frutex pluripedalis habitu *C. platypodam* simulans. Foliola $^1/_2$—1″ longa, 3—5‴ lata, raro unijuga vix apiculata. Corymbus fere praecedentis sed calyces cinereo-tomentelli.

Anthesis: Oct., Nov.

36. **Cassia platypoda** R. Br.

β. simplicifolia Ferd. Müller. *C. phyllodinea* R. Br.

Canescens vel glabrata, rhachi aphylla rarius foliolis 2 angustis canaliculatis instructa.

In planitiebus sterilibus secus utrumque latus montium Flinders-range, praecipue montem Brown versus.

Nullum discrimen detegere mihi contigit, quo certe a *C. platypoda* distingui possit; varietatem igitur, valde quidem excellentem exhibere videtur.

Anthesis: Oct., Nov.

37. **Daviesia latipes**, glabra, foliis subulato-lanceolatis mucronatis vage patentibus basi latissima verticali adnatis decurrentibus, corymbis folio duplo brevioribus vel aequilongis, calyce pedicellum subaequante, legumine sessili vix mucronulato.

In fruticetis juxta Dombey-bay reperit Wilhelmi.

Species in genere quam maxime insignis, cum *D. pectinata* proprium typum formans.

Frutex validus densissimus ambitu globosus. Ramuli $^1/_4$—1′ longi erecti basibus foliorum alati. Folia divaricata plerumque 1—1 $^1/_2$″ longa, sensim subulato-angustata coriacea, interdum paulo falcata nervulis longitudinalibus dense striata et prope marginem superiorem nervo prominente percursa,

jam ante basin circiter 3‴ latam decurrentia; pars adnata foliorum liberam magnitudine fere aequans. Bracteolae spathulato-cuneatae concavae apice paulisper ciliolatae. Calyces glabri obsolete angulati sesquilineam longi et lati, dentibus brevissimis. Flores desunt. Legumen coriaceum glabrum laeveque spadiceum triangulare acutum, sat compressum 4 — 5‴ longum, 3—4‴ latum. Semina (vix plane matura) compresso-ovata fere 2‴ longa, fulva splendoris expertia sed maculis minutis nigrescentibus variegata; strophiolo crasso e flavo albido semi-ovato integro semine quater breviore.

Anthesis: primo vere.

38. **Hovea Beckeri**, erecta, foliis oblongis muticis supra glabris reticulato-venulosis, margine vix recurvis, subtus cum ramis, calycibus et leguminibus tomento cano velutinis, pedicellis solitariis calyce brevioribus, bracteolis ovali-oblongis, leguminibus sessilibus.

Ad latera petraea montis Remarkable et adjacentium.

Frutex stricte erectus pluripedalis praesertim apicem versus ramosus. Rami teretes sordide canescentes aetate glabrati. Folia coriacea $^3/_4$ — 2″ longa, 4 — 8‴ lata, plerumque supra medium sensim angustata obtusa, costa laminam breviter superante apiculata, supra nitidula dense et subtiliter venosa simul punctulata subtus squalide fulvove canescentia; costa utrinque tomentella subtus prominens et hic saepe ferruginea. Petioli 1 $^1/_2$ — 2‴ longi. Stipulae fugaces lineam metientes herbaceae subulatae recurvae supra glabrae subtus tomentosae. Pedicelli longitudine petiolorum, raro gemini, media bractea concava orbiculari vel ovali-rotunda muniti et apice bracteolis 2 oppositis 1 $^1/_2$‴ longis calyci accumbentibus. Calyx herbaceus uti bractea et bracteolae fuscus extus pilis brevibus incanis vestitus 3 — 4‴ longus, dentibus labii

superioris obtusiusculis, dente medio labii inferioris laterales parum superante, omnibus acutis. Corolla recens lilacina punctata venosa; carina navicularis obtusiuscula $^1/_2$″ longa apice saturatius colorata, vexillum orbiculato-cordatum amplum emarginatum stipitatum longitudine aequans, infra medium divisa; lobis margine infero stipiti filiformi 2‴ longo impositis itaque basi omnino liberis, aetate perfecte separatis et alas aemulantibus. Filamenta omnia connata glabra semipollicaria; antherae flavae oblongae. Stylus stamina paulo superans, saltem medio tenus tomentoso-puberulus apice glaber. Stigma punctiforme. Legumen nondum maturum ovoideum subcompressum $^1/_2$″ longum extus intusque tomentosum dispermum.

Anthesis: veris initio.

Species grato animo dicata cl. Ern. Gust. Becker, pharmacopolae Husumensi, fautori meo benigno nobilique.

39. **Swainsona tephrotricha**, perennis, appresso-tomentoso-pubescens, caulibus herbaceis erectis, foliolis 5—9-jugis subenneato-oblongis obtusis vel recurvato-apiculatis racemo multifloro superatis, calycis dentibus triangulari-subulatis, stylo postice tota longitudine barbato, germine sericeo-tomentoso sessili, legumine . . . . .

In collibus nudis aridis pone fodinas Burra Burra, et secus rivos Broughton, Hutt et Hill.

Herba $^1/_2$—1′. Caules plures e rhizomate stricte erecti aut adscendentes. Foliola pollice breviora 2—3‴ lata. Stipulae lanceolato-triangulares subulato-acutatae. Racemus illum *S. viciaefoliae* aemulans quoad formam et magnitudinem, sed calyces praeter pilos nigricantes etiam albis crispis sparsim sunt vestiti, dum corollae saturato-roseae aetate purpurascunt.

Anthesis: Octobre.

40. **Swainsona stipularis**, pilis appressis canescens, caule herbaceo . . . . ., foliolis 5—6-jugis lineari-cuneatis emarginatis, racemis brevibus longe pedunculatis 6—9-floris, stipulis magnis triangularibus acutis grosse paucidentatis, stylo postice apicem versus barbato, legumine . . . . .

Prope Arkaba.

Plerisque notis cum *S. phacoide* convenire videtur, statura cum *S. phacaefolia*.

41. **Cyclogyne procumbens**, caule prostrato, foliolis plerumque 7 — 11-jugis pube brevi appressa canescentibus ovato-oblongis, racemis sat densis longe pedunculatis, carina ad apicem anfractu singulo contorta.

In vicinia fluvii Broughton locis fertilibus humidis vel passim inundatis.

Rhizoma lignosum. Caules glabri striati. Folia imparipinnata, foliolis 4 — 12-jugis suboppositis brevissime petiolatis, adultis ovatis vel oblongis obtusis retusisve glabrescentibus ad 1″ longis, junioribus angustioribus canescentibus. Stipulae subcordatae ciliatae nervoso-striatae. Pedunculi axillares folium duplo superantes solitarii cavi striato-sulcati interdum pedales, erecti vel adscendentes. Calyx breviter pedicellatus ultra medium quinquefidus, fere campanulatus, lobis acutis extus glabris intus villosulis, inferioribus parum longioribus. Pedicellus basi obsitus bractea ovata acuminata concava membranacea et supra medium bracteolis 2 oppositis minoribus ovato-lanceolatis plerumque acuminatis. Racemus ad 12-florus. Flores fragrantissimi majusculi e purpureo violacei. Vexillum erectum basi maculis 2 flavis tinctum, carinam aequans, alas duplo, calycem triplo superans. Carinae sensim angustatae apex pallide flavescens. Stamina diadelpha (9 et 1). Stylus diu persistens antice supra medium

longitudinaliter barbatus denique flexuoso-spiralis. Legumen turgidum depressum glabrum 1‴ longum, apice adscendente. Semina circiter 12 in legumine compresso-globosa, strophiolo destituta.

Anthesis: ineunte vere.

42. **Desmodium Novo-Hollandicum**, (Sect. I. *Scorpiurus* Bth.) caulibus repentibus tenuibus flexuosis retropilosis, foliolis subcoriaceis ternatis, superioribus angusto-lanceolatis, inferioribus gradatim latioribus brevioribusque ellipticis vel obovatis rarius obcordatis obtusis vel mucronulatis reticulato-venosis praesertim subtus pilis sparsis obsitis, stipulis lato-ovatis acuminatis striatis demum scariosis, floribus axillaribus solitariis breviter pedicellatis, dentibus calycis pilosuli acutis labii superioris brevibus labii inferioris medio dente elongato subulato, legumine pilosulo parum compresso aequilato oligospermo, loculis aeque longis ac latis, seminibus convexis basi et apice truncatis nitenti-nigris.

In glarea tempore pluviali inundata rivorum Crystal brook et Rocky river.

Habitu simillimum *D. Tasmanico*, sed alius sectionis. Folia, calyces et legumina sunt majora. Flores haud inveni.

Anthesis: Septembre.

Umbelliferae.

43. **Hydrocotyle trachycarpa**, glabra, repens, tenera, foliis membranaceis longe petiolatis ambitu reniformibus profunde 5-fidis, laciniis oblongo-cuneatis acute trilobis, stipulis membranaceis subovatis lacero-ciliatis, petiolo pedunculum oppositifolium superante, umbellis paucifloris, pedicellis fructum aequantibus, hoc turgido didymo ad commissuram utrinque profunde impresso dorso acuto, in cavitate dense punctato at inter jugum laterale tumidum et dorsali serie tuberculorum simplici.

Ad fontes rupium tempore torrido exarescentes prope Cudnaka ibidemque inter saxorum rimas humidas.

Herba annua gracilis tenerrima. Radix exilis. Folia unciam lata, primordialia parva oblonga. Fructus glabri inter minores.

Anthesis: primo vere.

44. **Didiscus glaucifolius**, herbaceus, glaber, glaucus, foliis palmatisectis, superioribus brevius, inferioribus longe petiolatis, illorum segmentis multipartitis, lobulis angustis integris, fructibus sublaevibus.

Unico tantum loco reperi, nempe: ad quondam rivulum inter Moralalle et Elders-range in solo rupestri tempore pluviarum humido, umbrato.

Herba perennis pauci pedalis vel humilior, glaberrima ni hinc inde pilo solitario adspersa. Radix perpendicularis dura saepius digitum crassa flexuosa simplex. Caules erecti parum ramosi, rarius simplices cum foliis pruina leni glauca abstergenda superfusi. Folia ad 2″ longa absque petiolo in inferioribus 3-pollicari. Pedunculi interdum ultra semipedales, saepius tamen breviores. Umbellae albiflorae paulo minores quam *D. pilosi* at vix minus divites, sed majores quam *D. humilis*, eximie fragrantes. Et fructus minores ut in *D. piloso*, styli tamen longiores. Forsitan *D. albifloro* proximus.

Anthesis: vere.

Rubiaceae.

45. **Pomax rupestris**, ramulis pedunculisque aspero-puberulis, foliis glabris angusto-lanceolatis, stipulis concretis, involucri partialis dentibus acutis vel acuminatis.

In rupibus montium Flinders-range prope Cudnaka alibique lacum Torrens versus.

Suffrutex plerumque humilis, interdum 2—3′ altus, erectus vel adscendens ramosus. Rami saepe dichotomi adulti

cortice fusco laevi secedente vestiti, ramuli teretiusculi. Folia glabriuscula angusto-lanceolata ad 1″ longa et 3‴ lata acuta sensim in basin angustata, margine parum involuto. Stipulae omnino vel semi-connatae lanceolato-subulatae, margine setuloso-ciliatae aut lacerae circa 2‴ longae. Axis foliorum fere semper ramulos gignit abbreviatos, quibus folia fasciculata apparent. Pedunculi in umbellas 4 — 10 capitula continentes, terminales, laterales et alares collecti, patuli vel adsurgentes tennes circiter semipollicares asperulo-puberuli. Umbellae foliis 2 caulinis similibus et stipulis illis foliorum conformibus suffultae. Capituli involucrum partiale turbinato-campanulatum glabellum, floriferum 3-, fructiferum 4-lineare, limbo irregulariter 6 — 9-dentato, dentibus acutis acuminatisve. Flores in capitulo 3, fugaces hermaphroditi vel unisexuales. Corollae 3 — 5-fidae totidem sulcatae cylindricae nunc magis obconicae laciniis acutis patulis secus angulos praesertim setuloso-scabris demum laevigatis. Stamina 3 — 5, filamentis glabris, antheris mucronulatis basi utrinque acuminatis. Stigmata 2 elongata papilloso-scabriuscula. Fructus in capsulam 3-locularem (abortu unius floris bilocularem) connati. Operculum rotundum nitidulum glabrum purpurascens centro impressum, diametro sesquilineari, subtus in dissepimenta 3 pallida sensim acutata desinens. Semina obovato-oblonga rubro-fusca lenissime compressa et incurvata scabrida rugulosa vix $1\frac{1}{2}$‴ longa, margine lateris exterioris valde incrassato.

Anthesis: ineunte vere.

Compositae.

46. **Eurybiopsis intricata**, glabra, caulibus suffruticosis ramosissimis, ramis foliatis patentibus, foliis carnulentis angusto-lincaribus acutis, capitulis terminalibus solitariis multi-

floris, involucri squamis linearibus acutis obsolete ciliolatis, achaeniis disci elongatis laevibus, cum pappo basi dilatato duplici, setis interioribus extimas pluries superantibus capillaribus scabriusculis apice barbellato-incrassatis, achaeniis radii brevioribus scabris, pappo uniseriato aequali coronatis.

In clivulis petraeis umbrosis ad Cudnaka.

Suffrutex densus intricatus paucipedalis. Rami pertennes striato-sulcati elongati. Folia plerumque alterna interdum opposita et fasciculata 1 — 2″ longa, superiora breviora, circiter lineam lata basi paulo angustata sessilia. Pedunculi superior pars aphylla. Capitula magnitudine *Eurybiopsidi Hookeri* (*E. gracilis* et *scabridae* Hook. fil.), squamae tamen angustiores et acutiores. Corollae hermaphroditae centrales numerosae 5-dentatae, achaenio paulo breviores, tubo basin versus tenuissimo. Antherae ecaudatae, styli ramis crassiusculis papillosisque superatae. Achaenia disci compresso-filiformia pallida tenuissima vix apice et basi attenuata; pappus eorum albus e setis 7 — 10 corolla parum brevioribus et aliquot brevissimis exterioribus. Corollae radii tenuissimae cum ligula brevi tenuique 3 — 4‴ longae, styli ramis ultra 1‴ longis filiformibus papillosis exsertis. Achaenia lineam aut paulo ultra longa crassiora quam disci; pappi setae numerosae corollam paulo excedentes albae non incrassatae.

Anthesis: vere.

47. **Eurybia picridifolia**, fruticosa, ramis hispidis, foliis caulem semiamplectentibus angusto-lanceolatis sensim in basin angustatis integerrimis utrinque viridibus hispidulo-asperis, pedunculis elongatis solitariis vel paucis subcorymbosis monocephalis, capitulis multifloris, involucri squamis lanceolato-linearibus acutis margine membranaceis, nervo hispidulis, achaeniis cylindricis striatis glabris, pappi setis subbiseriatis.

In fruticetis collium steriliorum inter Rocky-creek et Crystal-brook, nec non in vallibus petraeis prope Arkaba.

Frutex pancipedalis diffusus. Folia conferta 1—2‴ longa, 2—4‴ lata saepius complicata aut margine inflexa uti pedunculi ramique pilis albis rigidis et articulatis induta. Pedunculi circiter 2—3″ sub capitulis paulo ampliati, folio uno alterove minuto subulato-lineari obsiti. Capitulorum magnitudo et squamarum forma eaedem *Eurybiae ciliatae*. Flores radiales lilacini. Achaenia dilute fulva nitidula 1‴ vix superantia, basi acuta, apice truncata, pappi albi setis interioribus saltem duplo breviora, setis exterioribus quadruplo longiora.

Anthesis: initio veris.

48. **Eurybia cardiophylla** (subg. *Olearia*), fruticosa, foliis cordatis ovatisve acutiusculis supra glabris subtus cum ramis tomento fulvescente vestitis margine planis integerrimis, pedunculis elongatis axillaribus et terminalibus solitariis, mono-, tricephalis validis nudis ad apicem ampliatum bracteatis, involucri squamis lanceolato-linearibus acutis extus cano-tomentosis, pappo albido scabro, achaeniis subsericeis.

In monte Mount Remarkable.

Frutex pluripedalis erectus ramosus. Folia circiter 2—3″ longa, 1—2″ lata basi plerumque truncata, supra venis reticulatis impressa nitidula saturate viridia. Petiolus crassus $^1/_2$—1″ longus. Pedunculi foliis saepe pluries longiores. Capitula ad 1″ longa et sesquiunciam lata, interdum ad apicem pedunculi bina ternave, squamis subquadriseriatis appressis, intimis duplo saltem extimas superantibus. Ligulae elongatae albae subtus plus minusve roseae. Achaenium teretiusculum 3‴ longum, pappi setis inaequalibus scabris brevius.

Anthesis: incipiente vere.

49. **Brachycome trachycarpa**, rhizomate perenni pluricauli, caulibus erectis patentim ramosis raro simplicibus, foliatis glanduloso-scabridis, foliis sessilibus linearibus acutis canaliculatis demum planiusculis, capitulis parvis ramulos terminantibus, involucri squamis cuneato-oblongis, dorso scabris, margine membranaceis ciliolatis apice sublaceratis, achaeniis isomorphis clavatis utrinque tuberculosis et pilis raris brevissimis uncinulatis conspersis, margine costatis integerrimis, pappo minuto denticulato coroniformi.

Ad rivulos Crystal brook et Cudnaka.

Planta $^1/_2$—1′ alta plerumque e basi ramosa. Rami tenues angulati cum foliis nitiduli. Folia glabra inferiora satis approximata, superiora saepe dissita $^1/_2$—1 $^1/_2$″ uncias longa, $^3/_4$—1 $^1/_2$‴ lata vel perraro latiora, non nisi innovando fasciculata, rarius lobo uno alterove instructa. Ramuli foliis minutis distantibus bracteati. Involucri squamae circiter 1 $^1/_2$‴ longae obtusiusculae, margine interdum purpurascentes. Receptaculum alveolatum convexum. Radius lilacinus sat brevis. Flores hermaphroditi paene 1 $^1/_2$‴ longi basi attenuati ramos styli exserentes. Achaenia circiter 1‴ metientia viridiflava paullo compressa lato margine cincta nec tamen alata, faciebus tuberculata, tuberculis pilo brevissimo mox evanescente terminatis.

Anthesis: veris initio.

50. **Brachycome calocarpa**, rhizomate perenni multicauli, caulibus erectis simplicibus ad medium usque foliatis basin versus cum innovationibus laxe lanatis, superne longe nudis glabrisque, monocephalis, foliis approximatis angusto-cuneatis apice grosse et acute trilobis, superioribus sessilibus, inferioribus sensim longe angustatis, omnibus glabris, involucri squamis cuneato-oblongis glabrescentibus margine mem-

branaceis lacero-ciliolatis, receptaculo hemisphaerico, floribus centralibus numerosis, nonnullis abortivis, achaeniis compressis cuneato-oblongis tuberculosis, margine pinnatisecto alatis, pappo conspicuo conferte setoso.

In pascuis argillosis aridis prope Cudnaka.

Herba sesquipedalis. Radix lignescens multas fibrillas tenues emittens. Caules virides obsolete angulati striati, inferne albo-lanuginosi. Folia caulina $1\frac{1}{2}-2''$ longa, infima duplo longiora, apice $3-6''$ lata. Capitula fere $\frac{1}{2}''$ diametro. Involucri squamae virentes saepius parum lanuginosae. Flores hermaphroditi vix $1\frac{1}{2}'''$ longi, prope basin valde attenuati, styli ramis subinclusis. Radius albidus vel carneus modice procerus. Achaenia $1'''$ paulo longiora e viridi fulva tuberculis longis onusta et margine cincta scarioso albido subtilissime striato in lobulos plures apice dilatatos diviso. Lobuli plus minusve confluentes latitudine achaenii, sparsim pilis uncinulatis aetate evanescentibus obsiti. Achaenia florum abortivorum angustiora fere exalata.

Brachyc. glaucae et *heterodontae* cognata.

Anthesis: primo vere.

51. **Calotis cymbacantha**, pubernla, demum glabrescens, caulibus erectis herbaceis ramosis foliatis, foliis radicalibus longe petiolatis, caulinis superioribus sessilibus omnibus cuneatis acutis grosse et remote dentatis basin versus integerrimis, capitulis florentibus hemisphaericis, ligulis luteis, aristis 2 achaenio tuberculato longioribus subulatis concavis cymbulam mentientibus obverse hispidulis.

In clivulis arenosis ad Crystal-brook,

Herba subpedalis vel altior, forsan perennis. Radix perpendicularis flexuosa fibrillosa. Caulis striatus, ramis angulatis. Folia inferiora absque petiolo circiter $1\frac{1}{2}-2''$ longa,

4 — 6‴ lata, superiora minora cum ramis praesertim juventute pilis rigidulis sparsim obducta. Capitula semiunciae diametro solitaria. Involucri squamae biseriatae oblongo-lanceolatae. Receptaculum convexum, fimbrillis albis acutis munitum. Flores marginales foeminei, centrales masculi numerosi. Achaenia florum marginalium compressa cuneata pallescentia glabra, aristis prope apicem lateraliter erumpentibus patulis circa sesquilineam longis acutis cornuta.

Anthesis: veris initio.

Cheiroloma nov. gen.

Capitulum multiflorum heterogamum. Flores omnes fertiles, exteriores ligulati foeminei, centrales tubulosi hermaphroditi quadridentati. Receptaculum alveolatum fimbrilliferum. Involucri squamae subbiseriatae horizontales distinctae. Ligulae tennissimae stylum longe emittentes. Achaenia conformia compressa cuneata; aristae eorum subquinae subulatae inter se fere aequales, achaenio breviores, retrorsum hispidae, quibus alternae paleae palmatim divisae; palea una alterave subulata.

Herba annua Australis saepius humifusa, quoad genus *Calotis* propinqua.

52. **Cheiroloma hispidulum.**

In locis apricis argillaceis prope Crystal-brook et Cudnaka.

Plantula pluri- vel multicaulis procumbens sive rarius erecta undique hispidula, caulibus 2 — 6″ longis ramosis. Radix elongata perpendicularis flexuosa parce fibrillosa. Rami tenues patuli angulati. Folia alterna satis distantia angusto-lanceolata vel cuneata integerrima vel apice grosso-tridentata, inferiora in petiolum longiusculum sensim angustata, superiora sessilia, illa 1 — 1 ½″, haec ⅓ — 1″ longa. Pe-

dunculi oppositifolii laterales vel terminales saepe brevissimi. Capitula fructifera hemisphaerica diametro 4—6‴. Receptaculi angusti fibrillae albae acutae. Involucri squamae bilineares lanceolatae sensim in basin attenuatae, interiores angustiores. Flores hermaphroditi $^1/_2$—1‴ longi, extus parce pilosuli, tubo limbum aequante vel superante tenui. Ligulae linea breviores pilosiusculae, stylo profunde bifido longe exserto. Achaenium glandula minuta perforata stipitatum, lateribus plus minusve appresso-pilosum, vertice dense hispidulum uti paleae et aristae, sine quibus vix ultra 1‴ longum, margine prominulo cinctum. Paleae circumscriptione deltoideae seu cuneatae, rubellae, in lacinias plures inaequaliter fissae, margine pilis albis dense fimbriatae, unde nomen. Aristae paleas superantes, achaenio ipso duplo breviores patentissimae apicem versus brevius breviusque hispidulae.

Anthesis: ineunte vere.

53. **Glossogyne bidentidea**, caulibus subnudis in ramos paucos folio suffultos solutis, foliis circum radicis collum confertis longe petiolatis pinnato-quinquepartitis, lobis oppositis angustis integris vel incisis, caulinis saepe trifidis, summis linearibus bracteiformibus, involucri squamis oblongo-linearibus e basi latiore sensim angustatis apice obtusatis margine irregulariter ciliatis, paleis subcymbiformibus acutis serratis, achaeniis nigrescentibus compressis striatis in aristas rectas excurrentibus.

In plagis sterilibus subsalsis sinum Spenceri inter et partem borealem montium Flindersii.

Medium tenet inter *G. tenuifoliam* et *pedunculosam*, ab hac strenue, ab illa, quousque diagnosis nimis abbreviata docet, ob caulem nonnunquam dichotomum fortasse non specifice distincta.

Herba pedalis vel humilior basi suffruticosa, multicaulis. Folia 1″ longa et totidem lata in petiolum bipollicarem desinentia. Caules crassitie pennae gallinaceae, ramis paucis sat brevibus. Capitula florentia et achaenia 3 — 5‴ longa, haec apicem versus cum cornibus lineam metientibus retrorsum setulosa.

Anthesis: vere.

Eyrea nov. gen.

Capitulum multiflorum heterogamum, floribus omnibus tubulosis, exterioribus multiseriatis tenuissime filiformibus foemineis breviter tridentatis, centralibus paucioribus hermaphroditis quinquedentatis. Receptaculum convexum tuberculatum ebracteolatum. Involucrum imbricatum pluriseriale, squamis angustis acuminatis margine scariosis. Achaenia (juvenilia) subconformia teretiuscula non attenuata, pilis brevissimis appressis asperata, summis pilis pappum exteriorem mentientibus. Pappus capillaris uniserialis e setis 12 — 16 scabris, florum centralium ciliolatis.

Genus rite Conyzoideum juxta *Phagnalon* collocandum, a Conyza sane floribus centralibus hermaphroditis et achaeniis non compressis discernendum, a Phagnalone autem achaeniis scabris non villosis, nec pappo oligochaeto. Nonnullis signis etiam Blumeae accedit.

Nomen elegi in honorem excellentis Joannis-Eyre, coloniae Novo-Zeelandicae Vicegubernatoris, qui geographiam terrarum Australium itineribus difficillimis periculosisque auxit et iisdem viam in illas plagas aperuit, ubi gravisus sum Eyreae detectione.

51. Eyrea rubelliflora.

In glarea fluminum exsiccatorum, e. g. Crystal-brook Sulteyer creek, Arkaba.

Suffrutex pauripedalis erectiusculus valde ramosus glaber. Folia alterna lanceolato-linearia remote tamen profunde serrata, acuminata circiter 1″ longa. Capitula ramulos terminantia fere hemisphaerica; involucrum 4—5‴ diametro, squamis intimis patulis. Flosculi numerosissimi incarnati purpurascentes, pappum album sesqui-linearem aequantes. Stylus florum hermaphroditorum inferne glaber striatus, superne papilloso-scaber.

Anthesis: vere.

55. **Chrysocoryne angianthoides**, major, foliis puberulis, inferioribus angusto- vel lineari-oblongis, superioribus ovatis vel orbiculatis, spicis in apice ramulorum plerumque solitariis, involucri exterioris squama basi lanuginosa margine integerrima.

In virgultis deserti pone Cudnaka.

Praeter notas relatas non recedere videtur a conspecie. Radix longa tenuis perpendicularis simplex. Caules adscendentes raro solitarii 3—6″ alti filiformes brunnei parce lepidoti, interdum omnino tonsi, supra medium ramos patulos gerentes vel rarius simplicissimi. Folia 3 — 5‴ longa, $^1/_2$— $1\,^1/_2$‴ lata. Spicae 4 — 6-lineares vix apicem versus ad duas lineas crassae. Squamae exterioris pars infima concava viridis subdeltoidea, superior scariosa flavescens.

Anthesis: vere.

56. **Craspedia plejocephala**, foliis angusto-lanceolatis caulibusque parce et tenuiter lanuginosis, glomerulis terminalibus ovatis globosisque solitariis vel pluribus confertis.

In planitiebus collibusque siccis ad bases orientales tractus montani Flinders-range, montem Brownii versus.

Stirps memorabilis ab aliis speciebus etsi habitu, nec tamen momentosis characteribus recedens. Caules plerumque

inter pedem et ulnam alti, plures e radice forsitan perenni satis tenui perpendiculari squalide fusca, fibrillis filiformibus horizontalibus satis crebre obsita. Caules erecti vel adscendentes teretes striati cum foliis aetate saepius glabrescentes. Folia secus totam caulium longitudinem alternatim sita acutiuscula sessilia uninervia, inferiora ad 2″ longa et 6‴ lata, superiora magnitudine sensim decrescentia, summa ad apicem scariosa. Glomerula citrina basi squamis scariosis lanatisque involucrata, superius 1″ longum oomorphum maximum, prope cujus basin saepe 1—5 alia glomerula erumpunt nunc sessilia nunc breviter pedunculata sphaerica rarius hemisphaerica ovatave. Omnia polycephala, capitulis pauciflоris brevissime stipitatis. Involucrum partiale e squamis paucis plerumque 5 ovato- vel lanceolato-cuneatis tenerrimis scariosis a basi ultra medium viridi-costatis, inde apice tenus sensim flavescentibus glabris vix 3‴ longis et ultra lineam latis. Floribus capitulorum (4—5) aliquot paleae squamis involucri partialis conformes ni angustiores intermixtae. Corollae luteae, tubo sensim ampliato, limbo 5-dentato, dentibus lanceolatis acutis reflexis. Antherarum summa pars emergens. Styli rami patentes capitellati apice papillosi breviter exserti. Pappus corollam paene aequans e setis constans 10 — 12 sesquilineam longis plumosis apice latiore flavescentibus. Achaenium tetragonum tenui-obconicum albo-sericeum pappi longitudine.

Anthesis: ineunte vere.

57. **Ixodia ptarmicoides**, caulibus ramisque exalatis, parum vernicosis, foliis lato-linearibus in basin angustatis obtusiusculis, involucri squamis pluriseriato-imbricatis brevibus apice rotundatis, receptaculo planiusculo, corollis eglandulosis paleas appendiculatas subaequantibus, achaeniis minute papillosis.

Inter montem Dutton et sinum Coffin-bay detexit amic. Wilhelmi.

Signa in diagnosi exposita probe ab ambabus jam notis novam discernunt, quod attinet ad habitum et florum magnitudinem medium tenentem.

Ab *J. alata*, quam comparare mihi licuit insuper differt: statura minore, foliis crassioribus brevioribusque minus glutinosis parumper decurrentibus, involucri squamis numerosis multo brevioribus, paleis appendicula alba minuta terminatis neque floribus duplo brevioribus.

Anthesis: exeunte vere et aestatis initio.

58. **Haeckeria** nov. gen.

Capitula biflora, floribus hermaphroditis tubulosis. Involucri cylindrici squamae imbricatae exteriores flavescentes, interiores lacteae. Achaenium crostre papillosum oblongo-cylindricum basi attenuatum epapposum.

Frutex Cassiniarum figura.

Genus Humeae adsociandum dicavi cl. Haecker, florae Lubeccensis auctori.

Haeckeria cassiniaeformis.

In solo arenoso-argillaceo ad Boston-point detexit cl. Wilhelmi.

Frutex pulcher graveolens, hinc elatior 3—4′ altus, inde humilis vix $^1/_2$′. Radix crassiuscula fibrillas emittens tenues, desinens in caulem brevem foliis delapsis cicatrisatum, prope cujus apicem ramus singulus emergit vel plures simplices non nisi apice ramulosi. Folia numerosa saepe confertissima plus aut minus patula fasciculata semiteretia paulo canaliculata fortius leniusve curvata, obtusiuscula, glandulis minutis punctata, rugulosa; fasciculi folium infimum pollicem et quod superest longum, lineam latum, basi dilatata sessile, ceteris

longius. Corymbus terminalis decompositus interdum globosus compactus, saepius dilatatus longitudine latior, ramis approximatis valde patentibus glanduloso-scabridis infra medium nudis paulo compressis dein solutis in corymbos densifloros bracteis subulatis sustensos. Capitula plane evoluta desunt, incipiente florescentia habent longitudinem vix trium linearum. Squamae lineari- vel oblongo-lanceolatae 3—4-seriato-imbricatae acutinsculae glabrae, exteriores e viridulo flavescentes, interiores apicem versus albae. Floris et fructus characteres exacti in speciminibus aetate provectioribus aliquando examinandi.

59. **Ozothamnus scaber,** fruticosus, foliis decurrentibus dense approximatis linearibus margine revolutis summo apice dilatatis ob reflexum apiculum retusis, supra scabris subtus ramulisque tomento tenui albo vestitis, corymbis compositis in apice ramulorum congestis, capitulis parvis ovatis, involucri squamis imbricatis obtusis conniventibus albidis vel rubescentibus.

In montibus saxosis Flinders-range juxta Ultonulta et Cudnaka, etiam ad Crystal-brook.

O. retuso sane habitu notisque proximus, vix tamen pro ejus varietate habendus propter folia longiora scaberrima subtus tomentosa et capitula albida.

Comparationem plantae in anthesi magis progressae aliis indagatoribus commendo.

Anthesis: fine veris.

60. **Waitzia brachyrrhyncha,** caule adscendenti-erecto, ramis elongatis superne longe nudis monocephalis, foliis lanceolato-linearibus cum ramis laxe lanatis, capituli hemisphaerici squamis margine nudis, exterioribus sulphureis ovatis vel orbiculari-ovatis obtusis, interioribus sensim aureis cordato-ovatis acutis denique pallescentibus, intimis minutis,

stipitibus intimarum planis apice parum lanatis, ceteris teretiusculis glandulosis apice longe lanuginosis, floribus numerosis, achaeniis papillosis glabris quadrangulato-oblongis in basin et rostrum ipsis duplo triplove brevius crassum attenuatis, pappi setis 16—24 breviter et aequaliter plumosis albidis supra medium flavescentibus.

In planis sterilibus secundum montes Flinders-range abundat.

Pulchri generis eximia species. Herba perennis spithamam ad pedem alta. Caulis glabratus durus mox in ramos plures saepe ultra semipedem longos divisus. Rami teretes cum foliis lanugine arachnoidea incana tenuiter tecti, basin versus foliati, ceterum nudi nisi prope medium bracteis minutis subulatis obsiti. Folia plerumque inter $1\frac{1}{2}$ et 3″ longa, explanata 2 — 3‴ lata, acuta saepissime breviter mucronata, margine revoluta, basi semiamplexicaulia. Capitula circiter 1″ diametro metientia. Squamae involucri extimae sessiles pellucidae 2 — 3‴ longae, interiores paullo longiores. Stipites intimarum margine scariosi, ceteri teretiusculi tenues laminam subaequantes vel ea breviores basi inerassati. Corollae tenues glabrae supra medium ampliatae circa 3‴ longae flavescentes. Antherae et stylorum medio tenus fissorum rami breviter exserti. Achaenia pallida cum rostro sesquilineam longa, marginis curvata, rostro vix duplo tenuiore. Pappi setae gracillimae corollam aequantes vel parum superantes.

Anthesis: primo vere.

61. **Rutidosis auricoma**, caulibus elatis simplicibus vel birameis cum foliorum pagina infera tomento appresso albido indutis, apicem versus foliis magnitudine decrescentibus squamosis, foliis lato-linearibus elongatis in basin et apicem angustatis calloso-mucronatis margine revolutis supra vix glabrescentibus, capitulis terminalibus solitariis hemisphaericis,

pappi squamellis 7 — 9 oblongo-spathulatis lato-unguiculatis inaequalibus.

Ad margines rivulorum exsiccantium lapidosos montium prope Cudnaka.

Bona species *R. helichrysoidi* magis quam *R. arachnoideae* connexa, formas *Craspediae Richeae* angustifolias simulans. Caules plures 2 — 3′ e rhizomate lignoso oblique descendente vel prorepente. Folia quam in *R. helichrysoide* duplo majora. Involucrum Podolepidis; stipites squamarum intimarum fere laminam aequantes. Flores in capitulo depresso numerosissimi, ultra medium tenuiter cylindrici, inde subito lato-campanulati, acute 5-dentati. Ex antherarum tubo, qui corollam conspicue superat, styli rami vix exsurgunt. Achaenia 1‴ longa teretiuscula densissime papillosa, basin versus parum attenuata, glandulae annulari brevissimae insidentia, cum corolla et pappo persistente valde caduca. Pappi paleae integerrimae ex parte achaenium aequantes.

Anthesis: medio vere.

Duttonia nov. gen.

Capitulum multiflorum heterogamum. Flores marginales pauci gracillimi breviter quadridentati, foeminei?, dente quarto breviore, tubo sensim ampliato, fauce lateraliter fissa; ceteri flores hermaphroditi graciles fere subito in apicem campanulatum regulariter quadridentatum dilatati. Receptaculum planiusculum medio conicum, tuberculatum. Involucri hemisphaerici pluriserialis squamae subimbricatae, exteriores scariosae sessiles ciliatae ovato-lanceolatae acutae, mediae longiores lineari-lanceolatae in basin longe angustatae ciliatae, intimae semiconcretae lineares stipitiformes durae dorso asperulae margine scariosae apice brevi hyalino acuto radiantes. Achaenia scabriuscula erostria sed et in basin et in apicem atte-

nuata, florum marginalium calva, aliorum coronata, pappo e paleis constante 3—4 subulato-linearibus ciliatis basin versus latioribus nudiusculis ima basi connatis.

Ixiolaenae, *Panaetiae* et *Siemseniae* aliis notis finitimum, aliis habituque autem clare distinctum.

Genus dixi in honorem Francisci Dutton, coloniae senatoris.

62. **Duttonia sessiliceps.**

In pratis prope rivum Rocky-creek.

Herba annua humilis multicaulis adscendens sparsim pilosa. Caules cymae instar in ramos aliquot divisi. Folia angusto-lanceolata sessilia integerrima circiter 1″ longa. Capitula axillaria et terminalia 3 — 4‴ longa et lata, foliis involucrata. Radix descendens ramosa fibrillosa.

Anth.: vere.

Elachanthus nov. gen.

Capitulum pauciflorum heterogamum, floribus omnibus tubulosis, 5—9 in ambitu foemineis fertilibus, 1—4 centralibus hermaphroditis sterilibus. Involucri squamae 2—3-seriales imbricatae exappendiculatae. Receptaculum planum epaleatum alveolatum, alveolorum marginibus productis dentatis. Corollae florum fertilium e basi sensim attenuatae paene subulato-acutatae, absque ulla denticulatione, glabrae, apice scabrinsculae, glandulae annulari insidentes, stylum includentes bifidum glabrum basi bulbosum. Achaenia harum obovata obtusissima basi attenuata, dense sericea, pappo e paleis constante 12—16 lanceolato-linearibus subulato-attenuatis corollam superantibus persistentibus margine minutissime et densissime denticulatis scariosis, a costa ad marginem subtilissime et pinnatim striatis. Corollae florum sterilium tennissimae 3 — 4-dentatae, stylo indiviso apice papilloso vel breviter

bfido!, antheris incompletis. Achaenia harum plana angustissima hyalina margine scabriuscula, basi paulo attenuata, glandulae minutae insidentia, paleis pappi paucis valde angustis serrato-plumosis corollam aequantibus. Genus perinsigne prope *Pteropogonem* inserendum.

63. Elachanthus pusillus.

In collibus siccis ab Arkaba ad Cudnaka.

Herba pusilla erecta sive adscendens multicaulis. Radix annua tenuis torta aut flexuosa-sensim capillaris, paucas tantum fibrillas emittens. Caules paucipollicares pilis sparsis crispis puberuli tenues ramosi foliosique. Folia alterna 4—6‴ longa vix semilineam lata semiteretia acuta canaliculata glabriuscula. Capitula in ramis strictis terminalia et solitaria, involucro fere hemisphaerico tandem patulo. Involucri squamae extimae paucae ovato-lanceolatae acutae, interiores 8—12 oblongae obtusae margine membranaceae apice ciliatae et hic saepe rubellae 2—3′′ longae. Achaenia 1—1 ½‴ longa pappum aequantia.

Anthesis: veris initio.

64. Pteropogon intermedius, caulibus supra medium ramosis, capitulis fastigiato-cymosis, involucri squamis intimis appendicula brevi radiantibus, pappi setis 20—25 albis.

In collibus graminosis montem Rufus versus, ante fodinas Burra Burra, ad flumen Broughton et inde lacu Torrens tenus, ubertim rarus.

Herba annua multicaulis leniter fragrans, caulibus e basi procumbente vel adscendente erectis. Radix tenuis perpendicularis flexuosa pollicaris fibrillifera. Caules floccoso-pilosi tenues leniter striati teretiusculi 2—4‴ alti fere semper supra medium ramosi. Folia lineari-subulata acuta basi latiore sessilia, inferiora opposita, superiora alterna 3—6‴

longa. Capitula oblongo-cylindrica sessilia vel breviter pedunculata erectiuscula 3—4‴ longa, florifera vix linea crassiora in cymam fastigiatam conferta. Involucri squamae subtriseriales scariosae imbricatae arcte appressae pilis aliquot ciliatae dilute fulvae, inferiores late ovatae acutae breves, intermediae lanceolatae cum illis apicem versus saturate virentifuscae, intimae 3‴ longae conniventes dorso virides apice appendicula brevi alba lanceolato-ovata patula auctae, flores superantes. Flores in capitulo 2—3 fertiles exteriores, plerumque bini steriles interiores. Corollae omnium tubulosae vix 1‴ longiores, tam steriles quam fertiles stamina et stylum continent tubo inclusa, stylus tamen illarum simplex apice vix capitellatus, fertilium florum apice brevissime bilobus. Achaenia iis *P. spicati* similia, sed pappus est albus, florum fertilium e setis 20—25 constans 2—3‴ longis, dum flores steriles vix 20 setas continent plerumque duplo breviores.

E notis explicatis elucet, sit medius inter *P. spicatum* et *pygmaeum*.

Anthesis: veris initio.

65. **Pteropogon ramosissimus**, humilior, caulibus numerosis ramosis vel paucis e basi ramosissimis foliisque glabris, ramulis araneosis, foliis alternis semitereti-filformibus, capitulis ramulos terminantibus corymbosis, involucri squamis interioribus appendicula ovali oblongave alba radiantibus, pappo utriusque floris serrato subflavescente, summo apice incrassato, achaeniis strigosis.

In planitiebus arenoso-argillaceis inter montes Flinders-range et sinum Spencers-gulph etiam non procul a rupe Cudnaka.

Herba annua 2″ — $^1/_2$′ alta plus minusve adscendens. Radix tortuosa saepe oblique descendens nunc perpendicularis,

tennis parce fibrillifera. Caules et rami obsolete angulati. Folia $^1/_2$ — $1\,^1/_2$″ longa, raro ad 1‴ lata carnulenta obtusiuscula satis approximata. Capitula campanulata in ramulorum apicibus solitaria ideoque corymbum mentientia, ad summum $1\,^1/_2$″ longa. Involucri squamae 3—4-seriales scariosae imbricatae appressae dorso e viridulo flavescentes, nitentes sessiles glabrae vel basi paulatim ciliatae, extimae ovato-oblongae, interiores lanceolatae, intimae subconcavae in appendicem petaloideam lacteam oblongam ovatamve radiantem 1—3‴ longam productae. Flores in capitulo exteriores fertiles inter numeros 10—13 variantes, steriles centrales 8—9, omnes glabri 2—3‴ longi 5-dentati mediotenus filiformes inde ampliores cylindrici, basi tumescentes; steriles hermaphroditis paulo minores, dentibus omnium erectis acutis concoloribus. Stylus fulvidus florum longitudine obsolete papillosus, in hermaphroditis profunde, in sterilibus breviter bifidus, basi tumidus, ramis capitellatis. Achaenia florum fertilium compresso-oblonga basi attenuata, undique pilis rigidulis albis appressis apice uncinulatis laxe vestita, $1\,^1/_2$‴ longa, $^1/_2$‴ lata sordide fusca. Fructus florum sterilium compresso-filiformes ceteroquin simili vestimento et callo basilari perforato praediti. Pappus conformis flores aequans e setis circiter 20—25 dilute flavescentibus serrato-scabris apice paulo incrassatis.

Anthesis: primo vere.

66. **Pteropogon platyphyllus**, glaber, elatior, caule solitario in ramos plures elongatos monocephalos diviso, foliis alternis oblongo-lanceolatis glaucescentibus dissitis sensim in basin latam angustatis, involucri squamis interioribus appendicula ovato-oblonga alba radiantibus, pappo florum sterilium serrato vel breviter plumoso, fertilium longiuscule plumoso, in utroque albo, achaeniis fertilibus obovatis dense albo-sericeis,

Ad margines rupestres rivulorum ad Cudnaka rariusve ibidem in planitiebus sterilibus.

Herba annua erecta vel basi decumbens pedalis et altior. Radix crassiuscula curvata fibrillifera. Caulis inferior pars simplex crassitie pennae gallinaceae, superior in plures ramos divisa. Rami stricte erecti subtiliter striati elongati, superne longe nudi. Folia distantia 1 — 2″ longa, 3 — 5‴ lata, glauca interdum purpurascentia, tenera acuta sessilia. Involucri hemisphaerici circiter $^1/_2$″ longi squamae e viridi fulvescentes 3 — 4-seriales scariosae glabrae, extimae valde breves lato-ovatae, interiores sensim elongatae ovato-oblongae margine hyalinae, appendice 1 — 1 $^1/_2$″ longa radiantes. Flores omnes hermaphroditi, fertiles in ambitu 5 — 6, steriles 3 — 4 centrales. Corollae fertilium filiformes rigidulae haud vel parumper apicem versus ampliatae breviter dentatae 2 — 3‴ longae pappo superatae. Stylus basi tumidus ideoque tubus hinc dilatatus. Achaenia fertilia compresso-obovata paulo curva, dense albo-sericea 1 $^1/_2$ — 2‴ longa. Pappi setae 18 — 22 albae a basi ad apicem plumosae, costa crassiuscula. Flores steriles aliis graciliores, praesertim medio tenus gracillimi cetero hermaphroditi. Antherae e corolla breviter emersae stylum simplicem vel bifidum longe superantes. Achaenia sterilia tenuia vel tenuissima lineam longa, albo-sericea. Pappus horum serratus vel plerumque breviter plumosus achaenio duplo longior, albus, summo apice parum incrassatus, e setis 14 — 18 formatus flores aequantibus gracilibus.

Anthesis: primo vere.

Obs. Pteropogonis species mihi notae sequente modo ordinandae sunt:

Sect. I. *Eupteropogon* Ferd. Mueller.

Capitula pauciflora. Involucri cylindrici squamis intimis

exappendiculatis aut minuta appendicula vix radiante instructis. Pappus florum omnium plumosus.

Hujus loci sunt:

1) *P. spicatus* Steetz.

2) *P. intermedius* Ferd. Mueller.

3) *P. pygmaeus* Cand.

Sect. II. *Schoenia* Steetz.

Capitula multiflora, floribus sterilibus (an semper?) praevalentibus. Involucri cylindrici squamis intimis appendicula radiantibus. Pappus florum omnium serratus vel subplumosus.

Ad hanc sectionem pertinent.

4) *P. Cassinianus* Ferd. Mueller.
Schoenia Cassiniana Steetz.

5) *P. Humboldtianus* Ferd. Mueller.
Schoenia Humboldtiana Steetz.

6) *P. oppositifolia* Ferd. Mueller.
Schoenia oppositifolia Steetz.

Sect. III. *Helipteropsis* Ferd. Mueller.

Capitula multiflora, floribus fertilibus praevalentibus, idcirco involucrum campanulatum vel hemisphaericum; squamae ejusdem intimae appendicula radiantes. Pappus florum omnium serratus vel fertilium plumosus.

Hac sectione comprehenduntur.

7) *P. ramosissimus* Ferd. Mueller.

8) *P. platyphyllus* Ferd. Mueller.

Omnium specierum flores, quantum scio, hermaphroditi sunt, tum steriles cum fertiles. Divisio styli florum sterilium non semper offert signum pro diagnosi certum, nec desiderantur transitus perfecti a floribus sterilibus ad fertiles evolutione organorum rite medium tenentes! Praeterea in *Heliptero corymbifloro* Schldl. saepius flores aliquot centrales

observantur steriles, qua re hanc speciem prius nomine *Schoeniae helipteroidis* descripseram. Quum ideoque florum sterilium praesentia, nullis validioribus notis adjecta, certissime ad genera discernenda non sufficiat, haud mirum erit, si aliquando, speciebus aliis intermediis, et *Pteropogon* et *Schoenia* ad *Helipterum* revocantur, ne genera jam nimis artificialiter nunc definita, absque causa augeantur.

67. **Helipterum chionolepis**, caule erecto ramoso, ramis apicem versus laxe lanuginosis, foliis sessilibus linearibus glabris integerrimis acutis, summis scariosis et in squamas involucri desinentibus, capitulis in apice ramulorum solitariis sub anthesi hemisphaericis, involucri squamis multiseriatis concoloribus niveis scariosis ovato-lanceolatis acutis, achaeniis albo-sericeis, pappi setis circiter 9—10 apice longius plumosis.

Juxta montes Flinders-range et Cudnaka locis sterilibus.

H. floribundo maxime affine. Caulis solitarius vel plures, pedem altus sive altior. Rami adscendentes foliati. Folia 1—2″ longa et totidem lineas lata, saepius margine parum involuta, summa minora. Capitula ante anthesin ovata, expansa hemisphaerica diametro linearum 8—9. Squamae 2—3‴ longae, radiantes tantum lanatae ad apicem stipitis cuneati costa virente percursi. Pappus albus flores subaequans, achaenio longior.

Anthesis: primo vere.

68. **Chrysocephalum pterochaetum**, caule suffruticoso erecto ramosissimo folioso, ramis albo-tomentosis, foliis glabriusculis angusto-linearibus acutiusculis nec mucronatis, margine revoluto, capitulis in ramorum apice corymbum oligocephalum densum formantibus turbinatis in basin attenuatis, squamis multiserialibus dilute flavescentibus apice aureis lau-

ceolatis acutis dorso scabriusculis punctatis margine ciliatis, interioribus et intimis in stipitem angustatis, achaeniis minuto-papillosis cylindricis in basin attenuatis apice truncatis, pappi setis 13 — 15 fere a basi alba ad apicem pallide flavescentem breviter plumosis.

In vicinia rupis Cudnaka.

Species notis indicatis facillime recognoscenda. Suffrutex pedalis vel altior. Folia 1 — 1 1/2″ longa, 1‴ circiter lata sessilia subtus non tomentosa. Flores graveolentes. Involucrum ad 4‴ longum sensim et magis, quam in ceteris speciebus attenuatum. Pappus bilinearis floribus paullo brevior, achaenio paene triplo longior.]

Anthesis: primo vere.

69. **Erechtites lacerata** (*Tulodiscus*), glabra, caule herbaceo simplici erecto anguloso, foliis aurito-semiamplexicaulibus lanceolatis acutis basin versus angustatis, margine lobulis acute dentatis lacero non revoluto, cymis terminalibus glomeratis paniculam parvam formantibus, floribus involucrum breviter cylindricum aequantibus, squamis involucri 10 — 12 acutis glabris membrana angusta marginatis basi bracteolatis, floribus perpaucis hermaphroditis, multis foemineis, achaeniis pubernlo-scabris.

Ad Cudnaka rivum.

E. sonchoidi characteribus proxime accedere videtur, dum figura *Senecioni odoratae* affinis. Radix forsitan annua ramosa squalide fusca. Caulis pedalis vel sesquipedalis, raro paucipollicaris, ratione altitudinis crassus. Folia circiter 2— 3″ longa et 1 — 1 1/2″ lata, venis patentibus subtus prominentibus percursa, non nisi inferiora sensim in brevem petiolum angustata, interdum purpurascentia, subtilissime punctulata. Capitula fere 3‴ longa, 1 1/2‴ lata pedicellis praesertim

apice bracteolatis longiora. Involucrum virens glabrum neque floribus nec pappo superatum apice paulisper patulum. Achaenia vix 1‴ longiora fusco-cana angulata apice scilicet in discum brevem albidum dilatata.

Anthesis: vere.

70. **Senecio angustilobus,** fruticosus, glaber, ramis patentibus striatis teretiusculis, foliis pinnatipartitis, lobis linearibus distantibus elongatis cum rhachi integerrimis, cymis compositis densis in corymbos terminales multifloros congestis, pedicellis plerumque involucro parum brevioribus sparsim praesertim ad apicem bracteolis subulatis obsessis, involucro cylindrico octophyllo disco breviore, floribus nullis radiatis, discoideis 9—11, achaeniis tenuibus secus angulos puberulo-scabris.

In cacuminibus montium petraeorum Cudnaka versus.

S. anethifolio videtur persimilis. Species pluripedalis venusta. Folia satis approximata, lobis utrinque 4—6 cum impari nunc 1″ longioribus nunc brevioribus crassiusculis subacutis vix 1‴ latis. Latitudo rhacheos eadem. Involucra circiter 4‴ longa et 1 ½‴ lata, phyllis acutiusculis apice saepius sphacelatis. Dimidia superior florum pars ex involucro emergens sensim ampliata, dentibus 5 lanceolatis patentibus. Antherae subexsertae. Achaenia 1‴ metientia tenuia striata pappo albo duplo breviora, pallida.

Anthesis: vere.

71. **Senecio magnificus,** radiatus, glaber, caule fruticoso ramoso angulato valido, foliis aurito-semiamplexicaulibus glaucis oblongo-lanceolatis acutis infra medium angustioribus, margine dentes remotos acutos gerente, cymis terminalibus 2 — 5-floris in corymbum dispositis, involucri campanulati phyllis 12 — 14 acutis sphacelatis disco brevioribus

basi subnudis, floribus disci numerosis pappum scabrum vix superantibus, achaeniis angulatis cano-puberulis apice aequalibus.

In glarea exsiccata rivi Cudnaka.

A sequente, cujus habitum prae se fert absque difficultate discernitur: capitulis pluries minoribus, foliis caulibusque magis glaucis, pedicellis brevioribus et receptaculi alveolis nudis.

Anthesis: vere.

Sect. *Pseudosenecio.*

Receptaculi alveoli in dentes longos acutos producti. Aliquot notis etiam *Notoniae* convenit.

72. **Senecio megaglossus**, radiatus, glaber, caule fruticoso ramoso angulato valido, foliis glaucescentibus oblongo-lanceolatis sensim in basin sessilem vix auriculatam angustatis margine obsolete dentatis vel integerrimis, pedunculis 1—3-floris ramulos terminantibus, pedicellis parce bracteolatis apicem versus incrassatis, involucri semiglobosi phyllis 14—18 acutis sphacelatis discum aequantibus basi subnudis, floribus disci numerosis pappum scabrum inaequalem vix superantibus, achaeniis glabris nigro-fuscis striatis cylindricis in discum pappiferum dilatatis.

Pseudosenecio megaglossus Ferd. Muell. coll.

In collibus aridis pone fodinas Burra, inter rupes ad Broughton-flumen et inter rivos Hutt et Hill.

Frutex statura *Senecionis odorati.* Folia subglauca carnulenta oblongo- vel cuneato-lanceolata acuta, margine dentibus remotis brevissimis praedita subinde integerrima, 2—4″ longa, $^1/_2$—1″ lata. Capitula in pedunculis sensim incrassatis terminalia solitaria, quoad figuram non absimilia *Arnicae montanae.* Involucrum nudum vel una alterave squama accessoria auctum, latissime campanulatum vel hemisphaericum.

Squamae ejusdem circiter 20, interdum pauciores, oblongo-lineares acuminatae margine scariosae, fere unciam longae, discum subaequantes, nervo dorsali prominente. Flores radiales 10—12 flavi, ligulis lanceolato-oblongis, pollicis longitudine et ultra involucrum excedentibus. Antherae florum discalium partim e tubo emersae, styli ramis recurvis superatae. Achaenia (vix matura) conformia teretiuscula angulato-striata pappo copioso albo ter breviora.

Anthesis: vere.

Lobeliaceae.

73. **Isotoma petraea**, glaberrima, rhizomate lignoso pluricauli, caulibus diffusis vel adscendentibus angulatis, foliis lanceolatis vel ovato-lanceolatis acuminatis inaequaliter laciniatis, laciniis brevibus patentibus acutis saepe dentibus interjectis, pedicellis patentibus aetate divaricatis folia bis terve superantibus, tubo calycis obconico decemnervio, lobis linearibus acuminatis aetate divergentibus tubo corollae triplo brevioribus, laciniis corollae lineari-lanceolatis acuminatis tubum dimidium aequantibus, filamentis glabris connatis, arista antherarum reflexa iisdem duplo breviore.

In rimis rupium nudarum tractus Flinders-range, prope Crystal brook, Mount Remarkable, Beautiful valley, Cudnaka etc.

Herba perennis acerrima odore Lepidiorum. Caules ramosi saepe pedales et multiflori. Folia in petiolum desinentia ad 2‴ longa et 1‴ lata nitidula carnulenta. Corolla sesquipollicaris alba in carneam vergens, tubo parum virente, laciniis horizontalibus reflexisve, 3 inferioribus ad junctionem luteolis. Antherae pilis albis flexuosis obsitae. Capsula 8‴ longa, ad 4‴ crassa. Semina obscure fusca nitidula pulchre punctata vix $^1/_2$‴ longa et $^1/_4$‴ lata, cylindrico-oblonga

truncata, etsi paululum angulata, certe non triquetra, quam in congeneribus dicenda.

I. axillari propinqua.

Anthesis: vere.

Goodeniaceae.

Picrophyta nov. gen.

Calycis limbus 4-partitus, lobis subulatis subaequalibus, tubus germini adnatus e fissura longitudinali corollae calcar emittens. Corollae bilabiatae tubus fissurae calycis contrarie fissus, basi germini accretus, postice in calcar desinens, limbi lobis margine alatis. Antherae distinctae. Stylus indivisus. Stigmatis indusium magnum ciliatum non in labia partitum. Capsula ultra medium bilocularis, valvis breviter bifidis. Semina in quovis loculo biseriato-imbricata compressa margine incrassata, faciebus papilloso-asperula.

Herbae Australes annuae vel perennes caulescentes habitu glauco superfusae, sapore amarae, foliis alternis vel dentatis vel pinnatim partitis, corollis albidis e purpureo tinctis venosisque suaveolentibus: laciniis earum superioribus supra genitalia erecto-adscendentibus et conniventibus, tribus inferioribus reflexo-patentibus.

Genus hinc *Velleyae* inde *Goodeniae* connexum, at notis dictis adjuvante habitu peculiari probe seorsum.

84. **Picrophyta albiflora.**

Goodenia albiflora Schldl. Linn. 1847. major, uni-— pluricaulis, rhizomate lignoso perenni, foliis confertis rhombeo-ovatis seu lanceolatis argute serratis glabris in basin cuneatam integerrimam sensim angustatis, superioribus subsessilibus, racemo multifloro, bracteis angusto-lanceolatis foliaceis, corollis extus glabriusculis intus secus tubum et faucem papilloso-puberulis in calcar obsoletum gibbiforme

productis, stylo cum basi exteriore indusii pilis albis pubescente, margine indusii albo-ciliato, capsulae loculis fere apice tenus dissepimento separatis poly (11 — 17-) spermis.

Frequens ad amnes exsiccantes glareosos regionum borealium coloniae, rarior ad latera lapidosa montium Lofty-range, prope sinus Holdfast-bay et Encounter-bay nec non trans flumina Murray et Gawler.

Descriptionem fusiorem jam cl. Schlechtendal l. c. publicavit.

Anthesis: toto vere.

75. **Picrophyta calcarata**, annua, minor, simplex, foliis caulinis remotis pinnatim partitis longe petiolatis glanduloso-ciliatis, racemo paucifloro, bracteis linearibus, corollis extus glabris intus ad faucem papilloso-striatis in calcar subulatum productis, stylo glabro, basi indusii atro-rubro barbata margine brevissime atro-purpureo ciliato, capsulae loculis ultra medium dissepimento superatis 5 — 8-spermis.

In clivis lapidosis montium boreali-orientalium prope Cudnaka.

Herba erecta ad summum pedalis plerumque humilior. Radix tenuis paulo torta albida simplex descendens paucis fibrillis capillaribus instructa. Folia in caule flexuoso satis dissita, tantum radicalia conferta, ima oblonga integra in brevem petiolum cuneato-contracta, superiora sensim latiora profundius profundiusque divisa, i. e. grosse dentata, laciniata denique media et superiora pinnatim partita, ambitu plerumque ovata 1 — 2-pollicaria, petiolo saepe pollicem longo decurrente (quo caulis acutangulus) insidentia, glabriuscula margine crispato tamen uti costa petiolus caulisque pilis brevibus glandula terminatis ciliata; partitiones foliorum patentissimae subopppositae ovatae vel oblongae acuminatae acute dentatae

vel incisae, inferiores remotae minores, superiores cum lobo terminali confluentes. Racemus terminalis pauciflorus interdum ad unicum florem depauperatus. Pedicelli alterni patentes floriferi 2‴ fructiferi 3‴ metientes acute angulati, bracteolis 2 lineari-subulatis 1 — 2‴ longis obsessi et bractea lineari-angustissima ima saepius trifida ipsis longiore vel breviore suffulti, cum calyce et bracteis glanduloso-pilosi. Corollae cum stylo staminibusque glabrae sed prope faucem striis papillarum e conjunctione lobarum orientium albis praeditae, alis margine integris. Corollae addito calcare circiter 1″ longae, itaque illis *Picrophytae albiflorae* minores. Calcar subulatum $1\frac{1}{2}$ — 2‴ metiens denique extrorsum curvum. Calycis lariniae tubo quinquenervio 3‴ longo duplo breviores acutae. Stamina fere indusium attingentia; antherae fuscae oblongo-lineares in filamentis duplo longioribus albis patentes basifixae, apiculo brevissimo papilloso terminatae. Stigmatis indusium ad angula continuum, margine pilis brevissimis obscure purpureis ciliolatum, dorso basin versus pilis longioribus rigidulis lucentibus atro-rubris barbatum. Capsula ovata, calyci persistenti accreta chartacea $\frac{1}{2}$″ longa, $\frac{1}{4}$″ crassa, septo haud multum ultra dimidiam altitudinem producto divisa, loculo quovis 5 — 8-spermo. Semina pallida flavescentia paene 2‴ longa ovato-plana utroque latere papillis minutis acutis subtiliter asperata.

Anthesis: priore veris dimidia parte.

Convolvulaceae.

76. Convolvulus crispifolius, pilis cinereis densis sericeo-pubescens, caulibus herbaceis prostratis, foliis hastato-cordatis acutis crispatis, margine inaequaliter et grosse dentatis, pedunculis folio oppositis solitariis 1 — 2-floris petiolum superantibus pedicellum crassiusculum aequantibus, bracteis

lineari-subulatis, sepalis subrotundis acuminato-mucronulatis, 2 exterioribus paulo majoribus praecipue sericeis capsulam globosam breviter rostellatam glabram subaequantibus, corollae lobis acutis villosulis.

In montibus nudis petraeis aliquot milliaria Anglica directione boreali-orientali a Cudnaka.

Herba perennis pulchra, caulibus pluribus plerumque elongatis humifusis, rarius brevibus et adscendentibus. Folia ad summum unciam longa, basi fere totidem lata, petiolo semper duplo longiora, acute et profunde dentata. Corollae roseae vel incarnatae seminunciales, iis minorum formarum *C. erubescentis* aemulae. Pedunculus cum pedicello validus. Antherae albidae. Stigmata rubra. Capsula quam ea *C. erubescentis* paulo minor. Semina subovata, dorso convexa, ventre acutangula basi et apice acutiuscula nigra, tuberculis amorphis obsita, $1\frac{1}{2}'''$ longa et $1'''$ lata.

Anthesis: vere.

Asperifoliae.

77. **Heliotropium elachanthum** (*Orthostachys*) pusillum, procumbens vel adscendens, multicaule, pilis accumbentibus strigosum, caulibus distachyis; foliis oblongo-linearibus sessilibus obtusiusculis planis, spicis multifloris rectis, bracteis foliaceis calycem superantibus angusto-oblongis, nucibus ovato-triquetris acutis glaberrimis muricato-rugosis.

In pratis ante rivulum Rocky-creek rarum.

Herba forsan annua paene *Echinospermi Lappulae* facie. Radix fibrosa. Caules in spicas digitales soluti. Folia inferiora $1\frac{1}{2}''$ longa, $2'''$ lata, superiora sensim breviora, vix tamen angustiora. Spicae 12 — 20-florae, interdum ramosae, saepe flore alari conjunctae. Calyx brevissime pedicellatus profunde 5-fidus hispidus, laciniis angustis acutiuscu-

lis, in fructu patulis bilinearibus. Corolla alba minima e calyce vix emergens fauce lutea; tubus limbo tenus attenuatus, antheris flavis ovato-oblongis. Nuculae politae vix 1‴ longae pallescentes.

In vicinia *H. ventricosi* inseratur.

Anthesis: primo vere.

Labiatae.

78. **Prostanthera striatiflora**, ramis calycibus foliisque glabris, his lanceolato-linearibus crassiusculis integerrimis margine inflexis, racemis laxis terminalibus foliatis, corollae extus sparsim pilosulae labio superiore breviore, calcare antherarum altero loculum fere duplo superante.

In clivis rupestribus nec non in alveis amnium glareosis inarescentibus prope Wullendunga, Cudnaka et Arkaba.

Frutex decorus pluripedalis vel humillimus erectiusculus interdum procumbens, saepe amplus densus, sapore amaro. Rami vix striatuli laeves. Folia $^1/_2$ — 1″ longa in basin et apicem angustata acuta ad 2‴ lata, brevissime petiolata, floralia conformia. Racemi crebri plerumque pauciflori. Pedicelli complanati 1 — 2‴ longi apice bracteolas oblongo- vel angusto-lineares acutas ad 3‴ longas gerentes. Calyx dense et subtilissime punctatus herbaceus saepe coeruleseens aetate scariosus nervosus et venoso-reticulatus, sub florescentia 4‴ longus, sub fructificatione duplo major, tubo 2‴, labio superiore semilanceolato-ovato acuto circiter $^1/_2$″ longo, inferius obtusissimum bis terve superante. Corolla calyce duplo major albida, pulchre striis obscure rubris ornata, labio superiore 2-, inferiore 3-lobo, lacinia hujus media permagna emarginata ad faucem flavo tincta. Stylus calycis labium inferius excedens apice bifidus. Filamenta glabra, antherarum loculo altero inappendiculato.

Variat floribus majoribus et minoribus. Pluribus notis *P. nivcae* congrua.

Anthesis: vere.

79. **Klanderia chlorantha**, ramis calycibus foliisque pube ramosa brevi rigida asperis, foliis crassis minimis subhastato-ovatis margine revolutis junioribus fasciculatis, floribus axillaribus solitariis pedunculatis, bracteolis pedunculo multo brevioribus, calycis labiis aequilongis longe angustatis, antheris ecaudatis.

In montibus altis petraeis juxta amnem Mount-Barker-creek sitis flumen Bremer versus detexit amicissimus L. Fischer.

Caulis lignosus valde ramosus, ramulis tenuibus. Folia $1\frac{1}{2}-2'''$ longa, marginis reflexi ergo tantum $1'''$ lata, indumento albo scabra. Calyx striatus, tubo $3-4'''$ longo sensim in faucem $2\frac{1}{2}'''$ latam ampliato, labiis tubi longitudine gradatim angustatis acutis sub fructu haud conniventibus. Corolla (ex inventore) viridis, calycem superans in tubum longum attenuata, fauce campanulata; labium superius inferiore longius. Stylus breviter bifidus, lobis aequalibus patulis. Antherae biloculares, loculis parallelis longitudinaliter dehiscentibus. Carpidia oblonga fusca subtilissime punctata conspicue reticulata sesquilineam longa.

Anthesis: vere.

80. **Teucrium petrophilum** (sect. *Teucris*), herbaceum, tenuiter pubescens, foliis lanceolatis grosse-dentatis subtus viridi-canis, cymis axillaribus pedunculatis corymbosis compositis, calycis campanulati puberuli dentibus semilanceolato-subulatis.

Inter Wulpena et Arkaba ad rivulos exarescentes, et ad montium apices petraeos juxta Baruta et Crystal-brook.

Caulis erectus vel adscendens 2 — 3′ parum ramosus. Folia satis distantia, inferiora 1 $^1/_2$—3″ longa et ad 1″ lata in petiolum angustata venosa supra glabriuscula, subtus plus minusve tomentoso-puberula, floralia suprema parva. Cymae illis *T. corymbosi* persimiles plerumque tamen divitiores. Flores albi inodori.

Anthesis: vere.

Myoporinae.

81. **Myoporum rugulosum**, innovationibus viscidis, ramis minutim tuberculatis, foliis coriaceis lanceolato-linearibus acutis imperfecte trinerviis apiculo reverso terminatis obsolete tuberculatis et crebre punctatis integerrimis, pedicellis axillaribus solitariis binisve reflexis, calycis lobis ovato- vel lanceolato-subulatis acuminatis corollae imberbis tubum aequantibus, drupis ovato-globosis.

In clivis umbrosis rupestribus tractus Flinders-range, prope Cudnaka et Dombey-bay.

Frutex pancipedalis formis minoribus *Eremothamni myoporoidis* habitu non absimilis aeque densus ramosus. Corolla alba cernua, laciniis obtusis reflexis. Stamina 4—5!*).

Folia nitentia recentia carnulenta exsiccando rugulosa, sapore paene menthaceo.

Differt a *M. deserti* corollis tantum 3‴ longis calyce duplo longioribus, pedicellis semipollicaribus, a *M. Cunninghami* foliis brevioribus et corolla glabra, a *M. stricto* foliis duplo latioribus acutis. Etiam a *M. dulci* haud multo discedit.

Anthesis: Sept., Oct.

---

*) Etiam *M. insulare* occurrit stamine quinto.

82. **Eremophila***) **latifolia**, ramis puberulis, foliis alternis coriaceis ovato-lanceolatis ovatisve serrulato-crenatis glabris, corollae extus sparsim pilosulae labio superiore quadridentato, dentibus acutis, duobus remotis, labio infero breviore acuto reflexo, staminibus subinclusis, sepalis sessilibus glabris eglandulosis reticulatim venosis, 2 interioribus oblongo-cuneatis, ceteris fere obovatis, omnibus obtusis apiculatis denique auctis scariosis et in formam suborbiculatam mutatis.

In declivitatibus petraeis juxta Cudnaka rara!

Frutex pluripedalis paulo viscidus, obiter visus *Myoporum tuberculatum* repraesentans. Rami teretes cortice fulvo aetate nigrescente vestiti, foliis delapsis lenticellati. Folia approximata pollice paulo longiora vel breviora acutiuscula circiter semiunciam lata, in petiolum brevem angustata uninervia, recentia paulo nitidula. Pedicelli solitarii axillares floriferi horizontales vel declinati, fructiferi (flexu apicali et basali) penduli, $^1/_2$ — $^3/_4$″ longi. Sepala 5 — 8‴ longa et saepe non minus lata, nitentia. Corollae pollicaris ad medium usque bilabiatae tubus amplus sensim in basin attenuatus; color videtur fulvus sed in flore emarcido non distinguendus. Labium inferum angustum reflexum 3 — 4‴ longum. Filamenta vix exserta, antherae et pistillum glabra. Drupa sphaerica glaberrima (vix matura piso major).

Species maxime singularis generis *Eremophilae*.

Corolla rite congenerum nec *Eremophilae viscidae* Endl., quae propter corollae formam insignem aliasque notas cum *Eremophila* non convenientes inevitabili modo genus separ fingit *Eremocosmi* nomine salutandum.

Anthesis: Septembre.

---

*) *Eremophila* non nisi subgeneris valore a *Stenochilis* divellenda.

Pholidiopsis nov. gen.

Calyx quinquepartitus, lobis semilanceolatis acuminatis, fructiferis immutatis. Corolla subincurva basi cylindrica supra calycis lobos campanulata, intus parce barbata apice 5-loba obsolete bilabiata, lobis subaequilongis, labii inferi intermedio horizontali in acumen breve recurvatum acutumque terminato, lateralibus reflexis; labii superi lobis adscendentibus. Stamina 4 inclusa subdidynama genuflexa tubo inserta, duo basi pilosula. Antherae sagittatae imberbes. Germen ellipsoideum acutum glabrum haud compressum. Stylus glaber, stigmate indiviso minutim papilloso. Drupa ovata baccata, putamine biloculari, loculis septo longitudinali incompleto bilocellatis.

Prope *Pholidiam* inserenda, multis notis etiam *Pseudopholidiae* et *Dasymaliae* accedit.

83. **Pholidiopsis santalina.**

In clivis rupestribus collium pone Cudnaka, una cum *Convolvulo crispifolio* et *Picrophyta calcarata*.

Frutex pluripedalis erectus habitu *Santalorum* frutescentium indigenorum. Rami fulvi transversim rimosi, ramuli foliosi glandulis depressissimis adspersi. Folia subcoriacea glabra alterna, oblique et anguste lanceolata, in longum acumen et petiolum brevem sensim angustata, leniter curvata, uncinata utrinque saturate viridia nitidula creberrime punctata rugulosa uninervia integerrima ad 3″ longa et $^1/_2$″ lata, pleraque tamen minora. Pedicelli axillares solitarii ebracteati erecti denique horizontales uncia parum breviores apice incrassati. Calyx bilinearis glaber. Corolla alba 6 — 9‴ longa, lobis inaequilatis acutis. Drupa ante maturitatem aurantia, matura nitenti-fusca ovata 4‴ longa laevis (ni exsiccatione rugata) styli rudimento persistente rostrata, locello uno alterove abortivo.

Anthesis: primo vere.

84. **Pholidia crassifolia**, glabra, foliis sparsis confertis patentibus crasso-coriaceis complicatis late ovatis integerrimis in basin breviter angustatis, petiolo brevissimo adnato insidentibus exsiccando rugatis, floribus axillaribus solitariis, calycis laciniis lanceolato-subulatis glabris.

In vicinia sinus Dombey-bay ad margines fruticetorum legit Carolus Wilhelmi.

Frutex pulchellus erectus ramosus pancipedalis. Rami stricti. Folia 3—4‴ longa nitentia minute punctulata interdum glandulis imperfecte tuberculata. Calyx drupam piso minorem sphaericam aequans, in pedicellum crassum $1\frac{1}{2}$ — 1‴ longum 5-angulatum desinens, fere duplo minor quam in *Pholidia Behriana*. Corolla illi ultimae similis, attamen minor. Drupa perfecte 4-locularis, loculis monospermis.

Species eximia certe *Pholidiae Behrianae* et forsitan *P. resinosae* congener, sed, ni speciebus intermediis hactenus incognitis cum *Pholidia scoparia* (generis typo) confluit, aliquando generice adjunctis affinibus separanda, ob habitum alienum folia lata alterna sparsave et drupam haud acuminatam.

Anthesis, exitu veris et initio aestatis.

Scrophularineae.

85. **Veronica decorosa**, fruticosa, ramosa, ramulis bifariam, pedunculis unifariam puberulis, foliis glabris decussatis linearibus sursum angustatis, semiamplexicaulibus integerrimis vel remote dentatis uninerviis, margine breviter reflexis, racemis ex axillis foliorum superiorum, calycis quadripartiti segmentis angusto-lanceolatis acutis corollae tubum duplo superantibus, pedicello fructifero calycem duplo superante, capsula subrotunda turgida emarginata oligosperma.

In convallibus rupestribus tractus montani Flinders-range, e. g. a monte Remarkable ad montem Brown.

Frutex floribundus amoenus ornamenti causa colendus, erectus densus etsi amplus, plures pedes altus, multos ramos adscendentes vel erectos emittens. Folia 1 — 2″ longa, pleraque integerrima 1 — 2‴ lata, rarius latiora, remote denticulata. Racemorum flores 8 — 20 haud conferti, pedicello patenti sub anthesi trilineari sub fructificatione semiunciali insidentes. Brarteae lanceolato-lineares 2‴ longae. Corollae diametro paene $^1/_2$″, subrotatae, lacinia superiore fere orbiculata, lateralibus ovatis, inferiore oblonga, omnibus obtusis albidis et praecipue superioribus roseo-striatis vel roseis saturatius striatis. Germen viridi-flavum. Filamenta cum stylo alba glabra, stigma capitellatum. Capsula vix matura 1 $^1/_2$‴ longa et 2‴ lata, seminibus perpaucis nigris curvatis uncinato-acuminatis nitidulis, qualia de *V. formosa* praestantissimus Bentham indicat.

Plerisque notis cum *V. arenaria* concurrit.

Anthesis: vere.

86. **Gratiola pumilo**, erecta, glabra, foliis lanceolatis remote serrulatis acutiusculis sessilibus, pedunculis brevissimis, corollae tubo calycem parum superante staminibus sterilibus carente, capsula subcompresso-rotunda obtusa.

In locis inundatis prope Elshabe.

Herba erecta 1 $^1/_2$ — 3″ alta.

Anthesis: vere.

Acanthaceae.

87. **Rostellularia pogonanthera**, caule procumbente vel adscendente, ramis erectis, foliis lanceolato-ovatis cum illis hirtello-pubescentibus, spicis sensim attenuatis basi interruptis, pari infimo florum longe remoto, calycis profunde

quadripartiti lobis bracteolas parum superantibus iisque angustioribus subulato-linearibus subaequilongis margine membranaceis, corollae utroque labio extus puberulo, antherarum loculo superiore dorso barbato.

Secus ripam lapidosam graminosam rivi Arkaba.

Herba perennis multicaulis ramosa. Folia 3—6‴ longa acutiuscula breviter petiolata, superiora in axillis florigera. Bracteae inferiores lanceolatae, superiores per gradus angustiores. Calyx corollae tubum aequans. Corollae fere semipollicaris labio inferiore dilatato trifido extus pallescente intus pulchre purpureo, macula pectinata flavida ad faucem signato, lobis aequilongis sed medio duplo latiore, omnibus subacutis; corollae labio superiore erecto ovato-lanceolato sensim in apicem emarginatum attenuato. Stamina duo prope faucem inserta, filamentis planis anguste linearibus albidis labia paene aequantibus. Antherae nigrescentes, loculo inferiore appendice aequilonga alba aucto. Germen tenue gynophoro glanduloso brevi aurantio-fulvo obsolete denticulato cinctum, apice barbatum sensim desinens in stylum 2‴ longum, unilateraliter ciliatum supra medium glabrescentem apice curvatum, stigmate minuto truncato terminatum. Fructum non inveni.

Nil dictum est in toto genere de antherarum loculo superiore barbato, quare nostram etsi *R. procumbenti* arctissime propinquam ut novam speciem propono.

Anthesis: vere.

Solanaceae.

88. **Solanum eremophilum**, undique aculeis setaceo-subulatis numerosis rectis obsitum, caule humillimo herbaceo diffuso ramoso, foliis ambitu ovatis margine irregulariter sed vix profunde sinuatis, supra sordide virentibus, sparsim pilis

stellaribus obsitis, subtus pallidioribus pube brevi stellari tomentellis, pedunculis lateralibus 1 — 2-floris solitariis geminisve, calycis laciniis acutis lanceolato-angustatis.

In pascuis argillaceis parum salsis ad latus occidentale montium Flinders-range et inter rivos Rocky-river et Rocky-creek.

Herba perennis super humum expansa aut altior erectiuscula. Folia $1^1/_2$—2″ longa ad 1″ lata. Aculei fulvo-ignei 2—5‴ longi. Calyx ultra medium fissus 4—6-linearis. Corolla violacea extus tomentella. Antherae luteae. Stylus plerumque pallescens vix curvatus, stigmate viridulo. Bacca semipollicaris subglobosa apiculata.

S. Hystrici affine.

Anthesis: vere.

89. **Solanum petrophilum**, undique aculeis setaceo-subulatis rectis obsitum, caule fruticoso ramoso diffuso, foliis ovato-oblongis undulatis sinubus regularibus breviter lobatis, supra flavo-viridibus pilis stellaribus indutis, subtus pallescentibus pube brevi stellari tomentosis, pedunculis lateralibus terminalibusque uni- — trifloris solitariis, calycis laciniis cymbiformibus attenuatis dorso crasse carinatis.

In collium rupibus et glarea fluviorum exarescentium prope Cudnaka.

Fruticulus diffusus humilis. Rami patentes paulo flexuosi. Folia 1 — $1^1/_2$″ longa, 6—9‴ lata. Aculei castaneo-fusci 2 — 5‴ longi. Calyx profunde fissus tomentosus circa 4‴ longus. Corolla subcyanea 1 — $1^1/_2$ diametro metiens extus tomentella. Antherae aureae. Stylus cyaneus in siccis speciminibus constanter uncinatus. Bacca depresso-globosa, diametro $^1/_2$″ tenens.

Anthesis: vere.

90. **Solanum lithophilum**, undique tomento denso stellari cano-indutum, caule suffruticoso diffuso, ramis petiolis et pedunculis setaceo-aculeatis, foliis ovato-lanceolatis sensim in apicem angustatis integerrimis, pedunculis longiusculis 2—4-floris lateralibus solitariis, floribus racemosis, calycis laciniis lineari-subulatis tomentosis.

In pascuis lapideo-argillaceis inter sinum Spencori et montes Flindersii, nonnunquam in collibus saxosis ad Cudnaka.

Suffrutex demissus tomento crasso vestitus. Folia $1\frac{1}{2}$—2″ longa, circiter 1″ lata, inermia ni basi uno alterove aculeo praedita. Aculei dilute fulvi tenues 2—4‴ longi recti. Calyx ultra medium fissus, laciniis angustis, 4—5‴ longus, coerulescens. Corolla violacea interdum quadrifida extus tomentella. Antherae luteae. Stylus violaceus curvatus, stigmate capitellato viridi.

S. elliptico approximandum.

Anthesis: vere.

Amarantaceae.

Hemisteirus nov. gen.

Flores hermaphroditi tribracteati. Calyx 5-sepalus, sepalis subaequalibus dorso et basi villosis, margine nudis, denique patulis. Stamina 3—4 in cupulam brevem integram vel latere fissam ciliatam connata; 2—3 fertilia lineari-filiformia, flexura leni declinato-adscendentia, glabra, antheris bilocularibus ovalibus; 1—2 sterilia minora capillaria, antheris castratis. Germen uniloculare liberum brevissime stipatum oblique situm apice ciliatum. Stylus elongatus lateralis. Stigma simplex capitellatum. Fructus evalvis monospermus basibus sepalorum adnatis perfecte inclusus. Semen verticale ovatum apiculatum, testa subcrustacea. Arillus

anguste linearis membranaceus semini accumbens et ejus longitudine, curvatus. Albumen centrale amylaceum, embryo annularis peripherieus, radicula supera.

Herba Australiae subtropicae annua saxicola erecta simplicissima vel et dichotoma et simpliciter ramosa, foliis angustis alternis integris, floribus in capitula terminalia collectis, bracteis persistentibus.

Inter *Psilotrichum* et *Ptilotum* ponendum genus, praesertim sepalis margine nudis, staminibus et arillo ab utroque distinguendum.

91. Hemisteirus psilotrichodes.

In montibus humilioribus petraeis juxta Cudnaka.

Radix tenuis flexuoso-descendens pallida simplex caulem singulum sive plures gignens. Hi lineam crassi vel tenniores lineis aliquot elevatis saepe rubellis striati, cum ramis patentibus $^1/_2$—1′ alti, imprimis superne sparsim pilosuli, fere apice tenus foliati. Folia sat approximata linearia sessilia sensim basin versus angustiora 1″ longa vel breviora, ad summum 2‴ lata, pleraque tamen multo angustiora, mucronulata, margine inflexa, plus minusve torta. Capitula anthesi ineunte hemisphaerica tandem globosa vel ovalia, densa $^1/_2$—1″ longa et 7—9‴ crassa. Bracteae tenerrimae concolori-hyalinae scariosae mucronulatae longitudine aequales, exterior dorso villosula glabrescens subcordato-orbiculata, laterales glabrae rotundae concavae. Calyx bracteis duplo longior circiter 4-linearis; sepala angusto-lanceolata vix ultro lineam lata acuta mutica vel brevissime mucronulata, viridia margine scarioso lato roseo limbata, villis brevibus paulo patentibus albis secus tergum et densissime circum basin vestita. Stamina glabra, fertilia calyce parum breviora; filamenta primo dilute fulva nitentia post foecundationem e pur-

pureo nigrescentia, antheris dilute fulvis ovalibus dorso affixis Filamenta sterilia cum antheris imperfectis albida. Stylus dilute virens vel pallidus glaber, stamina fertilia paulo superans, situs germinis glabri ergo quasi latere emissus, stigmate papilloso. Fructus lineam altus acute ovatus, pericarpio membranaceo e viridi nigrescente. Testa seminis dilute fulva laevis, umbilico apicali arillum albidum secus semen descendentem gerente. Fructus totus sepalorum basibus fere induratis arcte inclusus.

Anthesis: vere.

92. **Trichinium Beckerianum**, caule erecto vel adscendente herbaceo simplice cum foliis glabro, his ad rhizomatis apicem confertis angusto-lanceolatis in petiolum angustatis acutis brevissime mucronatis margine undulatis, caulinis perpaucis dissitis, superioribus eorum margine membranaceis squamiformibus, capitulis terminalibus solitariis hemisphaericis sphaericisve, sepalis bracteas ovatas acutas glabras triplo superantibus viridulis apice purpurascentibus bidentatis, villis calyce triplo pluriesve brevioribus cum bracteis pallide flavescentibus, stylo dense villoso!

In proximitate portus Lincoln detexit amic. Wilhelmi.

Inter ea hic indigena *Trichinio grandicipiti* quam maxime accedit, differt praecipue rhizomate tenui, caule humiliore 2—5″ alto non nisi foliis squameis remote obsesso, bracteis glabris haud fuscis, internodiis villorum duplo longioribus et stylo fere apice tenus longe villoso.

Anthesis: exordio veris.

93. **Trichinium variabile**, caule fruticuloso erectiusculo diffuse ramoso, ramulis foliatis teretiusculis laevibus simul cum foliis tomento tenui cano stellari indutis, foliis rotundis ovatis vel lanceolatis basi cuneata in petiolum desinentibus

apice obtusis vel bilobis breviter mucronatis margine integerrimis, capitulis ovatis globosis seu plerumque semiglobosis densis in apice ramulorum solitariis vel pluribus coadunatis, summis ramulis approximatis divaricatis subnudis cymam mentientibus, calyce bracteas duplo superante, sepalis lincaribus apice denticulatis roseis nitentibus, villis calyce parum brevioribus numerosis albidis, filamentis subulato-planis angustissimis, bracteis sordide fuscis intimis extimam plerumque glabriusculam superantibus ovatis acuminatis extus villosis.

In planitiebus sterilibus inter montes Flinders-range et sinum Spencers-gulph non rarum, rarius etiam in collibus saxosis prope Cudnaka alibique lacum Torrens versus.

Suffrutex amplus diffusus adscendens ulna vix altior saepe humilior. Folia satis crassa incluso petiolo 2—3-lineari pollicem longa ad 8‴ lata superiora sensim minora. Capitula interdum ultra $1\frac{1}{4}$″ longa sed pleraque 1″ breviora. Bractea extima obscure fusca subovata nec acuminata nec hyalina paulo brevior quam intimae plus minusve scariosae mucronato-acuminatae. Sepala 3—4‴ longa. Filamenta glabra stylo itidem glabro breviora. Germen superne villosum. Villi florum breviter articulati nitoris expertes.

Affinitate arcte copulatur pluribus speciebus Australiam occidentalem inhabitantibus; a *T. obovato* jam differt floribus albo-roseis nec fuscescentibus, a *T. gnaphalode* bracteis inaequalibus, filamentis planis lineari-subulatis, a *T. incano* eodem charactere et bractearum colore, denique a *T. lanato* calyce bracteis duplo longiore apicem versus roseo formaque filamentorum.

Anthesis: vere.

94. **Didymotheca veronicifórmis**, foliis linearibus planiusculis, calycis laciniis deltoideo-ovatis acutis, capsula sublaevi, seminibus concolori-fulvis reniformibus striato-rugosis, arillo semen subaequante.

In proximitate sinus Dombey-bay detexit Wilhelmi.

A *D. thesioide*, cui valde cognata, discedit extra diagnosis notas: caule pedali, fructibus paulo majoribus ($1\frac{1}{2}'''$ longis, $3'''$ latis). Vidi solummodo specimina foeminea.

Anthesis: vere et aestate.

95. **Gyrostemon pyramidalis** (*Codonocarpus*) foliis linearibus acutis sessilibus glaucis carnosis, floribus secus ramulorum partem inferiorem racemosis manifeste bracteolatis, calycis dentibus 8 — 12 brevi-triangularibus, fructibus late obconicis pedicellum in calycem sensim ampliatum subaequantibus, carpidiis circiter 30 oblongo-cuneatis ad apicem lunatim excisum anguli interioris dehiscentibus stylo coronatis, columna sensim in discum stigmatosum concavum dilatata.

In collibus humilibus parum fertilibus loci Moralalle nativis dicti prope montes Elders-range, ubi primo reperit cl. George Merchant.

Frutex arborescens e longinquo plantam coniferam aemulans, pyramidalis, valde flexilis tamen tenax 8 — 12′ altus, trunco ad basin 3—6″ diametro, vix lignoso-indurato simul cum ramis et ramulis laevissimo cano-viridi glaucescente. Rami crebri alterni angulo recto acutove divergentes. Folia 2—4″ longa, $1 - 1\frac{1}{2}'''$ lata semper in basin et plerumque in apicem mucronulatum angustata, recta plana. Stipulae et bracteae triangulari-subulatae $\frac{1}{2}'''$ longae deciduae. Pedicelli pollicares horizontales vel recurvi apice deflexi. Flores masculi desunt; foeminei semiglobosi, diametro trilineari. Styli subulati

radiato-reflexi. Fructus flavo-virens 8—9‴ longus et circiter 6‴ latus. Semina dilute fulva opaca uncinato-lenticularia transverse leniter rugulosa alternatim altius et demissius in carpidiis sita 2‴ longa et $1\frac{1}{2}$‴ lata strophiolo orbiculari-cordato depresso albido carnoso stipata.

Sapor totius plantae nauseoso-amarus.

Anthesis: plantae foemineae primo vere.

96. **Gyrostemon acaciaeformis** (*Codonocarpus*), foliis lanceolatis rarius obovatis rhombeisve acutis vel obtusis apiculatis glaucis carnulentis petiolatis, floribus ultra ramulorum medium racemosis vel paniculatis minutissime bracteatis, calycis sinnati dentibus 8 — 12 brevissimis, fructibus subcampanulatis pedicello vix apice incrassato fere duplo brevioribus, carpidiis 30—40 oblongo-cuneatis ad apicem anguli interioris lunatim excisum dehiscentibus, columna sensim in discum stigmatosum concavum dilatata.

In solo arenoso-argillaceo planitiei nemorosae prope Elshabe inter montes Flinders-range et sinus Spencer apicem.

Frutex altus vel arbuscula. Truncus brevis erectus at partim hypogaeus procumbens lignosus ad pedis diametrum, cortice longitudinaliter et transversim rimoso fulvo nigricante, ligno levi pallido. Rami validi plus minusve torti sat laeves cinereo-fusci basi ad $\frac{1}{2}$′ in diametro, ramuli divaricati vel acuto angulo divergentes rubello- vel flavo-fusci nitentes, juniores plurimum penduli magis virentes. Folia circiter $1\frac{1}{2}$″ longa, $\frac{1}{3}$ — 1″ lata in petiolum semiuncialem sensim desinentia. Bracteolae et stipulae minutissimae subulatae fugaces margine lenticelli affixae saepe obsoletae. Calyx patelliformis. Pedicelli fere pollicares divaricati saepius apice deflexi. Fructus pallide et sordide virens circiter 4‴ longus et apice haud minus latus. Semina fulva opaca uncinato-lenticularia

transversim rugosa alternatim altius et demissius in carpidiis sita $1^1/_2'''$ longa, $1'''$ lata, strophiolo rotundo bilobo albido carnoso stipata.

Sapor foliorum praesertim juvenilium nauseosus amaricans.

Anthesis: plantae foeminae primo vere.

Obs. Species ambae hic adumbratae inter genera *Gyrostemonis* et *Codonocarpi* ambiguae sunt. Nam series unica carpidiorum et praesentia stylorum praecipue has approximant *Gyrostemonibus* hucusque notis, dum columna in discum stigmatosum ampliata, forma et dehiscentia carpidiorum, seminum situs bracteaeque cum *Codonocarpo* exquisite conveniunt. Quum etiam cl. Endlicher *Gyrostemon cotinifolium* pro altera *Codonocarpi* specie probabili habuerit, genera contrahere malui quam novum constituere, saltem donec flores masculi omnium specierum (hactenus non nisi a *Gyrostemone ramuloso* cogniti) deteguntur. In subgenus tamen novas conferre potes, cui nomen „*Hymenotheca*“ attribuendum. *Gyrostemon pungens* in monographia ordinis nova excellente cl. Moquin-Tandonis omissus, jam ab equite Thomasio Mitchell anno 1831 prope limites boreali-orientales hujus coloniae detectus, ab illustri Lindley in opere mox postea edito paene intactus mansit, vix docente brevissima phrasi (in Mitchell three expeditions II, 121), a *G. acaciaeformi* specifice distat, quamvis characteres illius sint; appellatio „pungens“ rejiciatur, cum nec habitus nec succi sit pungentis.

Euphorbiaceae.

97. **Euphorbia deserticola** (*Tithymalus* Koch), suffruticosa, erecta, glabra, ramis teretiusculis leviter sulcatis trichotomo-fastigiatis, ramulis aliquot solitariis interpositis, foliis ad axillas oppositis internodiorum alternis exstipulatis deciduis lato-linearibus vel angusto-lanceolatis truncatis emar-

ginatis vel acutiusculis margine remote et minutim denticulatis in petiolum brevem angustatis, floribus terminalibus axillaribus alaribusque solitariis breviter pedunculatis, capsulis subgloboso-triangularibus laevibus calyce persistente obsolete lobulato suffultis.

Frequenter provenit in plagis semisalsis aridis virgultosis secundum bases occidentales montium Flinders-range, rarius in rupestribus prope Cudnaka et Arkaba.

Suffrutex $^1/_2 - 1^1/_2'$ altus abunde lactescens, radice ramosa, ramis recenter nitentibus inferne defoliatis. Folia glauca, (ob margines subinflexos) fere canaliculata, paene integerrima ad 1″ longa, 1—2 $^1/_2$‴ lata. Involucrum campanulatum virens glabrum circa lineam longum, obtuse 4—5-dentatum, glandulis totidem fuscis semiorbiculatis aut auriculatis dilatatum ebracteatum pedunculo duplo longius. Squamae florum masculinorum ciliolatae; antherae flavae loculis subglobosis. Capsula cernua, vix pisi magnitudine, parumper longior quam lata, trigastra. Styli tres viriduli breves, cruribus brevissimis recurvis integris. Columna laccro-ales. Semina ovata paulisper linea longiora cano-fusca punctata itaque rugulosa et et poris amorphis subrimosa.

Hinc *E. eremophilae* inde *E. paucifoliae* adfinis.

Anthesis: vere.

98. **Phyllanthus saxosus**, fruticosus, glaber, laevis, ramis angulatis foliisque glaucis, his carnulentis obovatis vel obcordatis basin versus cuneatis apice obtusis retusisve vix apiculatis breviter petiolatis, pedicellis axillaribus solitariis, rarius binis ternisve tandem divaricatis folio brevioribus, sepalis 6 margine membranaceis, 3 interioribus obovatis, 3 exterioribus oblongis obtusis vel acutiusculis, florum foemineorum majoribus, stigmatibus tribus crassis erectiusculis subulato-

filiformibus, stipulis lanceolatis integris, seminibus squalide fuscis.

Ad latera montium petraeorum Flinders-range, Crystal-brook, Cudnaka alibique lacum Torrens versus.

Frutex paucipedalis erectus dioicus, ramis elongatis virgatisque.

Caute a *Phyllantho Gunnii* distinguendus, differt praecipue: foliis plerisque quam latis ac longis, pedicellis florum masculinorum nunquam fasciculatis et seminibus fuscis nec nigris. An nihilominus mera varietas?

Anthesis: vere.

Thymelaeae.

99. Pimelea petrophila, foliis oppositis sessilibus angusto-lanceolatis acutiusculis intermedio longioribus venosis, floralibus ovato-lanceolatis quaternis, omnibus glabris, ramis dichotomis appresso-pilosulis, capitulis terminalibus alaribusque involucrum vix aequantibus vel eo brevioribus, floribus dioicis, calycis extus subsericei tubo limbi lobis oblongo-ovalibus obtusis duplo triplove longiore, staminibus limbo superatis, stylo emergente, stigmate capitellato, receptaculo hemisphaerico velutino.

Inter rupes et lapides montium altiorum tractus Flinders-range et prope Cudnaka.

Frutex paucipedalis erectus dichotomus, rarius humilis simplex. Folia et pubes ramorum *P. humili* similia, illa saepe aeruginosa. Ramificatio *P. dichotomae* et *flavae*. Cum posteriore etiam convenit floribus (an constanter?) unisexualibus, aequo modo tubo florum masculorum tenui, florum foemineorum brevi. Capitula illis *P. dichotomae* haud multo majora alba. Antherae vitellinae.

Anthesis: vere.

100. **Pimelea simplex**, annua, caule simplicissimo vel apice in ramos paucos erectos soluto, foliis deciduis alternis oblongo-linearibus acutiusculis subsessilibus, inferioribus glabris, superioribus cum ramis et apice caulis sparse pilosulis, floralibus minoribus subquaternis capitulo parvo duplo brevioribus, calycibus appresso-pilosis luteis fructu patentim pubescente triplo minoribus.

In collibus saxosis rupi Cudnaka vicinis.

Herba spithamaea vel digitalis erecta, habitu inter indigenas plane aliena. Radix flexuosa descendens exilis. Caulis tenuis inferne glaber. Folia fere appressa 4—6‴ longa, 1‴ lata sibi approximata. Capitula terminalia 1 — 6, illis *Pimeleae micranthae* quoad magnitudinem et florum numerum formamque persimilia, colore tamen, pube et involucro parvo caduco diversissima.

Anthesis: primo vere.

Monocotyledoneae.

Gramineae.

101. **Andropogon chrysatherus**, spicis 2 — 3 terminalibus coarctatis villosis haud involucratis, glumis oblongis nervosis apicem versus longe ciliato-barbatis infra medium sericeo-villosis, aristis contortis scabriusculis e fusco aureis spica duplo parumve brevioribus, foliis omnibus planis acutissimis vaginisque glaberrimis, geniculis villoso-barbatis, culmo simplice vel pauciramoso adscendente.

Inter lapides tempore pluviali inundatos rivi Crystal-brook et similibus locis versus Rocky-river.

Anthesis: vere.

102. **Andropogon inundatus**, spicis alternis vel fasciculatis purpurascentibus in paniculam brevem patulam terminalem congestis haud involucratis, pedicello floris neutrius mutici scabri cum rhachi piloso, gluma exteriore spiculae sessilis glabra nervulosa oblonga apice ciliolata basi breviter pilosa, arista genuflexa contorta glumam ter superante, culmo erecto paucirameo cum vaginis foliisque glabro, his planis margine scabrinsculis collo villosis, geniculis barbatis, ligula brevi ciliolata.

In glarea tempore pluviarum proluta rivi Crystal-brook. *Andropogoni intermedio* maxime adfinis.

Anthesis: vere.

103. **Chloris Moorei**, caulibus erectinsculis basi ramosis, foliis planis vix apice involutis scabris, vaginis sublaevibus, ligula dense ciliata, spicis 8—15 sub anthesi divaricatis, axi barbato, glumis bifloris fere conduplicatis subulatis membranaceis dorso scabris, exteriore duplo majore quam interiore aristam floris hermaphroditi attingente, hujus glumellis scabris subulatis ex apice acute bidentato aristatis, arista scabra glumellam duplo superante denique cum flore patente, glumella floris sterilis scabri duplo minore tenuissima pedicellum aequante arista quater breviore cum utroque continua, spicularum axi pedicellari barbellato, rhachi subcompresso-quadrangulata tenui scabra saepe flexuosa.

In argilla arenosa planitiei ad occidentem rivuli Crystal-brook sitae, nec inter amnes Rocky creek et Rocky river.

Gramen pedale vel humilius perenne. Spicae $2\frac{1}{2}-3\frac{1}{2}''$ longae spiculas 12 — 15 gerentes e purpureo obscure coeruleseentes sive pallescentes. Folia et vaginae glauca. Inflorescentia rarius axi elongato in verticillos plures paulo distantes et paucas spicas apicales alternas soluta, non tamen vivipara dicenda, quum numerus spicarum adaequat normalem

unius verticilli. Hanc varietatem singularem propria appellatione dignam *β.* paniculatam vocare queas.

Anthesis: vere.

104. **Panicum glareae**, spicis alternis multifloris approximatis parum divisis denique modice patentibus in paniculam oligostachyam congestis, rhachibus glabris scabris ad axillas subnudis, spiculis lanceolatis muticis sericeo-villosulis subviolaceis, gluma exteriore glabra lanceolata acuta quam glumella quater quinquiesve breviore, culmis caespitosis cum foliis vaginis et ligulis glabris, foliis planiusculis, ligula elongata membranacea.

In societate praecedentium.

Gramen pedale vel paulo altius. Folia 2 — 4″ longa acuta apicem versus involuta. Spiculae 2‴ longae solitariae vel geminae. Facile distinguitur a *P. coenicolo* spicis alternis foliis vaginisque glabris, ligula longiore et paniculae axillis nudiusculis.

Anthesis: vere.

105. **Amphipogon caricinus**, spica cylindrica in basin et apicem attenuata, spiculis pedicellatis, glumis integris concavo-lanceolatis mucronato-acutis scabris, extima breviore, perianthio glumam superante basi barbato margine membranaceo, lobis ciliato-plumosis lineari-subulatis strictis, foliis culmisque erectis glabris.

In glarea rivi exsiccantis Crystal-brook, in planitiebus sterilibus inter frutices ibidem nec non in tergis montium Elders-range.

Anthesis: vere.

Dabam urbe Adelaïde, Idibus Aprilis 1852.

Verbenarum VI hortensium fructus

describit

D. F. L. de Schlechtendal.

Verbenae fructus indoles in genere nota est, sed singularum specierum accuratior fructus descriptio desideratur, quamvis characteres suppeditare potuisset haud omnino spernendos. Paucis in hisce pagellis, casu quodam patentibus, haud inutile visum est, fructuum descriptiones e stirpibus in horto botanico Halensi cultis factas deponere, nec aegre feratis, si vulgaris nostrae indigenae speciei, quamvis saepius depictae et descriptae fructus primus apparet, cultae enim et sponte enatae plantae comparavi specimina.

V. officinalis L. Cocci lineam longi, $^1/_3$ lin. lati, trigoni, obtusi; dorsum convexum fuscum praeter costam marginalem utrinque prominulam costis **3 — 5** elevatis longitudinalibus percursum, costulis transversalibus rectis leviterve curvatis paucis in superiore parte dorsi illas connectentibus, marginalem inter et huic proximam costam paullo crebrioribus. Costae exteriores interdum non perfectae sunt, sed in ramulos sese dissolvunt. Latera ventralia sub angulo acuto contingentia plana et punctis elevatis albidis exasperata sunt.

Ejusdem structurae sunt plantae Abyssinicae cocci et stirpis hortensis sub *V. spuriae* nomine acceptae.

V. paniculata Lam. Cocci lineam longi, $^1/_3$ lin. lati dilute castanei; oblongi, trigoni, subtruncato-obtusi; dorsum convexum margine prominente cinctum, costis 3 debilibus haud aequaliter inter se distantibus sed basi magis extrorsum orientibus percursum, accedente costa haud perfecta in interstitiis marginalibus; costulae transversales connectentes rectae vel obliquae, valde obsoletae, interdum vix ullae. Latera ventralia vix albido-puberula, pube ad angulum medium conjungentem et sub dorsi margine prominente inprimis conspicua, densiori.

V. urticifolia L. Cocci $^3/_4$ lin. longi, $^1/_3$ lin. lati, dilute castanei, trigoni, convexulo-obtusi; dorsum convexum, margine prominente cinctum, costis 3 debilibus percursum, costulae obsoletae transversales connectentes inprimis in superiore parte, interstitiorum lateralium obliquae prominente subnullaeve. Latera ventralia ut in praecedente specie

V. stricta Vent. Cocci $1\,^1/_4$ lin. longi, $^1/_3$ lin. lati, ex luteo-fuscescentes trigoni, subtruncato-obtusi; dorsum convexum costis quatuor elevatis praeter marginales minus prominentes percursum; costulae transversales haud minus elevatae per dimidiam vel duas tertias longitudinis partes connectunt illas, quare superficies dorsalis profunde exsculpta videtur. Latera ventralia margine prominente dorsali cincta pilis minutis albis pubescunt.

V. prostrata R. Br. Cocci $^3/_4$ lin. longi, $^1/_4$ lin. lati, ex brunneo-nigricantes, apice paululum crassiores et convexo-obtusi. Dorsum lucidum longitudinaliter convexum in apicem valde convexum (quasi galeatum) et in latera ventralia propendentem transit, totum cum apicali parte costis 3 percur-

ritur, quae in apice et paullo infra costulis transversis junguntur, dum interstitia costas inter exteriores marginemque elevatum costa una paucisve obliquis et plus minusve superne reticulatim divisis replentur. Latera ventralia dorso breviora, paullo dilutiora opaca et papillis minutis fortiori sub lente tantum videndis sunt adspersa.

V. hispida Rz. Pav. Cocci $^3/_4$ lin. longi, vix $^1/_3$ lin. lati, testacei; dorsum longitudinaliter et transversaliter convexum lucidulum, in apicem convexum obtusum galeatum quasi transiens; costis 3 valde prominentibus praeter marginem elevatum percursum; costulae apicem versus paucae transversae et obliquae reticulatim costas connectunt. Latera ventralia dorso breviora, verruculis sordide albidis praeter angulum medium et margines densissime obsessa sunt.

De reliquis alio tempore.

Plantae Muellerianae.

Beitrag zur Flora Südaustraliens, aus den Sammlungen des Dr. Ferd. Müller.

Während eines mehrjährigen Aufenthaltes in Adelaide hat Herr Dr. Müller alle geschäftsfreien Stunden dazu benutzt, die näheren und entfernteren Umgebungen dieser Stadt in botanischer Hinsicht kennen zu lernen. Er hat ausserdem zu wiederholten Malen grössere Reisen in die entlegeneren Küstengegenden und ins Innere unternommen, und auf diese Weise, so wie durch Beiträge mehrerer Freunde, namentlich der Herren Dr. Behr und C. Stuart, eine sehr reiche Pflanzensammlung zusammengebracht. Ein Theil der neuen Pflanzen ist den Lesern der Linnaea durch die vorhergehenden Diagnoses et descript. plant. nov. quas det. et inv. F. Müller, Dr., schon bekannt; dass aber auch in dem übrigen Theile noch viel Seltenes und Neues enthalten ist, wird die nachfolgende Aufzählung der ganzen Sammlung darlegen.

Herr Dr. Müller hat vor ungefähr einem halben Jahre seinen bisherigen Aufenthaltsort mit dem von Melbourne ver-

tauscht, wo er seine botanischen Forschungen fortsetzt. Nach dem bisher gezeigten Eifer darf man von seinen ferneren Bestrebungen mit Recht einen grossen Gewinn für die Wissenschaft erwarten.

Hamburg, im März 1853. **Sonder.**

Compositae,

auctore

Sonder.

Trib. II. **Eupatoriaceae** Less.

Subtrib. I. **Eupatorieae** DC.

Div. 2. *Agerateae* Less.

Adenostemma Forst. DC. Prodr. V. p. 110.

1. **A. latifolium** Don. DC. l. c. p. 112. n. 14. *Ageratum strictum* Sims. Bot. Mag. t. 2410.

Ad fl. Murray. (Müller.)

Subtr. II. **Tussilagineae** Led.

Div. 2. *Eutussilagineae* DC.

Steetzia Sond.*) nov. gen.

Capitulum multiflorum, floribus radii 1-serialibus ligulatis foemineis, ligulis stamina rudimentaria gerentibus, floribus disci tubulosis hermaphroditis 5-dentatis. Receptaculum sub-

---

*) *Steetzia* Lehm. Plant. Preiss. II. p. 129. ist als Synonym zu *Blyttia* Endl. zu setzen, da Ruprecht und Grisebach (Ledeb. flor. ross.) nachgewiesen haben, dass *Blyttia* Fries nicht von *Cinna* L. verschieden ist.

hemisphaericum epalcaceum alveolare. Involucri hemisphaerici vel subturbinati squamae pluriseriales acutae vel acuminatae imbricatae adpressae. Antherae basi sagittatae. Styli rami elongati extus convexiusculi a medio ad apicem obtusiusculum papillosi. Achaenium cylindricum striatum pubescens. Pappus pluriserialis, setis numerosissimis inaequalibus serrato-scabris apice subbarbellatis, ima basi concretis. — Fruticuli Australasici ramosi. Rami teretes lanato-tomentosi, tomento albido vel ferrugineo. Folia alterna petiolata integerrima vel dentata coriacea supra glabra lucida reticulato-venosa subtus cum petiolis lanato-tomentosa. Capitula ampla speciosa. Pedunculi axillares elongati infra capitulum incrassati tomentosi solitarii, superiores saepe corymbum constituentes. Involucrum tomentosum. Discus luteus; ligulae utrinque albae vel subtus rubellae.

Genus inter *Celmisiam* et *Alciopen* medium, a priore habitu et ligulis stamina rudimentaria gerentibus, a posteriore cui habitu proximum, stylo diversum.

1. **S. pannosa** Sond. foliis oblongis acutis vel obtusiusculis integerrimis subtus ramisque albo-tomentosis, pedunculis elongatis solitariis corymbosisve, involucri squamis 3 — 4-seriatis lanceolatis acuminatis.

Olearia pannosa Hook. Icon. pl. t. 862. (in adnot.). Lindl. et Paxt. Flow. Gard. 1852. n. 27. Glean. p. 41. n. 507. fig. 252. *O. lanceolata* F. Muell.

In sylvaticis inter Light und Duttons Station. Oct. 1851. Mount Remarkable.

Frutex pancipedalis ramosus. Caulis glaber, cortice cinerascente, ramis ramulisque teretibus tomento denso appresso vestitis. Petiolus 2 — 3 lin. longus, supra canaliculatus. Folia bipollicaria, 6 — 9 lin. lata, nervis superne impressis

venisque numerosissimis reticulata. Pedunculi nudi vel bracteis paucis obsiti. Capitula pollicem lata. Involucri squamae exteriores 3 lin., interiores lineari-lanceolatae 8 lin. longae, lineam latae. Ligulae tubo 3 lin., limbo 8 lin. longo, $1^1/_2$ lin. lato. Corolla fl. hermaphr. 5 lin. longa, dentibus demum reflexis. Antherae emersae. Styli rami corollam superantes. Achaenium circ. 3 lin. longum. Pappus sordide albus, setis e basi dense serratis apice barbellatis corollam aequantibus.

2. S. grandiflora Soud. foliis subtriangulari-ovatis ellipticisve acutis subtus albo-tomentosis crebre dentatis, dentibus parvis spinulosis, pedunculis subterminalibus elongatis solitariis, involucri squamis 5—6-seriatis ovatis acutis, interioribus lanceolatis.

Olearia? grandiflora Hook. Icon. pl. t. 862. Lofty-range. November.

Caulis erectus cum ramis subangulatis albo-tomentosus. Petioli semipollicares. Folia 4—5 poll. longa, 2—$2^1/_2$ poll. lata, basi obtusa, supra multivenosa, subtus ex lutescente albo-tomentosa. Pedunculus solitarius semipedalis, striatus, nudus vel foliis paucis parvis instructus. Capitulum quam in antecedente majus; involucri squamis exterioribus ovatis, interioribus lanceolatis, acutis, extus subtomentosis. Ligulae albissimae subpollicares 2 lin. latae. Achaenium ut in priore, corollae et pappus circ. 6 lin. longa.

3. S. ovata Soud. foliis ovato-oblongis obtusis mucronulatis emarginatisve integerrimis subtus ramisque tomentosis, tomento rufescente, junioribus supra floccosis, adultis glaberrimis, pedunculis subsolitariis, involucri squamis 3—4-seriatis ovatis acutis interioribus lanceolatis.

Versus Rivoli-bay.

Caulis foliatus lanato-tomentosus. Petioli 4-lineares. Folia 3 poll. longa, $1^1/_2$ poll. lata, tomento paginae inferioris

rufescente. Pedunculi ex axillis superioribus elongati, monocephali. Involucri squamae exteriores ovatae breviter acutae, interiores lanceolatae extus subtomentosae demum glabratae.

4. **S. Muelleri** Sond. foliis ovato-subcordatis obtusis integerrimis vel remote denticulatis subtus ramisque lanato-tomentosis, tomento fulvescente, pedunculis elongatis solitariis, in apice caulis saepe corymboso-panieulatis, involucri squamis 3 — 4-seriatis lanceolatis acuminatis, extus lanatis, intus viridibus.

Eurybia (*Olcaria*) *cardiophylla* F. Muell. Diagnos. n. 48.

Mount Remarkable. Octob.

Caulis dense lanato-tomentosus, tomento sublutescente. Petiolus 6—8 lin. longus. Folia $2^1/_2$—3 poll. longa, $1^3/_4$ lin. lata, plerumque integerrima, rarius hinc inde mucronato-denticulata, tomento paginae inferioris lutescente. Pedunculi laterales elongati nudi, subterminales parum ramosi et corymbosim dispositi; tomento panieulae roseo vel rufescente. Capitula pollicem lata. Involucrum dense tomentosum, squamis lanceolatis intimis sublinearibus. Ligulae albae subtus plus minusve roseae, subpollicares, 2 lin. latae, apice plerumque bidentatae. Stylus omnino ut in *Celmisia asteliaefolia* Hook. fil.

Trib. III. **Asteroideae.**

Subtrib. I. **Asterineae** Nees.

Div. 2. *Astereae* DC.

Subdivis. 1. *Euastereae* DC.

Eurybiopsis DC. prodr. V. p. 260.

1. **E. Hookeri** F. Muell. msc.

E. gracilis et *scabrida* Hook. fil. in Hook. Lond. Journ. vol. VI. p. 110.

Eurybia cuneifolia Walp. Linn. XIV. p. 316.

Aster? *Behrii* Schldl. Linn. XXI. p. 446.

Planta polymorpha. Rhizoma crassum lignosum. Flores disci lutei, radii lilacini.

a) *Incana* Sond. caule ramisque incano-tomentosis, foliis pubescentibus spathulatis apice complicatis basi angustatis integerrimis subdentatisve superioribus minoribus, involucro biseriali, achaeniis compressis basi angustatis puberulis hispidulisve, pappo pallido vel subrufescente.

E. gracilis Hook. fil. l. c. fide spec.

Fiedler's Section, Novembr. (Dr. Behr). Van Diemensland. (C. Stuart)*). Ad fluvium Torrens et ad Kensington, Januar. Ad litus arenosum sinus Holdfast-bay, Febr. Sandscrub, Sptmb., Loftyrange, Decemb.

b) *Scabra* Sond. ramis foliisque strigosis aut setoso-hispidis, foliis complicatis spathulatis inferioribus saepe subdentatis, achaeniis puberulis vel hispidis.

E. scabrida Hook. fil. l. c. *Eurybia cuneifolia* Walp.! l. c. fide spec. auth. a beat. Lucae communicat.

Pfeiffer's Station, März. (Dr. Behr.) Van Diemensland. (Stuart et Hook. fil.) Port Lincoln. Port Gawler. Gnichen-bay.

c) *Angustifolia* Sond. caule ramisque glabris aut sparse setulosis, foliis lineari-lanceolatis acutis (1 — 1 ½ poll. long., 1 — 1 ½ lin. latis) complicatis basi longe angustatis glabris vel subtus setulosis marginibus ciliolatis, inferioribus plerumque inciso-dentatis, involucro subglabro, achaeniis puberulis.

---

*) Der Name des Sammlers ist nur dann hinzugefügt worden, wenn dieser ein anderer war als Dr. Müller.

Van Diemensland. (Stuart.) In arenosis ad sinum Holdfast-bay, Mai.

d) *Glutinosa* Sond. pilis brevissimis glandulosis scabrida, foliis spathulatis (6—10 lin. long., 2—3 lin. latis) complicatis apice paucidentatis, involucro biseriali, ligulis subbiseriatis, achaeniis compressis subglabris.

In distr. Adelaide.

Eurybia Cassini. DC. prodr. V. p. 265.

Sect. 1. Aglossa Sond. Ligulae nullae.

1. **E. tubuliflora** Sond. et Muell. fruticosa erecta, ramis teretibus pubescentibus, foliis alternis linearibus obtusis margine revolutis supra glabris subtus albido-tomentosis, capitulis parvis in axillis foliorum sessilibus solitariis secus ramos foliatos spicam elongatam constituentibus, floribus radii paucis foemineis tubulosis ligula destitutis, achaenio conoideo piloso.

Lofty-ranges, prope cataractas.

Frutex pluripedalis facie *Eurybiae aculeatae* DC. Rami floribundi. Folia circ. 4 lin. longa, $^1/_2$ lin. lata, basi plerumque subangustata, marginibus arcte revoluta, juniora quodammodo denticulis sparsis obsita. Capitula 2 lin. longa, extus virentia, circ. 8-flora. Involucri squamae puberulae, margine membranaceo-ciliatae. Flores marginales pauci foeminei fertiles; corolla tubulosa minima, stylum dimidium aequans. Flores disci hermaphroditi, corollae tubo apice subampliato 5-dentato, dentibus revolutis; antheris exsertis. Achaenium oblongo-conoideum striatum, pilis adpressis apice bifidis, $^1/_2$ lin. longum. Pappi setae basi subconcretae serratae, paucae exteriores brevissimae.

Sect. II. Brachyglossa DC.

2. **E. brachyphylla** F. Müll. msc. fruticulosa, ramis adultis glabris, ramulis foliisque cano-tomentosis, foliis alternis

minimis erectis oblongo-linearibus obtusis margine revolutis, capitulis parvis ad apices ramulorum axillarium brevissimorum solitariis racemum constituentibus, involucri squamis interioribus purpureis, ligulis sub-2, stylos suos aequantibus, achaeniis sericeo-pilosis.

In collibus schistosis, April. Dr. Behr.

„Fruticulus", ramis teretibus glabris, ramulis parce divisis tomento brevissimo adpresso canis. Folia lineam longa, crassiuscula, erecta, subincurva et fasciculum foliorum minutissimorum (i. e. ramulum inexplicatum) fulcrantia, tomentosa, adulta superne glabriuscula. Capitula 2 lin. longa, basi foliis minutissimis imbricatis tecta, sub-6-flora. Involucri squamae interiores ovato-oblongae, purpureae, apice ad dorsum tomentosae. Achaenia conoidea, $^1/_2$ lin. longa, sericeo-pilosa, pilis superioribus pappum exteriorem simulantibus. Pappus uniserialis, circ. $1\,^1/_4$ lin. longus, setis basi subconcretis aequalibus scabris.

3. **E. axillaris** DC. l. c. p. 266. n. 2.

Holdfast-bay. Port Gawler.

4. **E. capitellata** DC. l. c. n. 4.

Van Diemensland. (Stuart.) Kangaroo-island. Encounter-bay.

5. **E. artemisioides** Sond. et Muell. fruticosa, ramis pubescentibus, foliis alternis linearibus obtusis margine revolutis subtus tomentosis, capitulis axillaribus solitariis subsessilibus folia aequantibus, secus ramos foliatos racemosis, involucri squamis interioribus oblongis virescentibus margine membranaceis glabris, ligulis paucis longitudine styli, achaenio villoso, pappo uniseriali.

Ad lacum Alexandrinae.

E. ramulosae et *propinquae* DC. quam maxime affinis, et forsan posterioris varietas brachyglossa.

Rami glabri. Folia 3 — 4 lin. longa, $^1/_2$ lin. lata, juniora superne subpuberula, adulta glabra, superiora breviora et capitula bilinearia, 6-flora aequantia.

Sect. III. Argophyllaea DC.

6. **E. scabra** Benth.! in Enumer. pl. Hügel. p. 58. Pappi setae uniseriales aequilongae.

α. caule foliisque scabris, achaeniis glaberrimis. *E. scabra* Benth.!

β. caule foliisque glabris, achaeniis glaberrimis. *Vittadinia australis* F. Muell. in sched. non Less. et Rich.

γ. caule foliisque scabridis, achaeniis adpresse pilosis. *Vittadinia spathulata* F. Muell. in sched.

α. Van Diemensland. Ferd. Bauer. (V. s. in herb. aulico Vindob.!)

β. Pine forest, Gawlertown. Novemb. Dr. Behr, Septemb. Dr. F. Mueller.

γ. In arenosis, Gnichen-bay, August. Rivoli-bay.

Frutex 3 — 4-pedalis. Flores suaveolentes, radio azureo vel sublilacino, 6 — 8 lin. longo.

Variat ut *E. rudis* Bth.: foliis latioribus et angustioribus, acutioribus et obtusioribus, pedunculis solitariis et corymbosis.

7. **E. rudis** Benth.! in Enumer. pl. Hügel. p. 58. Pappi biserialis setis exterioribus brevissimis.

α. caule foliisque hispidis, achaeniis glabris.

E. rudis Benth. Steetz in Pl. Preiss. I. 418.

β. caule hispido, foliis subglabris, achaeniis adpresse pilosis. (Swan-River, Drummond. 1844. n. 385.)

γ. arguta Benth. foliis longioribus magis dentatis.

8. **E. picridifolia** F. Müll. l. c. p. 397. n. 47.

In fruticetis collium sterilium inter Rocky-creek et Crystal-brook, nec non in vallibus petraeis prope Arkaba.

Capitula iis *E. ciliatae* simillima. Receptaculum alveolatum. Involucri biserialis squamae exteriores hispidae. Achaenium cylindricum striatum glaberrimum. Pappus biserialis, setae exteriores brevissimae setoso-paleaceae.

9. **E. ciliata** Benth.! l. c. p. 58. n. 196.

β. glabrata, foliis glaberrimis vel ima basi ciliolatis achaeniisque glabris.

Pine forest ad Gawler et prope Pfeiffer's Station, Januar. Dr. (Behr.) North-rhine September. Ad fluv. Onkaparinga. Van Diemensland. (Stuart.) *β.* ad Port Lincoln.

Frutex $^1/_2$—2-pedalis. Discus flavus, radius lilacinus. Achaenia cylindrica striata, striis hispidula. Pappus biserialis.

Variat: involucri squamis 2-, 3- et 4-serialibus.

10. **E. viscosa** Cass. DC. l. c. p. 266. n. 8. *Aster viscosus* Labill. Nov. Holl. II. t. 203.

Van Diemensland (Stuart).

Variat: achaeniis glabris.

11. **E. persoonioides** DC. l. c. p. 267. n. 9.

Van Diemensland (Stuart).

12. **E. alpina** Hook. fil.! in Hook. Lond. Journ. vol. VI. p. 106. n. 2.

Van Diemensland (Stuart).

Pappus uniserialis.

E. alpina Lindl. in Lindl. et Paxt. Flow. Gard. vol. II. 1851. Glean. p. 84. n. 352. f. 177. ex Nova Zeelandia, est species longe diversa.

13. **E. argophylla** Cass. DC. l. c. p. 267. n. 11. *Aster argophyllus* Lab. Nov. Holl. II. t. 201.

Van Diemensland (Stuart).

Pappus uniserialis.

14. **E. lirata** DC. l. c. p. 267. n. 13. *Aster liratus* Sims. Bot. Mag. t. 1509. *Olearia affinis* Hook. fil.! l. c. p. 109. n. 10.

Van Diemensland (Hooker fil. et Stuart).

Folia pollicem, non 5 — 6 lin. lata ut habet Candollius. Pappus biserialis, setae exteriores breves paleaceo-setosae.

15. **E. erubescens** DC. l. c. p. 267. n. 14.

Van Diemensland (Stuart).

β. paniculis axillaribus oligocephalis, capitulis paucifloris, pappi setis amoene roseis.

In monte Disappointment, Nov. Holl. merid. (Dallachi), Van Diemensland (J. D. Hooker).

16. **E. myrsinoides** Nees. DC. l. c. p. 268. n. 15. *Aster myrsinoides* Lab. Nov. Holl. II. t. 202. *Eurybia lamprophylla* F. Muell. in sched.

Van Diemensland (Stuart).

Pappus biserialis, setis aequilongis.

17. **E. pimeleoides** DC. l. c. p. 268. n. 16. *E. sericocarpa* F. Muell. in sched.

Murray-scrub, versus Morunde. Inter frutices in montibus juxta Flinders-range, Octob.

Species insignis. Folia juniora superne subtomentosa, adulta glabra. Flores suaveolentes. Capitulum multiflorum, diametro semipollicari. Ligulae albae, 5 lin. longae, lineam latae. Receptaculum alveolatum, alveolis dentatis. Pappus subbiserialis, setae exteriores paucae villis achaenii triplo longiores.

18. **E. Muelleri** Sond. fruticosa glabra, ramulis foliisque punctis resinosis glutinosa, foliis alternis obovatis in petiolum brevem angustatis rotundato-obtusis dentatis subintegerrimisve

planis, capitulis terminalibus solitariis multifloris, involucri subturbinati foliolis pluriseriatis lanceolatis acutis glutinosis margine ciliolatis, ligulis 8—10, achaeniis cylindricis sericeo-villosis.

Ad Murray, (Dr. Behr.) In planitie juxta montes Flinders-range et in rupibus ad Cudnaka. Oct.

Frutex humilis ramosissimus. Folia breviter petiolata, lamina 2—3 lin. longa, 2 lin. lata, obovata vel suborbiculata, plana vel concaviuscula, apice obtusa rotundata vel subtruncata, acute dentata, subrepanda vel subintegerrima. Capitula 6—7 lin. longa. Involucri foliola extima circ. 1—$1^1/_2$ lin., interiora 4—5 lin. longa. Ligulae roseae 5 lin. longae, $1^1/_2$ lin. latae. Corolla fl. disci 5 lin. longa, glabra, dentibus subrevolutis, antheris styloque longe exsertis. Achaenium $1^1/_2$ lin. longum, villis superioribus pappum exteriorem simulantibus. Pappus biserialis, setis scabris aequilongis.

Variat capitulis minoribus.

19. **E. subrepanda** DC. l. c. p. 268. n. 17.

George town, Van Diemensland (Stuart).

Pappi biserialis setae exteriores breves paleaceo-setosae.

20. **E. Gunniana** DC.! l. c. p. 268. n. 18.

β. phlogopappa. Aster phlogopappus Labill! Nov. Holl. II. p. 49. t. 195. *Eurybia quercifolia* Cass. *Olearia phlogopappa* DC. l. c. p. 272. n. 5.

Pappus biserialis, setae exteriores paleaceo-setosae; in *β.* rufescens.

Van Diemensland (Labillardière! Gunn! Hooker fil.! Stuart!).

21. **E. fulvida** Cass. *Aster stellulatus* Labill.! Nov. Holl. II. p. 50. t. 196. *Olearia stellulata* DC. l. c. n. 6.

Van Diemensland (Labillardière! Stuart!).

Praecedenti proxima, forsan ejus varietas.

Nachdem ich durch Vergleichung von Original-Exemplaren mich überzeugt, dass der *Aster phlogopappus* Lab. und *Eurybia Gunniana* DC. nur als Varietäten einer und derselben Art, keinesweges aber in verschiedenen Gattungen aufgeführt werden können, habe ich keinen Anstand genommen, auch den *Aster stellulatus* Lab., der dem ersteren sehr ähnlich ist, nach dem Vorgange von Cassini, mit *Eurybia* zu vereinigen. DeCandolle muss die äussere Pappusreihe bei *E. Gunniana* übersehen haben; anders lässt es sich nicht erklären, weshalb er diese bei *Eurybia*; jene beiden bei *Olearia* aufführt. Aber auch nicht nach dem zweireihigen Pappus allein, selbst wenn die äussere Borstenreihe, wie bei *Olearia*, ausgebildet ist, sollte man nicht eine *Eurybia* in eine andere Gattung versetzen, und ich kann mich nicht damit einverstanden erklären, wenn Herr Hooker fil. nur nach dem Pappus seine *Olearia affinis* aufstellt, und eben so wenig, wenn Herr Turczaninow in dem Bullet. de la Soc. Impér. des natur. de Mosc. Tom. XXIII et XXIV. mehrere Arten von *Eurybia* zu *Diplopappus* bringt. DeCandolle nennt in dem Gattungscharakter von *Eurybia* den Pappus einen pappus uniserialis; das ist aber nur ein Versehen, denn in der Beschreibung der Arten wird nicht selten ein pappus biserialis erwähnt. Nach meinen Untersuchungen findet sich ein pappus biserialis in dieser Gattung häufiger, als ein pappus uniserialis. Bei einigen Arten ist die äussere Reihe freilich nur schwach ausgebildet, sie besteht z. B. bei *E. ramulosa* und *epileia* nur aus einzelnen kurzen Borsten; bei anderen sind die äusseren Borsten aber eben so zahlreich, als die inneren, wenn auch nicht stärker, und in der Regel kürzer; bei noch anderen sind sie sogar eben so stark entwickelt als bei *Olearia*, z. B. bei *E. stellulata*, *Gunniana*, *lirata*, *picridifolia* etc. — Die Gegenwart eines pappus uniserialis

oder eines biserialis verdient in dieser Gattung aber wohl berücksichtigt zu werden, denn manche Arten, die sonst schwer unterschieden werden, lassen sich sehr gut darnach unterscheiden, z. B. *Eurybia rudis* und *scabra* Benth. Die Mönch'sche Gattung *Olearia* ist an den grossen Köpfchen und an dem Griffel nicht schwierig zu erkennen.

22. E. pinifolia Hook. fil.! l. c. p. 108. n. 7.

Van Diemensland (Stuart).

23. E. ledifolia DC. l. c. p. 269. n. 20.

Van Diemensland (Stuart).

24. E. decurrens DC. l. c. p. 269. n. 21. *E. glutescens* F. Muell. in sched.

Murray, in saxis arenaceis, April (Dr. Behr). Dombey-bay. Port Gawler. Crystal-brook. Port Lincoln.

Frutex 4-pedalis, glutinosus. Folia in petiolum angustata, nunc $^1/_2$, nunc 1 poll. longa, 1—2 lin. lata, superiora minora. Involucrum 3 lin. longum. Flores disci lutei; ligulae (in nostr. specim. 4) albae. Achaenium sericeum lineam longum. Pappi uniserialis setis inaequalibus.

Sect. IV. **Spongotrichum** Nees. DC.

25. E. glandulosa DC. l. c. p. 269. n. 22. *Aster glandulosus* Lab. Nov. Holl. II. t. 197.

Van Diemensland (Stuart).

Pappi setae subinaequales, longiores apice barbellatae, breviores acutae.

26. E. glutescens Sond. fruticosa, glabra glutinosa, ramulis foliosis, foliis alternis lineari-subulatis obtusiusculis, ramulis corymbo terminatis, pedunculis bracteatis monocephalis folia superantibus, involucri subcampanulati squamis pluriseriatis linearibus margine pallido ciliatis apice virescentibus, achaenio pubescente, pappo uniseriali rufescente.

Port Gawler. Ad Murray versus Wellington. Mai.

Folia 6—9 lin. longa, $^1/_2$ lin. lata, superiora breviora. Corymbi 3—5-flori. Pedunculi 6—9 lin. longi, simplices, rarius bifidi. Capitula basi subturbinata, involucro 4 lin. longo. Ligulae 9—10, lineares.

Ab *E. tenuifolia* DC. l. c. p. 269. n. 24, cui proxima, distinguitur: ramis foliis involucrisque glutinosis, ramis corymbum gerentibus, achaenio pubescente et pappo uniseriali. Ab *E. glutinosa* DC. foliis numerosioribus brevioribus non acutissimis nec glandulas protuberantes gerentibus et capitulis basi subturbinatis glutinosis. Ab *E. linifolia* Hook. fil.! l. c. p. 1094. 8, quae ab *E. glutinosa* Lindl. Bot. Reg. New Ser. XII. Misc. 68. n. 112. non distincta videtur, differt: ramis striatis non angulatis, foliis duplo angustioribus et brevioribus non scabris, corymbis folia pluries superantibus nec non achaeniis pubescentibus eglandulosis.

27. E. Hookeri Sond. fruticosa, glabra glutinosa, ramis teretibus foliosis, foliis crassiusculis parvis linearibus obtusis integerrimis quadrifariam squarroso-patentibus subrecurvis, nervo superne impresso inferne prominulo, capitulis solitariis ramulos terminantibus, involucri quadriserialis squamis interioribus linearibus acutiusculis, ligulis 8—10 linearibus, achaeniis pubescentibus, pappo rufescente subbiseriali. *E. ericoides* Hook. fil.! l. c. non Steetz.

Van Diemensland (Stuart).

Species foliis brevibus quadrifariam patentibus glutinosis et quasi vernice obductis insignis.

Frutex ramosissimus. Folia pleraque $1^1/_2$—2 lin. longa, semilinea subangustiora, in caule primario saepe longiora et margine inerassata. Involucrum 3 lin. longum, squamae apice dorso viridia, caeterum pallida. Ligulae disco duplo

longiores. Corolla disci glabra, antheris styloque exsertis. Achaenium adpresse pubescens. Pappus subuniserialis, setae 1 vel paucae exteriores.

E. ericoides Steetz! Pl. Preiss. I. p. 423. ramulis foliisque arachnoideis opacis glutinoso-subviscosis non lucidis, foliis minimis (1 — 1 1/2 lin. longis) ramulis adpressis, margine revolutis, capitulis magis hemisphaericis et pappo albo differt. (Specimen *Gunnianum* a cl. Lindley communicatum possideo.)

28. **E. lepidophylla** DC. l. c. p. 270. n. 27. *Aster microphyllus* Labill. Nov. Holl. II. t. 199.

Port Sorell (Van Diemensland). Port Gawler. In pascuis siccis in sinu Holdfastbay, Mai. In planitie arenosa inter mont. Buglerange et lacum Alexandrinae, April. Inter fl. Murray et Gnichenbay.

Fruticulus 1—2-pedalis. Variat: ramulis glabratis, foliis omnibus erectis acutiusculis superne subtomentosis et parce muriculatis, capitulis minoribus ligulas 4 — 5 gerentibus et floribus purpureis. Specimina, in Nova Hollandia australi collecta, foliis erectis saepeque acutis, specimina Tasmanica foliis reflexis gaudent.

29. **E. floribunda** Hook. fil.! l. c. p. 109.

E. ericoides F. Muell. in sched. non Steetz nec Hook.

Van Diemensland (Stuart).

Glabritie et praesertim ramulis numerosissimis erectis capitulisque minoribus facile dignoscitur.

30. **E. teretifolia** Sond. fruticulosa glabra, ramulis foliosis, foliis parvis subtrifariis adpressis teretibus obtusis, superioribus sensim minoribus, involucri cylindrici squamis exter. foliaceis inter. membranaceis linearibus obtusis ciliatis, ligulis 5—6 linearibus, achaeniis subcylindricis striatis glabris, pappo uniseriali.

Lofty-range.

Speciei valde singularis ramum semipedalem tantum possideo. Ramuli crebri digitales vel breviores, foliis adpressis imbricatis subtetrastichis dense obsiti. Folia ramea 3 lin., ramulorum $1\frac{1}{2}$ lin. longa, $\frac{1}{3}$ lin. lata, omnia teretia calloso-obtusa, subtus stria longitudinali notata. Capitula glabra 3 lin. longa. Involucri squamae inferiores capitulum dimidium aequantes foliis supremis aequales. Ligulae demum revolutae. Achaenium $\frac{3}{4}$ lin. longum, glabrum, sub-8-striatum, in nostro spec. atratum. Pappus albus fragilis.

31. **E. propinqua** DC. l. c. p. 270. n. 28.

Ad lacum Alexandrinae.

Ligulae parvae. Pappi setae exteriores paucae breves.

Variat: foliis sublongioribus et capitulis omnibus axillaribus sessilibus spicas foliatas exhibentibus.

Ad Capunda et ad Port Gawler.

32. **E. ramulosa** DC. l. c. p. 270. n. 30. *Aster ramulosus* Lab. Nov. Holl. II. t. 196.

Van Diemensland (Stuart).

Var. *glabrata* ramulis apice summo vix puberulis, foliis glabris inferne subtomentosis, achaeniis glabris.

Gnichenbay.

33. **E. aculeata** DC. l. c. n. 31. *Aster aculeatus* Lab. Nov. Holl. II. t. 200.

Van Diemensland (Stuart). Australia felix, Gnichenbay.

34. **E. epileia** DC. l. c. n. 32.

E. collina F. Muell. ex parte.

In collibus nudis versus riv. Sturt. Januar.

Frutex 1—2-pedalis, strictus, ramosus. Flores graveolentes, in disco 3—4; ligulae totidem breves albidae. Achaenia adpresse pubescentia.

Ixiochlamys Muell. et Sond.

Capitulum multiflorum heterogamum, ligulae sub-6-seriales angustissimae foemineae, flores disci (20—25) hermaphrodito-masculi achaeniis abortivis. Involucri pluriserialis squamae imbricatae adpressae, foliolis exterioribus brevioribus herbaceis, interioribus gradatim longioribus angustioribusque, intimis scariosis apice purpurascente ciliolatis discum parum superantibus. Receptaculum planiusculum nudum. Flores disci tubulosi 5-dentati. Antherae exappendiculatae. Styli rami subulati acutati dense papillati. Pappus ut in flor. femineo. Achaenium obovatum obtusum compressum sericeum. Pappus albus longissime stipitatus setosus, setis scabris, exterioribus multo brevioribus, interioribus stipitem aequantibus. Herba perennis humilis saepius multicaulis setosa, caulibus apicem versus dense foliatis, foliis cuneatis inciso-dentatis, pedunculo terminali nudo monocephalo, capitulis majusculis.

1. **I. cuneifolia** Muell. et Sond. *Podocoma cuneifolia* R. Br. in Sturt. Exped. Centr. Austr. Vol. II. Append. p. 80. n. 14.

Cudnaka, Arkaba, Sutleyer-creek, im ausgetrockneten Flussbette.

Caules e radice perpendiculari plures, simplices vel subramosi 2—4-pollicares. Folia in apice caulis ramorumve conferta, in petiolum pollicarem angustata, apice 3—5 lin. lata et inciso-dentata, utrinque marginibusque glandulis minutis setisque albis, in petiolo densioribus vestita. Pedunculus terminalis $1^1/_2$—2-pollicaris, glanduligerus, ante anthesin nutans, demum erectus. Involucrum hemisphaericum 6—7 lin. longum, squamae exteriores lanceolatae acuminatae foliaceae minute glandulosae, intimae lineares acumine purpurascente subradiante. Achaenium 1 lin. longum, sericeum, pilis

apice bifureis. Pappi stipes uti setae interiores longiores 4 lin. longus, setae exteriores 4-ter breviores.

Therogeron DC. l. c. p. 283.

1. **T. tenuifolium** Sond. glaberrimum, foliis anguste linearibus acutissimis, involueri squamis linearibus ciliolatis, ligulis angustis disenm superantibus, achaeniis disci gracillimis inanibus glabris, radii dimidio brevioribus cylindricis pilosis, pappo ligularum piloso, pappo disci exteriore paleis lanceolatis serratis basi liberis connatisve, interiore setis 6—9 elongatis apice barbellatis.

Eurybiopsis intricata F. Muell. l. c. p. 396. n. 46.

In clivulis petraeis umbrosis ad Cudnaka.

Folia caulina pollicaria vel longiora, lineam lata, ramea superiora circ. semipollicaria, semilineam lata. Capitula solitaria ramulos nudos vel paucisquamatos terminantia, subhemisphaerica glabra, circ. 5 lin. lata. Involueri paneiserialis squamae extimae lineam, intimae 3 lin. fere longae. Receptaculum alveolatum nudum. Ligulae circ. 3-seriales, tennissimae, demum revolutae, albae. Flores disci (circ. 20) lutei. Achaenia (non plane matura) radii cylindrica (an matura compressa?) lineam longa, adpresse pilosa, pappo albissimo e setis constante 40 — 50 capillaribus aequilongis, summopere auctis apice denticulatis. Achaenia disci gracillima, teretia, glabra, inania, $2^1/_2$ lin. longa, pappo albo duplici terminata, exteriore brevi paleaceo, paleis lanceolatis subinaequalibus serratis basi liberis vel connatis, interiore setaceo, setis 6—9 corollam aequantibus basi remotissime serrulatis, apice summo serrato-subplumosis.

Minuria DC. l. c. p. 298.

1. **M. asteroidea** Sond. ramis foliisque puberulis demum subglabris, foliis linear-subulatis acutissimis, ramulis apice

nudis monocephalis, lignlis biserialibus disco longioribus, achaeniis radii subcompressis cuneatis villosissimis pappo multiseto serrato scabro, disci teretibus inanibus glabris pappo paleaceo uniseriali, paleis connatis apice laciniatis, laciniis plerisque brevibus lanceolatis serratis, reliquis (4—5) elongatis setiformibus apice plumoso-serratis.

Eurybia asteroidea F. Muell. in sched.

Inter portum et urbem Adelaïde. Julio. Inter Saltcreek et Pfeiffer's Station. Nov. (Dr. Behr). In syrtibus sinus Holdfastbay. Mount Remarkable et ad Cudnaka.

Suffrutex (herba biennis?) nunc tripollicaris nunc subpedalis, caulibus e radice pluribus ramosis, aetate juniore pubero-scabriusculis, seriore subglabris. Folia alterna superne sulcata, glabra vel denticulis scabra, $^1/_2$—1-pollicaria, $^1/_2$—1 lin. lata, versus capitulum sensim minora et in squamas acuminatas abeuntia. Capitula hemisphaerica glabra, 6 lin. lata, squamis 3serialibus, exterioribus brevibus, intimis linearibus herbaceis ciliolatis. Receptaculum planiusculum areolatum nudum. Ligulae femineae fertiles numerosae (30—40) 2-seriales, rarius sub-3-seriales, rarissime 1-seriales, limbo coeruleo vel violaceo 3 lin. longo, $^3/_4$ lin. lato. Flores disci (20—30) lutei tubulosi 5-dentati hermaphrodito-masculi, ovario tenuissimo cylindrico glabro inani $1^1/_2$ lin. longo. Antherae basi ecaudatae, apice parum producto emergentes. Pappus uniserialis subconcretus, in lacinias plures laceratus; laciniae pleraeque lanceolatae vel lineares serratae partem pappi indivisam aequantes, laciniae 4—5 setaceae corollam aequantes, e basi ad medium usque remote serrulatae, apice subplumoso-serratae. Achaenia radii subcompressa, $1^1/_4$ lin. longa, sericeo-villosissima, villo achaenii summo basin pappi superante pappumque duplicem simulante. Pappus uniserialis setosus, setae numerosae dense serratae subaequilongae, $1^1/_2$ lin. longae.

Calotis Brown. DC. l. c. p. 302.

Sect. I. **Eucalotis.** Achaenia paleis 2 distinctis auriculaeformibus dilatatis integerrimis non aristatis et aristis 1—3 ex ipso achaenio ortis coronata.

1. **C. cuneifolia** Brown. Bot. Reg. t. 504. DC. l. c. n. 1.
   C. saxifraga F. Müll. in sched.
   Murray, in valle, April. Dr. Behr.

2. **C. dentex** Brown l. c. in obs.
   Port Jakson. Bauer (v. in herb. aulico Vindob.).

3. **C. dilatata** Cunn. in DC. Prodr. V. p. 302. n. 3.
   Nov. Holl. inter. Sir Th. Mitchell.

Sect. II. **Cymbaria.** Paleae 2 distinctae cymbaeformes subcarinatae in aristam excurrentes, aristae ex ipso achaenio nullae.

4. **C. cymbacantha** F. Muell. l. c. p. 400. n. 51.
   In clivulis arenosis ad Crystal-brook. Octob.

Sect. III. **Scypharia.** Paleae in cupulam aristis 2 vel pluribus terminatam connatae, aristae ex ipso achaenio nullae.

5. **C. erinacea.** Steetz! in Pl. Preiss. I. p. 424.
   C. subuncinata et *oraria* F. Muell. in sched.
   Pfeiffer's Station, März. Dr. Behr. Golf St. Vincent. Boston-point.
   Variat: caule robustiore et foliis coriaceis lineari-cuneatis duplo latioribus (1—1½ poll. long., 2 lin. latis) ad apicem acute dentatis.

Sect. IV. **Acantharia.** Achaenia aristis pluribus ex ipso achaenio ortis coronata, paleae nullae.

6. **C. lappulacea** Benth.! in Enumer. pl. Hügel. p. 60. n. 2.

Flindersrange.

Caulis pedalis erectus gracilis ramosus, basi hispidus, apice subglaber. Folia inferiora lanceolata apice acute 2—3-dentata, superiora minora linearia integerrima. Capitula solitaria globosa, fructifera diametro $2^1/_2$ lineari. Involucrum biseriale sub-10-phyllum, pilosiusculum, foliolis lanceolatis ciliolatis. Receptaculum fimbrilliferum. Flores centrales masculi, achaenia abortiva. Ligulae demum involutae. Achaenia matura (cum aristis circ. $1^1/_4$ lin. longa) compressa cuneata punctato-rugulosa glabra vertice hirsuta, aristae 6—7, quarum 2—3 validiores achaenium aequantes et 4 (3 anticae, 1 postica) minutae, omnes obverse aculeolatae.

7. **C. polyseta** Sond. pilosiuscula, caule ramisque angulatis, foliis caulinis inferioribus lanceolato-cuneiformibus apice 2—3-dentatis, superioribus linearibus sensim minoribus, capitulis fructiferis globosis, involucro pilosiusculo biseriali, foliolis acutis interioribus angustioribus, achaeniis compressis cuneatis muricatis vertice depresso pilosis, aristis 3—4 validioribus achaenium aequantibus, et 8—9 minoribus, omnibus rigidis obverse aculeolatis.

Cudnaka.

Pedalis et ultra. Folia superiora 3—4 lin. longa. Capitula diametro 4-lineari. Receptaculum fimbrilliferum. Flores centrales masculi. Achaenia (cum aristis) 2 lin. longa.

Summopere affinis *C. lappulaceae* Benth., sed capitulis achaeniisque majoribus nec non aristis numerosioribus diversa.

8. **C. Muelleri** Sond. glaberrima vel basi pilosiuscula, caulibus simplicibus angulatis, foliis radicalibus petiolatis lineari-lanceolatis marginatis integerrimis vel utrinquè 1—2-denticulatis, caulinis sessilibus linearibus infimis saepe oppo-

sitis, capitulis fructiferis globosis, involucro biseriali pilosiusculo, foliolis exterioribus ovatis, interioribus angustioribus, achaeniis compressis muricatis marginatis vertice pilosissimis aristis 5 validis achaenio duplo longioribus, 2 minimis, omnibus basi dense pilosis apicem versus retrorsum hispidis.

Cudnaka.

Herba pedalis. Petiolus foliorum radicalium 1—1 1/2-pollicaris, lamina aequilonga, 2 — 3 lin. lata, caulina inferiora pollicaria, suprema sparsa 3—2 lin. longa. Flores centrales masculi, circ. 16. Capitula fructifera diametro 4—5-lineari. Achaenia (cum aristis) 2 1/2 lin. longa.

9. **C. microphylla** Benth.! l. c. n. 3.

Torrens.

Fruticulus 1/2 — 1-pedalis multicaulis ramosissimus hispidus vel glabriusculus. Folia caulina 2 — 3 lin. longa, inferiora 1/2 — 3/4-pollicaria. Capitula diametro 2-lineari. Achaenia aristis 2, saepius 3 vel 4 coronata, 2 validioribus et 1—2 minoribus.

10. **C. breviseta** Benth.! l. c. n. 1.

Nov. Holland. Ferd. Bauer. (v. spec. auth. in herb. aul. Vindob.)

11. **C. scabiosaefolia** Sond. et Muell. pubescens, caulibus erectis vel adscendentibus subramosis, foliis radicalibus petiolatis obovatis mucronulatis basi angustatis dentatis vel lyrato-pinnatifidis, pinnis ovatis acutis integerrimis denticulatisve, caulinis sessilibus integris dentatisve, capitulis fruct. globosis, involucro biseriali hirsuto, achaeniis cuneatis compressis margine crasso cinctis vertice hirsutis, aristis 8 rigidis alternis validioribus duplo triplove longioribus achaenium aequantibus, omnibus obverse aculeolatis basi hirsutis.

In pratis ad Wulpena, Octob. Murray.

Herba spithamaea, tota pubescens. Folia radicalia petiolo pollicari basi dilatato, alia indivisa obtusa mucronulata, dentata vel serrata, $1^1/_2$—2 poll. longa, 6—8 lin. lata, alia fere ad costam mediam pinnatifido-incisa, lacinia suprema trifida, 8—10 lin. lata, lateralibus ovatis oblongisve acutis, inferioribus minoribus; folia caulina infima plerumque opposita, reliqua sparsa sensim minora. Capitulum florens diametro 4-lineari, fructiferum subbilineari. Involucri squamae circ. 16, ovatae acutae. Flores centrales masculi, ovario abortivo. Ligulae lineares albae. Achaenia juniora pilosiuscula, adulta glabra nitida, vertice pilosissima, cum aristis $2^1/_2$ lin. longa.

12. **C. scapigera** Hook. in Mitch. Exped. trop. Austr. p. 75.

β. dentata, scapis bracteatis, foliis scapum aequantibus linearibus basi subangustatis integerrimis vel dentatis 3—4 lanceolatis instructis.

Murray, ad marginem lagunae. April. (Dr. Behr.) Port Philipp.— *β.* in Australia. (Herb. aulic. Vindob. ex Mus. Paris. n. 397.)

Herba prostrata sarmentigera. Folia scapum aequantia vel breviora, 1—$1^1/_2$ lin. lata, glabra. Scapi 2—4-pollicares glabri vel infra capitulum pilosiusculi, nudi vel foliolis paucis sessilibus alternis instructi. Capitula florifera magnitudine Pisi, fructifera globosa majora. Involucri foliola parva obtusa. Flores centrales (10—12) lutei, masculi, reliqui pluriseriales, feminei, ligulati. Ligulae discum superantes lineares, roseae. Receptaculum fimbrilliferum. Achaenia juniora pilosa, adulta subglabra, lateribus compressis muricata, vertice depresso pilosa, 1 lin. longa, aristis plerumque 5 aequalibus, achaenium aequantibus, rigidis, pungentibus, pa-

tentibus, apice subhamatis, retrorsum aculeolatis, basi pilosissimis coronata.

Cheiroloma F. Muell. l. c. p. 401.

1. **C. hispidulum** F. Muell. l. c. n. 52.

In locis apricis argillaceis prope Crystal-brook et Cudnaka. (Swan-River, Drummond! n. 375. 1844.

Calotidi quidem proximum genus, sed floribus centralibus hermaphroditis nec masculis satis diversum.

Brachycome Cassini. DC. l. c. p. 305.

1. **B. exilis** Sond. erecta vel adscendens ramosa glanduloso-puberula aut subglabra, foliis linearibus integerrimis vel apice trifidis pinnatisectisve, laciniis acutis, pedunculo nudo monocephalo, achaeniis subcompresso-tetragonis cuneatis pilosiusculis demum glabris, pilis in margine acutiore erectis apice hamulatis, pappo brevissimo.

B. glabra F. Muell. in sched. non Benth.

β. scabrida caule elatiore dense glanduloso-puberulo, foliis sublatioribus, achaeniis tetragonis muriculato-scabridis.

Fiedler's Section. Novemb. Dr. Behr. Kensington. Port Lincoln. In cacumine montis Barker. *β.* in deserto trans fl. Murray.

Herba annua 2 — 3-pollicaris. Caulis solitarius vel 2 3 ex eadem radice, a basi magis minusve ramosa, pube brevissima glandulosa, in parte caulis inferiore demum evanida. Folia alterna, inferiora semipollicaria, attenuato-petiolata, integerrima, trifida vel pinnatifida, superiora plerumque indivisa sessilia, linearia, 1 — 2 lin. longa. Pedunculus circ. pollicaris. Capitula parva, diametro 2-lineari. Involucri foliola oblonga obtusiuscula vel acuta, apice subcolorata. Receptaculum ex sicco hemisphaericum. Flores centrales (circ. 20) hermaphroditi, lutei. Ligulae lineares demum revolutae,

albae vel sublilacinae, circ. 2 lin. longae. Achaenia vix ultra semilineam longa, suclavata, subcompresso-tetragona, disco et marginibus pilosiuscula demum glabra, pilis in angulis prominentibus apice hamato-incurvis.

B. glabra Benth. cujus spec. authent. in herb. aulico Vindobonensi vidi, est planta multo major, robustior, et *B. ciliari* Less. similior.

2. **B. goniocarpa** Sond. et Muell. multicaulis pilosa, pilis articulatis, foliis radicalibus caulinisque inferioribus linearibus apice pinnatifidis, lobis utrinque 2 — 3 abbreviatis oblongis acutiusculis, foliis caulinis superioribus sensim minoribus subdentatis, pedunculo foliato monocephalo, achaeniis disci turbinatis angulatis tuberculatis glabris, radii tenuioribus margine ciliolatis, pappo paleaceo stellatim patente.

Ante fodinas Burra Burra. Murray.

Herba annua digitalis vel minor. Folia inferiora pollicaria, ad $^3/_4$ integerrima, apice lobis 5 — 7-pinnatifida, lobi obtusi vel acutiusculi, lineam longi; folia caulina superiora 3 — 2 lin. longa. Capitula florifera 2 lin., fructifera 3 lin. lata. Involucrum biseriale, foliolis oblongis, acutis, ciliolatis, basi angustatis. Ligulae uniseriales, breves, albidae. Flores disci numerosi hermaphroditi. Achaenia matura (saepe nigricantia) $^3/_4$ lin. longa, lateralia subcurvata, involucri foliolis parum superata. Pappus tenuis, setis paleaceis albidis.

Species distinctissima.

3. **B. diversifolia** Fisch. et Mey. DC. prodr. VII. p. 276. n. 3. *Brachystephium leucanthemoides* Cass. DC. l. c. VI. p. 304.

Fiedler's Section, in locis aquaticis. Novembr. Dr. Behr. Mount Gambir. Van Diemensland (Stuart).

Ligulae biseriales. Variat: indumento breviore et lon-

giore magis minusve glanduloso et involucri foliolis obtusis et acutis.

4. **B. ciliaris** Less. DC. prodr. V. p. 306. n. 5. Schldl. Linn. XX. p. 588. n. 60.

Bellis ciliaris Lab. Nov. Holl. II. t. 207.

Fiedler's Section, locis arenosis. Decemb. Dr. Behr. In arenosis peninsulae Levevre. Port Adelaïde. Febr. Lofty-range. Jan. Crystal-brook.

Variat glabra et glanduloso-pubernla, involucri foliolis obtusiusculis et acuminatis.

B. strongylospermoides Walp.! Linn. XIV. p. 305. non differt nisi foliis caulinis superioribus indivisis capitulisque parum majoribus; alas achaenii irregulariter ciliatas etiam in *B. ciliari* observavi.

5. **B. Muelleri** Sond. ramosa glabra, foliis caulinis alternis sessilibus lato-linearibus pinnatifidis, laciniis utrinque 6—8 abbreviatis ovatis mucronatis denticulatis, pedunculo elongato monocephalo subbifolio, radio uniseriali, ligulis linearibus, achaeniis cylindricis striatis utrinque ala tenui glabra integerrima ipsis sublatiore munitis, pappo minutissimo.

Gawler-town.

Pars inferior speciei insignis desideratur. Folia caulina sparsa circ. bipollicaria, 4 lin. lata, rachi circ. $1\frac{1}{2}$ lin. lata, lobis $1\frac{1}{2}$ lin. longis, lineam latis. Pedunculus 3—4-pollicaris, foliis 2 pinnatifidis, quam in caule minoribus instructus. Capitulum 4 lin. latum. Involucrum biseriale, foliola oblonga, acuta, glabra, 2 lin. longa. Receptaculum scrobiculatum. Flores disci numerosi. Ligulae disenm superantes, anguste lineares, demum revolutae, ex sicco albae. Achaenia circ. $\frac{3}{4}$ lin. longa, striolata; alae integerrimae opacae. Pappus minutissimus oculo armato tantum conspicitur.

6. **B. melanocarpa** Sond. et Muell. glanduloso-puberula caule erecto ramoso, foliis cuneato-oblongis apicem versus grosse dentatis, supremis minoribus sessilibus, pedunculis nudis monocephalis, involucri foliolis oblongis margine pallido fimbriato-ciliatis, achaeniis compressis obovatis integris utrinque elevato-punctatis, pappo paleaceo candido stellatim patente.

Ad fluvium Murray.

Herba annua semipedalis. Folia oblongo-cuneata in basin angustata, pollicem longa, apice 3 lin. lata, tri-, rarius 5-dentata, dentibus superioribus obtusis mucronulatis. Involucrum diametro bilineari. Ligulae lineares albae discum superantes. Achaenia atra $^3/_4$ lin. longa. Pappus brevis.

Habitu et foliorum forma similis *B. strictae* DC. (*Bell. aculeatae* Lab. Nov. Holl. II. t. 206.), differt: pube brevissima glandulosa, foliorum dentibus obtusioribus, capitulis minoribus nec non achaeniis exalatis.

7. **B. leucanthemifolia** Benth.! in Enum. pl. Hügel. p. 60. n. 7.

B. scapiformis var. *β.* DC. l. c. p. 306.

Van Diemensland (Stuart).

An *B. strictae* DC. varietas?

8. **B. scapiformis** DC. l. c. p. 306. n. 3. excl. var. *β.*

Van Diemensland (Stuart).

9. **B. decipiens** Hook. fil.! in Hook. Lond. Journ. Vol. VI. p. 114.

Van Diemensland (Stuart).

10. **B. Drummondii** Walp. Repert. bot. syst. II. p. 384. n. 3. Steetz Pl. Preiss. I. p. 428. n. 5.

Ad lacum Alexandrinae.

11. **B. trachycarpa** F. Muell. l. c. p. 399. n. 49.

Ad rivulos Crystall-brook et Cudnaka. Octob.

12. **B. glauca** Walp.! Linn. XIV. p. 315. fide spec. authent. a beat. Lucae commun.

Australia felix, Joisse.

13. **B. marginata** Benth.! l. c. p. 60. n. 12.

Van Diemensland (Ferd. Bauer et Stuart).

14. **B. calocarpa** F. Muell. l. c. p. 399. n. 50.

In pascuis argillosis aridis prope Cudnaka.

Distinguitur a simillima *B. marginata* Benth. caule erecto sublanuginoso, foliis 2—3-pollicaribus petiolato-angustatis firmioribus et achaeniis in disco dense papillatis, papillis elongatis.

15. **B. debilis** Sond. pilosiuscula subramosa, foliis lineari-cuneiformibus apice pinnatifido-3—5-dentatis, dentibus acutissimis, superioribus minoribus subfiliformibus, pedunculis elongatis nudis, involucri glabri foliolis acutiusculis ciliolatis, achaeniis obovatis compresso-planis margine alatis ciliatisque in disco glabris vel pilosiusculis, pappo paleaceo stellatim patente.

Kensington.

Herba annua 3—4-pollicaris, radice exili, caule tenui erecto pauciramoso. Folia inferiora $^1/_2$—1 poll. longa, apice 2—3 lin. lata, dentibus lineam longis, semilineam latis. Pedunculi 2—3-pollicares, monocephali, basi glandulosi. Capitula diametro circ. 2-lineari. Ligulae lineares, disco duplo longiores, in sicco albae. Achaenia 1 lin. longa.

16. **B. pachyptera** Turcz. Bullet. Mosc. Tom. XXIII. Synanth. p. 75.

Ad fodinas Burra Burra. Septemb. Ad fluv. Murray.

Herba 1—3-pollicaris. Folia pollicaria vel breviora. Radius albus.

17. **B. radicans** Steetz in Pl. Preiss. I. p. 429. n. 6. *B. linearifolia* Benth. l. c. p. 60. n. 14. et? DC. prodr. V. p. 306. n. 8.

Van Diemensland (Stuart).

Herba $^1/_2$—$1\,^1/_2$-pedalis, caule nudo vel ad apicem usque parce foliato. Folia radicalia linearia scapum subaequantia. Achaenia (immatura) obovata, compressa, margine alato ciliata, in disco 3-striata, laevia vel tuberculis conspersa.

Pacquerina Cassini. DC. prodr. V. p. 306.

1. **P. graminea** Cass. *Bellis graminea* Lab. Nov. Holland. II. t. 204.

In glarea flum. exsicc., Tonunda, Gawler prope Bethanien, April (Dr. Behr). Inter North-arm et pagum Hindmarsh, April. In agris prope Bethanien. Van Diemensland (Stuart).

β. latifolia, folia elongata 3 — 4-pollicaria, lamina bipollicari 4 — 5 lin. lata.

Bugleranges, April.

γ. angustissima, foliis linearibus, angustissimis. Labill. l. c. fig. sinistra.

δ. heterophylla, foliis imis indivisis, caeteris trifidis pinnatifidisque, laciniis linearibus.

In Lofty-range et ad Glichenbay.

Lagenophora Cassini. DC. l. c. p. 307.

1. **L. latifolia** Hook. fil.! l. c.

Brachycome pumila Walp. Repert. bot. syst. II. p. 584. Mount Burr.

L. Billardierii varietas?

2. **L. Billardierii** DC. l. c. n. 3.

Bellis stipitata Lab.! Nov. Holl. II. t. 205.

Van Diemensland (Stuart).

3. **L. Gunniana** Steetz! Pl. Preiss. I. p. 431. n. 2.

In graminosis versus pagum Klemzig, Octob., et ad vias pr. Tonunda. Septemb.

A *L. Huegelii* Benth. cui simillima, differt: caule plerumque humiliore, involucri sub-3-serialis squamis obtusiusculis, *floribus foemineis in ambitu* **2 — 3**-*seriatis* (in *L. Huegelii* 1-seriatis), ligulis minutis plerumque rubellis involucrum vix excedentibus (in *L. Huegelii* multo majoribus albis) nec non achaeniis utrinque glabris. — Folia sessilia vel longe petiolata ab iis *L. Huegelii* non recedunt.

Isoëtopsis Turczan. Bullet. Mosc. Tom. XXIII. (1850.) p. 75.

1. **I. graminifolia** Turcz.! l. c. t. III.

Ante fodinas Burra Burra.

Herba caespitosa, facie *Isoëtidis lacustris*, 1 — 2-pollicaris. Folia omnia radicalia, graminea, lineari-subulata, basibus dilatatis capitulum includentia. Capitula saepius aggregata, circ. 16-flora. Involucrum partiale subbiseriale, foliolis 10 oblongis, acutis, glabris, $2\frac{1}{2}$ lin. longis. Receptaculum planum, alveolatum. Flores centrales 4 masculi, floribus 10 — 12 femineis circumdati. Flores masc.: corolla tubulosa glabra, tubo elongato tennissimo apice 3 — 4-dentato, antherae oblongae ecaudatae apice subproductae, stylus indivisus apice parum inerassato dense papillatus, ovarium nullum. Flores femin.: tubus conico-elongatus, gracilis, glaberrimus, apice oblique et irregulariter 4 — 5-dentatus, dentibus 2 — 3 longioribus acuminatis, stylus demum emersus ramis subacuminatis tennissime papillosis, ovarium compressum villosissimum, pappi paleae 10, obovatae, obtusae, longitudine ovarium parum superantes, nitidae, argenteae vel flavidae. Achaenium maturum non vidi.

Anthocerastes A. Gray in Hook. Lond. Journ. Bot. 1852. p. 225. *Toxanthes* Turczan. ex parte *).

1. **A. Drummondii** A. Gray l. c.

Toxanthes perpusillus Turcz. Bull. Mosc. XXIII. Synanth. p. 76.

In locis humidis ante fodinas Burra, nec non ad fl. Hutt et Broughton.

Flores tetrameros et pentameros in uno eodemque specimine observavi.

2. **A. Muelleri** Sond. annua pusilla caulescens subglutinosa, caulibus adscendentibus erectisve monocephalis, foliis linearibus, caulinis inferioribus oppositis, superioribus alternis, involucro 5-phyllo, 5 — 10-floro, achaenio tereti rostrato pubescenti-scabro apice subglanduloso, tubo corollae hamato-incurvo glaberrimo persistente, pappo nullo.

Murray.

Radix tenuissima. Caules teretes pollicares. Folia radicalia 3 lin., caulina sessilia $1\frac{1}{2}$ — 1 lin. longa, et fere $\frac{1}{3}$ lin. lata. Involucri foliola margine membranacea, lineam longa. Achaenia sensim angustata, involucro duplo longiora, in sicco nigricantia. Corollae tubus circ. 1 lin. longus, glaber, basi purpureus apice luteus, cum achaenio continuus et persistens; limbus minute 4- vel 5-dentatus, patens vel subrecurvus..

Ab *A. Drummondii* A. Gray facile distinguitur: caule pollicari foliato cum foliis glanduloso, capitulis plerumque plurifloris non lanuginosis, ovario scabrido et corolla glabra.

Solenogyne Cassini. DC. prodr. V. p. 367.

1. **S. bellioides** Cass. Herba pilosa vel glabra, 1—3-pollicaris. Radix crassa abscissa (biennis?), fibris numerosis,

*) *Toxanthes major* Turcz. Bullet. Mosc. XXIV. Syn. p. 8. est *Scyphocoronis viscosa* A. Gray in Hook. Icon. pl. t. 851.

validis, plerisque simplicibus. Caules plures scaposi, erecti, laterales adscendentes, teretes, infra capitulum incrassati, nudiusculi vel squamis 4 — 5 linearibus, basi latiore sessilibus instructi. Folia omnia radicalia aut subradicalia, caules aequantia nonnullis minoribus intermixta, obovata vel obovato-oblonga, obtusa, in petiolum folio 3 — 4-plo breviorem angustata, obtuse dentata vel integerrima et summo apice denticulata. Capitula multiflora in apice caulium solitaria, 2— 3 lin. lata, glabra. Involucri foliola 2—3-seriata, adpressa, oblonga; obtusa, margine pallidiori, ciliato-denticulata, exteriora breviora. Receptaculum planiusculum, nudum. Flores disci (15—20) masculi, tubulosi, 4-, rarius 5-dentati, glabri, lineam longi, ovario nullo, antheris oblongis ecaudatis. Flores radii feminei, 2—3-seriales, tenuissimi, tubulosi, irregulariter sub-3-denticulati, discum superantes. Styli rami apice subacuminati, demum emersi. Achaenia matura lineam longa, obovato-oblonga, compressa, margine calloso, integra, faciebus glaberrima, apice callo minimo perforato terminata. Pappus nullus.

Holdfastbay.

Emphysopus Hook. fil. l. c. generi *Solenogynis* valde affinis videtur.

Conyza Lessing. DC. prodr. V. p. 377.

1. **C. ambigua** DC. l. c. p. 381.

Fiedler's Section, in cultis, Mart. Dr. Behr. Ad fluv. Torrens, Januar. Inter frutices Tonunda creek, Martio.

Flores feminei omnes tubulosi filiformes, nec ulli ligulati.

Eyrea F. Muell. l. c. p. 403.

1. **E. rubelliflora** F. Muell. l. c. n. 54.

In glarea fluminum exsiccatorum, c. g. Crystal-brook Sulteyer creek, Arkaba. Octob.

Epaltes Cass. DC. prodr. V. p. 461.

1. **E. australis** DC. l. c. p. 462. n. 6. non Lessing!
Ethulia Cunninghami Hook. in Mitch. Trop. Austr. p. 62. Murray.

Planta dioica! Specimina a cl. Mueller collecta, omnia mascula. Caulis $^1/_2$—$^3/_4$-pedalis foliosus, apice corymboso-paniculatus, pedunculis 2—3-cephalis. Folia 6—9 lin. longa, 2 lin. lata. Corolla tubulosa 5-dentata, basi pappo panciseto, subserrato, corolla parum breviore instructa. Ovarium nullum. Stylus indivisus emersus.

Eclipta L. DC. l. c. p. 490.

1. **E. erecta** L.

In umbrosis ad ripam fl. Torrens, una cum *Siegesbeckia orientali*. Januar.

„Herba plerumque diffusa."

Siegesbeckia L. DC. l. c. p. 495.

1. **E. orientalis** L.

Barossa, in glarea fluv. Tonunda. Mart. Dr. Behr. Torrens-river, Novembr.

Herba bipedalis et ultra. Flores lutei.

Trib. IV. **Senecionideae** Less.

Subtrib. II. **Helianthcae** DC.

Divis. V. *Verbesineae.*

Glossogyne Cass. DC. prodr. V. p. 632.

1. **G. tenuifolia** Cass. et Less. DC. l. c. n. 2. *Bidens tenuifolia* Labill. sert. caledon. p. 44. t. 45. opt.! *Glossogyne bidentidea* F. Muell. l. c. n. 53.

In plagis sterilibus subsalsis sinum Spenceri inter et partem borealem montium Flindersii.

Subtrib. V. **Helenieae** Cass.

Divis. III.? *Madieae.*

Silphiosperma Steetz. Pl. Preiss. I. p. 433.

1. **S. collinum** Sond. glabrum vel apice glanduloso-pilosum, foliis alternis basi latiore vaginante ciliata sessilibus pinnatifidis, laciniis subulatis mucronatis basi latioribus, capitulis 10—25-floris, floribus centralibus 4-dentatis, achaeniis disco pilosis obovatis margine alatis, alae dentato-ciliatae, dentibus pilo erecto hamato terminatis.

Ctenosperma collinum F. Muell. in sched.

Ad fodinas Burra Burra. Septemb. Holdfasthay. August. In planitie graminosa inter Adelaïde et Gawlertown. Sept.

Herba annua 2—3-pollicaris, a basi ramosa. Folia inferiora pollicaria, lineam lata, superiora minora, basi latiore subvaginantia, ad $^1/_2$ — $^3/_4$ indivisa et ciliata, apicem versus pinnatifida, laciniis utrinque 2—3 angustis mucronatis, circ. 2 lin. longis. Folia suprema capitulis saepe approximata, pinnatifida vel dentato-ciliata. Capitula 2 lin. lata. Involucri foliola 8—10, concava, acutiuscula, flores aequantia. Flores centrales hermaphroditi, 4-dentati, antheris ecaudatis, styli ramis apice attenuatis, papillosis. Flores feminei uniseriales, ligulae brevissimae, obtusae, subemarginatae, stylum bifidum aequantes. Pappus nullus. Achaenia plano-compressa, late obovata, lineam longa et subaequilata, disco pilosa, marginibus late alata, ala multidentata; dentes patuli obtusi pilo solitario vel 2—3, erectis apice hamulatis terminati.

Magnitudine et habitu ad *S. glandulosum*, characteribus magis ad *S. perpusillum* accedit.

In *S. perpusillo* a cl. Preiss collecto, achaenia video oblongo-obovata et disco pilosa, non glabra.

Subtrib. VI. **Anthemideae** Cass.

Div. I. *Euanthemideae* DC.

Maruta Cass. DC. prodr. VI. p. 13.

1. **M. Cotula** DC. l. c. *Anthemis Cotula* L.

Van Diemensland (Stuart).

Div. III. *Cotuleae* Less.

Cotula Gaertn. DC. l. c. p. 77.

1. **C. filifolia** Thunbg. Fl. Cap. p. 636.

Gymnogyne cotuloides F. Muell. in sched.

Ad Reedsbed, Nov. Holl. austr.

Nulla nota a pl. capensi diversa.

2. **C. coronopifolia** L.

In locis paludosis ad Gawler prope Bethanien, Januar. Dr. Behr. In graminosis udis urbi Adelaïde vicinis, Julio. Van Diemensland (Stuart).

Pleiogyne C. Koch. Schldl. et Mohl bot. Zeitg. I. 40.

Sect. I. Strongylosperma Less.

1. **P. australis** C. Koch l. c. *Strongylosperma australe* Lessing! fide spec. authent. herb. reg. Berol. *Cotula Cunninghami* J. D. Hooker! *C. anthemoides* F. Muell. in sched.

In locis cultis apud Glen Ormond, Sept. In valle apud cataractam, Loftyrange, Febr. In Van Diemensland leg. cl. Stuart.

2. **P. multifida** Sond. *Leptinella* (*Oligoleima*) *multifida* Hook. fil. in Lond. Journ. Bot. VI. p. 118.

Van Diemensland (Stuart). Inter montem Gambir et sinum Rivoli-bay, Octob.

3. **P. reptans** C. Koch l. c. *Strongylosperma reptans* Benth.! in Enum. pl. Hügel. p. 60. *Leptinella* (*Oligol.*) *longipes* Hook. fil.! l. c.

Van Diemensland (Stuart).

Div. 5. *Artemisieae* Less.

Myriogyne Less. DC. prodr. VI. p. 139.

1. **M. minuta** Less. DC. l. c. n. 2. Steetz, Pl. Preiss. I. 435. *M.? Cunninghami?* Schldl.! Linn. XX. p. 589. *Grangea* Lam. Illustr. t. 699. 2.

Fiedler's Section et prope Bethanien, locis cultis inundatis. Januar. Dr. Behr. Tonunda break copiose, Martio. Gawler-river.

2. **M. Cunninghami** DC. l. c. n. 3.

Light-river.

Differt a praecedente: capitulis hemisphaericis subdepressis, non globosis, involucri squamis fructus margines aequantibus et achaeniis parum majoribus (lineam longis) tetragonis faciebus elevato-striatis.

Flores centrales (sub-16-) hermaphroditi; corolla minuta limbo subcampanulato 4-fido; antherae basi sagittatae; styli rami truncato-obtusi Corolla flor. femin. magis tubulosa, apice minute 4-dentata; styli rami filiformes. Achaenia subturbinata, angulata, calva, anguli pilis erectis apice hamatis tecta.

Sphaeromorphaea DC. prodr. VI. p. 140.

Genus a *Myriogyne* diversum: achaeniis cylindricis multostriatis coronula subintegra terminatis.

1. **S. petiolaris** DC. l. c. n. 1. *Epaltes australis* Less.! fide spec. auth. herb. reg. Berol.

Myriogyne peduncularis Behr.

Murray, ad margines paludum, April.

Herba repens. Corolla disci tubulosa, limbo 4-dentato; flor. femin. elongato-tubulosa apicem versus angustata denticulata. Antherae basi sagittatae subcaudatae. Stylus basi bulbosus.

Subtr. VII. **Gnaphalicae** Less.

Div. 1. *Angiantheae* DC.

Skirrophorus DC. prodr. VI. p. 150. Asa Gray in Hook. Journ. Bot. 1851. p. 147. *Skirrophorus* et *Pogonolepis* Steetz. *Eriocladium* Lindl.

1. **S. eriocephalus** Hook. fil. Asa Gray l. c. p. 148. *S. Fuernrohrii* F. Muell. in sched.

Inter portum et urbem Adelaïde. Holdfastbay. Port Lincoln. Van Diemensland (Stuart).

Praeter glabritiem totius plantae *S. Preissianus* Steetz. Pl. Preiss. I. p. 439. a *S. eriocephalo* non differt.

2. **S. (Pogonolepis) Muellerianus** Sond. laxe lanatus ramosissimus, ramis fastigiatis ramulisque erectis rigidis, foliis lineari-subulatis mucronatis, glomerulis ovalibus solitariis vel racemoso-aggregatis, involucri generalis squamis exterioribus 3-seriatis foliaceis pungentibus glomerulum subsuperantibus, receptaculo generali convexiusculo.

Inter portum et urbem Adelaïde. Spencer's gulph.

Affinis *Pog. strictae* Steetz, differt: caule humili a basi ramosissimo, glomerulo ovali viresceute, involucri foliolis extus non lanatis, receptaculo non plano et bracteis non dense barbatis nec barba in dorsum decurrente.

Herba 2 — 3-pollicaris. Involucri squamae interiores scariosae. Corolla et achaenium lateribus 2 applanatis subtriquetrum exacte ut in *P. stricta*.

Nematopus Asa Gray l. c. p. 98.

1. **N. foliatus** Sond. annuus, laxe lanatus, caule erecto gracili, ramis filiformibus indivisis corymbosis mox glabratis, foliis alternis subulatis sublanatis, glomerulis conico-hemisphaericis ramos foliosos terminantibus, involucri lanati squamis oblongis 4-seriatis.

Cudnaka.

Caulis tripollicaris purpurascens, apice in ramos 4 — 6 circ. bipollicares, alternos, tenues simplices patulos solutus. Folia caulina 8 — 10 lin., ramea inferiora 5 — 6 lin., suprema 2 — 1 lin. longa. Glomeruli bilineares.

A *N. effuso* A. Gr. (*Gnephosi arachnoidea* Turczan. l. c. Tom. XXIII. Synanth. p. 26. n. 37.) pedunculis (ramis) foliatis indivisis, capitulis duplo majoribus et involucri squamis 4-seriatis diversus.

Angianthus Wendl. coll. pl. 2. p. 31. t. 48. *Cylindrosurus* Benth in Enum. pl. Hügel. p. 62.

1. **A. tomentosus** Wendl. l. c. *Cylindrosurus flavescens* Bth. *Ang. flavescens* Steetz. Pl. Preiss. I. p. 438.

Murray-scrub, locis apertis. Novemb. (Dr. Behr). Cudnaka. Holdfastbay. In peninsula Levevre. Decemb.

Variat: caule bi- vel tripollicari et elato ultra pedali, simplici et a basi ramoso, dense lanato et glabrato; foliis anguste linearibus et spathulatis, nunc 1 — 1 1/2-pollicaribus, nunc 3 — 4 lineas longis; glomerulo cylindrico 8 lin. longo et ovato dimidio breviore; pappi setis 2 — 3 (in spec. e Murray-scrub et Cudnaka), 3 — 4 (in spec. ex peninsul. Levevre), et 3 — 5 (in spec. ad Holdfastbay collect.).

Pumilo Schldl. Linn. XXI. p. 447. *Actinopappus* Hook. fil. et Asa Gray Hook. Lond. Journ. 1852. p. 226.

1. **P. argyrolepis** Schldl. l. c. *Actinopappus Lepidocoma trachycarpa* F. Muell. in sched. *Drummondii* A. Gr. l. c.

In planitiebus prope Tonnnda alibique frequens. Sept.

Altera hujus generis species est:

P. Preissii Sond. *Achinop. perpusillus* Hook. fil. l. c. *Styloncerus multiflorus* N. ab E. in Pl. Preiss. II.

p. 244. Specimina $^1/_2$ — 1-pollicaria, simplicia vel parce ramosa, Herb. Preiss. n. 127. Specimina 1 $^1/_2$ — 2-pollicaria, ramosa, foliis superioribus interdum alternis, Herb. Preiss. n. 2410.

Eriochlamys Sond. et Muell.

Capitula 20-flora homogama, extus lanata, in glomerulum subglobosum aggregata; glomerulus foliis pluribus linearibus ipsum aequantibus involucratus. Involucri partialis squamae biseriatae, obtusae, exteriores subfoliaceae, interiores subscariosae (exappendiculatae) denticulatae, glabrae. Receptaculum parvum conico-cylindricum, epaleaceum, tuberculatum, glabrum. Flores hermaphroditi. Corolla tubulosa, apice ampliata, 5-dentata, basi non skirrosa. Antherae bicaudatae. Styli rami truncato-obtusi. Achaenia oblonga, glabra, pellicula hyalina, mucilaginosa tecta. Pappus nullus. — Herba annua 2—3-uncialis, ericoidea, ramosa; caule ramisque laxe lanatis, demum glabratis foliosis, glomerulo subgloboso, e capitulis 2—5 composito, sessili, dense lanato, foliis bracteato terminatis; foliis alternis subulatis obtusis, glabris.

1. **E. Behrii** Sond. et Muell.

Styloncerus eriocephalus Behr.

In solo argillaceo in planitie inter Saltercek et Pine forest Novemb. Dr. Behr. Dombey-bay.

Planta *Myriocephalo? villosissimo* Turcz. (*Crassolep. eriocephala* Asa Gray) similis. (Vidi spec. Drummond. a cl. Turcz. commun. in herb. amic. Steetz.)

Chrysocoryne Endl. A. Gray l. c.

1. **C. angianthoides** F. Muell. spicis clavatis racemosis paniculatisve e viridi-flavescentibus nitidis, capitulis 4-, rarius 3-floris, involucri squamis 6, exterioribus supra basin

macula viridi notatis, corolla 5-dentata. F. Muell. l. c. n. 55.

In virgultis deserti prope Cudnaka. Arkaba. Octob.

Similis *C. Huegelii* A. Gray (*C. pusilla* Steetz) convenit involucri squamis 6, differt autem spicis aureis, capitulis bifloris et involucri squamis exterioribus non viridi-maculatis. (Comparavi spec. Huegeliana, Preissiana et Drummondiana.)

C. Drummondi As. Gr. et *C. uniflora* Turczan. Bullet. Mosc. XX. p. 25. (*C. myosuroides* A. Gray l. c.) a praecedentibus facile involucri squamis 2, nec 6 distinguuntur.

Trichanthodium Sond. et Muell.

Capitula uniflora homogama, squamis paucis aequilongis concavis oblongis acutis scariosis apice citrinis inclusa paleisque linearibus scariosis sejuncta, in glomerulum sphaericum aggregata. Involucrum generale glomerulo brevius, extus lanatum, pluriseriale, foliolis exterioribus herbaceis, caeteris scariosis, omnibus linearibus, appendicula brevi acuminata aurea auctis. Receptaculum convexum, pilosissimum et paleaceum, pilis rigidis persistentibus, paleis linearibus scariosis, infra appendiculam citrinam lana intricata connexis, cum floribus deciduis. Flores hermaphroditi. Corolla tubuloso-infundibuliformis, glabra, 5-dentata, dentibus patulis acutis. Antherae apice subproductae, basi bicaudatae. Styli rami truncati, barbellati. Achaenium cuneatum glabrum, pellicula diaphana, laxe cellulosa, mucilaginosa cinctum. Pappus paleaceus cylindricus, corollam dimidiam fere aequans, denticulatus vel sublobatus, mox deciduus, compressione facile in lacinias plures secedens. — Herba annua $^1/_2$—1-pedalis albolanata multicaulis, caulibus erectis simplicibus vel basi ramosis ad apicem usque foliatis glomerulo sphaeroideo (4 lin. lato)

aureo terminatis, foliis angustissime linearibus subcarinatis obtusis, inferioribus et superioribus minoribus, intermediis circ. 8 lin. longis, $^1/_2$ lin. latis.

1. **T. skirrophorum** Sond. et Muell.

Cudnaka.

Leucophyta R. Brown. DC. prodr. VI. p. 152. A. Gr. l. c.

1. **L. Brownii** Less. DC. l. c.

Nov. Holl. austr. (loco spec. non adnotato). Van Diemensland (Stuart).

2. **L. citrea** Sond. lanata demum glabrata, caule subangulato ramoso, foliis lanceolatis obtusiusculis planis, in ramulis superioribus adpressis, capitulis 3-floris in glomerulum terminalem globosum congestis, involucri generalis lanati squamis acutis foliaceis appendicula brevissima auctis, involucri partialis squamis oblongis infra appendiculam rotundatam citrinam subbarbatis, achaenio obovoideo, pappi paleis basi dilatatis a basi plumosis.

Murray-scrub, Dr. Behr.

Caulis suffruticulosus divaricato-ramosus, laxe lanatus, foliorum marginibus decurrentibus subalato-angulatus. Folia alterna sessilia, inferiora 1—1 $^1/_2$ poll. longa, 1 $^1/_2$—2 lin. lata, ramulorum 3—4 lin. longa, lanceolata. Capitula 3—4 lin. lata. Involucrum generale capitulo multo brevius, squamis acutis. Involucri partialis squamae corollam 5-dentatam aequantes scariosae, supra medium i. e. infra appendiculam citrinam dorso sublanatae. Antherae caudatae. Styli rami capitellati. Achaenium obconicum, papulosum. Pappi setae 6—8 corollam aequantes, basi dilatata concretae, a basi ad apicem plumosae.

Colore virescente, foliis longioribus duplo triplove latioribus demum subglabris, et capitulis citreis primo adspectu a *L. Brownii* diversa.

Calocephalus R. Brown. DC. prodr. VI. p. 151. A. Gray l. c.

1. **C. lacteus** Less. DC. l. c. n. 1. Schldl. Linn. XX. p. 591.

Bethanien, Decemb. Dr. Behr. Ad Gawler, Martio florens.

2. **C. citreus** Less. DC. l. c. n. 2.

Tonunda, Januar. Murray-scrub. Febr. Dr. Behr. Gnichenbay.

Herba 1—2-pedalis, gracilis, simplex vel a medio ramosa, ramis virgatis. Folia inferiora opposita, 1—4 poll. longa, $^1/_2$—1 lin. lata, superiora alterna sensim minora, adpressa. Glomerulus globosus vel oblongus, nunc 3, nunc 6 lin. longus, citrinus. Involucrum generale nullum. Capitula triflora. Involucri partialis squamae e basi cuneata oblongae apice citrino rotundato-obtusae. Achaenium obconicum glabrum papulosum. Pappi setae circ. 4, corollam 5-dentatam aequantes, basi dilatata concretae, apice plumosae.

Pycnosorus Benth. Enum. pl. Hügel. p. 63.

Capitula 5—6-flora, homogama, sessilia, in glomerulum globosum densum exinvolucratum aggregata, singula bractea foliacea fulcrata. Receptaculum generale lanatum. Involucrum partiale (capituli) e squamis 6—8 scarioso-hyalinis, flores subaequantibus. Receptaculum partiale paleis hyalinis inter flores onustum. Flores omnes hermaphroditi. Corolla tubuloso-infundibuliformis, limbo 5-fido. Antherae bicaudatae. Styli rami capitellato-truncati subpenicillati. Achaenium obconicum adpresse sericeo-pilosum. Pappus corollam aequans, setae 12—16 basi concretae, ad apicem usque dense plumosae.

1. **P. globosus** Benth.! caule candicante apice longe nudo vel remote squamulato, foliis inferioribus oblongo-spathulatis

calloso-acutis basi longe angustatis trinerviis utrinque albo-lanatis, glomerulo globoso.

Cudnaka, Octob. (comparavi spec. authent. in herbar. aulico Vindob.)

Radix lignosa. Caulis erectus vel prope basin subadscendens, $1\frac{1}{2}-2$-pedalis, teres, dense lanato-tomentosus, ad medium usque foliatus, superne nudus vel squamulis paucis remotis auctus, glomerulo solitario terminatus. Folia inferiora spathulata, acuta et callo apiculata, basi longe angustata sessilia, integerrima, trinervia; folia sequentia sensim minora. Pedunculus elongatus apice parum attenuatus. Glomerulus e capitulis numerosissimis arcte congestis compositus, diametro $\frac{2}{3}$ — 1-pollicari. Involucrum universale nullum. Receptaculum generale dense lanatum. Capitula brateis parvis foliaceis acutis mucronatisve dorso lanatis fulcrata; bracteae capitula juniora superantia, capitulis evolutis breviora. Capitula 5—6-, rarius 7-flora, flores omnes hermaphroditi. Squamae capitulum includentes (involucrum partiale) oblongae obtusae, apice citrinae, 2 lin. longae. Paleae inter flores squamis involucri partialis simillimae, sed acutae. Corolla circ. 1 lin. longa, glabra, apice subampliata, limbi laciniis 5 acutis patentibus. Achaenium 1 lin. longum, parum compressum. Pappus corollam aequans, sursum citrinus, setis basi concretis sed non dilatatis, dense plumosis, plumulis supremis longioribus. Nullum vestigium floris neutrius in capitulo vidi.

2. P. chrysanthus Sond. caule laxe lanato demum glabro foliato, foliis lanceolatis linearibusve calloso-mucronatis subtrinerviis supra glabris subtus arachnoideo-lanuginosis, supremis squamaeformibus, glomerulo ovali. *Calocephalus? chrysanthus* Schldl.! Linn. XX. p. 592.

Prope Bethanien, Decemb. Dr. Behr.

Caulis cito glabrescens, ad glomerulum usque aequaliter foliatus, foliis sensim minoribus, supremis squamaeformibus glabris. Folia inferiora $2\frac{1}{2}-3\frac{1}{2}$ poll. longa, 1 — 2 lin. lata. Glomerulus aureus $\frac{1}{2}$ poll. longus, ovalis, rarissime subglobosus. Receptaculum generale quam in *P. globoso* minus lanatum. Bracteae capitula fulcrantes foliaceae dorso pubescentes, floribus superatae. Capitulum 5 — 6-florum, suprema 4 — 3-flora, quam in *P. globoso* parum minora. Corolla, achaenium et pappus ut in antecedente.

Craspedia Forst. DC. prodr. VI. p. 152.

1. **C. Richea** Cass. DC. l. c. n. 1.

In graminosis planitiei circa urbem Adelaïde, August. In collibus ad rivum First-creek, Septemb. Mount Gambir. Macclesfield. Van Diemensland (Stuart).

Variat capitulis 6 — 8-floris.

2. **C. gracilis** Hook. fil. in Lond. Journ. VI. p. 118.

Van Diemensland (Stuart).

Formis intermediis in *C. Richea* transire videtur.

3. **C. macrocephala** Hook. Bot. Mag. t. 3415.

Van Diemensland (Stuart).

Caules 4-pedales, folia bipedalia.

A *C. Richea* non differt nisi caule elatiore et capitulis 8 — 13-floris.

4. **C. pleiocephala** F. Muell. l. c. n. 56.

In planitiebus collibusque siccis ad bases orientales tractus montani Flindersrange, montem Brownii versus.

Involucri generalis squamae hyalinae nervo viridi. Glomerulus ovalis vel subglobosus, solitarius vel plures (1 — 5) subconferti. Capitula in receptaculo generali cylindrico indi-

viso brevissime pedicellata, bractea hyalina nervo-viridi instructa, fulcrata. Antherae basi longe caudatae.

Polycalymma Muell. et Sond.

Capitula pluriflora brevissime stipitata bracteisque hyalinis inclusa in capitulum hemisphaericum aggregata. Involucrum generale imbricatum, squamae lineares foliaceae appendice ovata acuta alba radiante auctae, exteriores longiores, interiores sensim in flores steriles scariosos abeuntes. Receptaculum planum paleaceum, paleae stipitatae hyalinae flores aequantes, apice latiore fimbriato-lacerae, stipite subglanduloso. Involucri partialis squamae latae hyalinae apice fimbriato-dentatae, capitula involventes floresque subaequantes. Capitulum centrale circ. 15-florum, lateralia 8—5-flora, floribus hermaphroditis. Corolla tubulosa, 5-dentata, dentibus patulis acutis, tubo a basi ad medium usque glanduloso, pappum parum superans. Antherae lineares basi bicaudatae. Stylus basi aequalis, ramis truncato-obtusis. Achaenium villis longis sericeis vestitum. Pappus uniserialis, setae (12 vel plures) ima basi concretae, plumosae. — Herba australasica (perennis?) glanduloso-pubernla, caule fistuloso striato, e basi adscendente erecto, foliato, apice monocephalo, foliis alternis sessilibus elongato-linearibus planis, supremis appendicula alba auctis.

1. **P. Stuartii** Muell. et Sond.

Ad fluv. Murray.

Caulis ultrapedalis. Folia 3—4 pollices longa, $1^1/_2$ lin. lata, versus capitulum minora, summa appendice scariosa alba. Capitula depresso-hemisphaerica diametro pollicari vel ultra. Involucri foliola exteriora 4 lin. longa, lineam lata, appendice 3-lineari, 2—$2^1/_2$ lin. lata. Corolla 3 lin., achaenium 1 lin. longum.

Div. II. *Cassinieae* Less.

Ixodia R. Brown. DC. prodr. VI. p. 153.

1. **I. ptarmicoides** F. Muell. l. c. n. 57.

Inter montem Dutton et sinum Coffin-bay. Wilhelmi.

Paleae amplexantes appendice brevi alba auctae exacte ut in *I. achilleoide* R. Br. Corolla apice glandulosa, non eglandulosa ut habet cl. Mueller. Antherae basi caudatae.

A simillima *I. achilleoide* R. Br. cujus spec. authent. possideo, differt: foliis crassioribus obtusioribus et involucri squamis spathulatis obtusissimis.

2. **I. alata** Schldl.! Linnaea XX. p. 593.

In montosis ad Tonunda. Nov., Dec. Dr. Behr. Barossa ranges, praesertim in vallibus rupestribus. Febr.

Folia variant linearia (3—4 poll. longa, 2 lin. lata) et e basi latiore lanceolato-acuminata (3 poll. longa, 5 lin. lata). Corymbi axillares et terminalis in speciminibus maximis plerumque in paniculam spithamaeam disposita sunt. Paleae truncato-obtusae apice non albo-coloratae, corolla glabra $^1/_3$ breviores. Antherae basi longe bisetae. Styli rami truncato-obtusi subpenicillati. Achaenium oblongum basi cuneatum papilloso-pilosum.

Cassinia R. Brown. DC. prodr. VI. p. 154.

Sect. II. Anactilaena DC.

1. **C. aculeata** R. Br. DC. l. c. n. 12.

Van Diemensland (Stuart).

Ozothamnus praestans et *uncatus* F. Muell. in sched.

Variat: involucri squamis exterioribus roseo-purpureis. *Ozothamnus rodanthemus* F. Muell. in sched.

2. **C. rosmarinifolia** A. Cunningh. DC. l. c. n. 14.

Ozothamnus praestans F. Muell. in sched.

Murray-scrub. Febr.

3. **C. aduncа** F. Muell. msc. fruticulosa, foliis erectis rigidulis anguste linearibus, margine arcte revolutis, apice subrecurvis, mucronatis, supra scaberrimis subtus ramulisque lanato-tomentosis, corymbis decompositis congestis tomentosis, involucri squamis obtusis.

Murray-scrub.

Rami teretes. Folia pollicaria. Capitula nondum evoluta albida, lineam longa.

An *C. Cunninghami* DC. l. c. n. 13. varietas?

4. **C. paniculata** Behr et Muell. msc. fruticosa, foliis subtetrastichis patentibus anguste linearibus margine arcte revolutis recurvo-mucronulatis supra laevibus subtus ramulisque albo-tomentosis, panicula racemosa, capitulis cylindricis nitidis 3—4-floris, involucri squamis exterioribus obtusis, interioribus acutis.

Murray-scrub, locis apertis, April. Dr. Behr.

Frutex 5—6-pedalis. Rami glabri teretes; ramuli ultimi foliis parvis (1 — 1½ lin. longis) patulis subtetrastichis dense obsiti. Folia ramea adulta 4—5 lin. longa, ⅓—½ lin. lata. Panicula terminalis pyramidata, 1—2 poll. longa, cano-tomentosa. Capitula solitaria vel 2—3 aggregata, 2 lin. longa, cylindrica, fructifera subturbinata, albida vel flavescentia, nitida, squamis interioribus longioribus. Corolla 1 lin. longa, glabra. Paleae angustae flores subaequantes. Pappi setae uniseriales, serrulatae, apice non incrassatae, longitudine corollae. Achaenium minutum obovatum.

5. **C. quinquefaria** R. Br. DC. l. c. n. 19?

Flindersrange et Eldersrange.

An revera *Cassiniae* species? Capitula nimis juvenilia.

Haeckeria F. Muell. l. c. p. 406.

1. **H. cassiniaeformis** F. Muell. l. c. n. 58.

In solo arenoso-argillaceo ad Boston-point. Wilhelmi. An *Cassiniae* species nova?

Apalochlamys Cass. DC. prodr. VI. p. 157.

1. **A. Billardierii** DC. l. c. n. 1.

Van Diemensland (Stuart).

Div. 3. *Helichryseae* Less.

Rutidosis DC. prodr. VI. p. 158.

1. **R. auricoma** F. Muell. l. c. n. 61.

Ad margines rivulorum exsiccantium lapidosos montium prope Cudnaka.

Antherae basi obtusae, non caudatae nec sagittatae.

Rutidochlamys Sond.

Capitulum multiflorum heterogamum eradiatum, flores marginales pauci feminei, limbo 3—4-fido, lobis linearibus; disci hermaphroditis longe tubulosis 5-fidis, lobis linearibus demum reflexis. Receptaculum planum nudum. Involucrum cylindricum flores aequans, squamae pluriseriales imbricato-adpressae acuminatae scarioso-hyalinae transverse rugosae basi lanato-ciliatae, exteriores breviores enerviae, interiores nervo viridi. Antherae basi bisetae. Styli rami divergentes truncato-obtusi. Achaenium teretiusculum apice attenuatum, papuloso-scabrum. Pappus uniserialis setosus, setae serrato-scabrae. — Herba australasica erecta arachnoideo-lanata, foliis remotis alternis sessilibus lanceolatis acuminatis, margine revolutis, callo acuto saepe hamato apiculatis, paniculae laxae ramis apice 6—10-cephalis, capitulis aureis.

1. **R. Mitchellii** Sond.

Rutidosis arachnoidea Hook. in Mitch. Journ. trop. Austr. p. 341.

Caulis teres ultrapedalis demum glabratus. Folia utrinque dense lanata, intermedia circ. 2 poll. longa, 4 — 6 lin. lata, suprema minora. Capitula circ. 5 lin. longa, fructifera subovata. Achaenium lineam longum. Pappi setae (20 — 30) corollam aequantes albae.

Podotheca Cass. DC. l. c. p. 159.

1. **P. angustifolia** Less. *Podosperma angustifolium* Labill. Nov. Holl. II. 177. *Lophoclinium citrinum* Endl.! Bot. Zeitg. 1843. p. 457*). *Podotheca viscosa* F. Muell. in sched.

Port Lincoln, Decemb.

Waitzia Wendl. Steetz Pl. Preiss. I. p. 449. *Leptorhynchos* DC. ex parte.

Antherae basi bisetae.

1. **W. acuminata** Steetz! l. c. p. 453. n. 4. *W. discolor* Turcz.! l. c. Tom. XXIII. p. 31. n. 43. *W. admirabilis* F. Muell. in sched.

Pfeiffer's Section, Novemb. Dr. Behr.

Die lange in Vergessenheit gerathene, erst durch Steetz wieder zu Ehren gebrachte Gattung *Waitzia* steht, wie in den Plant. Preiss. nachgewiesen ist, in naher Verwandtschaft zu *Helichrysum* und *Leptorhynchos*. Während die, einen Strahl bildenden, inneren, gefärbten Hüllblätter ihr das Ansehen eines *Helichrysum* verleihen, kömmt sie in ihren übrigen Charakteren viel mehr mit *Leptorhynchos* überein. Die Unterschiede von dieser letzten Gattung bestehen darin, dass bei dieser die Borsten des Pappus am Grunde nur gesägt, bei *Waitzia* hingegen federig behaart sind. Ferner sind bei *Lepto-*

*) *Lophoclinium Manglesii* Endl.! ad *Podothecam gnaphaloidem* Hook. pertinet.

rhynchos die Hüllblätter kürzer oder nur so lang als die Scheibe; sie bilden keinen Strahl, höchstens ist durch ein kleines, trockenhäutiges Anhängsel die Andeutung dazu gegeben; bei *Waitzia* ist aber ein, die Scheibe überragender, gelb- oder weissgefärbter Strahl vorhanden. — Ich halte diese Unterschiede, unter Berücksichtigung des besonderen Habitus, für hinreichend, um die Gattung *Waitzia* als eine selbstständige gelten zu lassen. Ich möchte aber das in den Gattungscharakter mit aufgenommene, auf die Länge des Stipes der Involucrablätter sich beziehende Unterscheidungsmerkmal daraus entfernt wissen. Nicht bei *Waitzia* allein, sondern auch bei *Leptorhynchos* sind alle squamae involucri, mit Ausnahme der äussersten Reihe, mit einem Stipes versehen, und nehmen diese Stipites an Länge zu, je weiter sie nach innen stehen. Bei *Waitzia* sind die Stiele freilich häufig schon in den äusseren Hüllblättern mehr ausgebildet, dasselbe lässt sich aber auch bei einzelnen Arten von *Leptorhynchos* nachweisen.

Nicht richtig sind die Antheren dieser beiden Gattungen antherae basi ecaudatae genannt worden, denn sowohl bei *Waitzia*, als auch bei *Leptorhynchos* sind Anhängsel vorhanden. Bei einigen Arten, z. B. *Leptorhynchus elongatus* und *Rhytidanthe*, *Waitzia aurea* und *acuminata*, sind diese Anhängsel so lang, dass man sie mit der Loupe deutlich erkennt; die Antheren sind hier antherae longe bisetae zu nennen. Zu jener irrthümlichen Angabe ist Steetz dadurch veranlasst worden, dass er, nachdem der Antherentubus herauspräparirt war, das Präparat trocken unter das Mikroskop brachte; hierbei übersieht man die Anhängsel leicht, da sie häufig den Filamenten fest anliegen. Bringt man das Präparat aber in Wasser, so erblickt man die beweglichen Anhängsel augenblicklich. Die Bemerkung, welche in den Plant. Preiss. I. p. 452. zu *Waitzia aurea* Steetz über die Abbil-

dung Lindl. Bot. Reg. t. 1941. hinzugefügt ist, muss demnach gestrichen werden.

Leptorhynchos Less. DC. Prodr. VI. p. 159. (ex parte.)

Antherae basi bisetae.

1. **L. squamatus** Less. *Chrysocoma squamata* Lab.! Nov. Holl. II. t. 184. *Leptorhynchos Lhotzkyanus* Walp.! Linnaea XIV. p. 317. n. 5.

β. linearis, foliis angustioribus margine revolutis subtus tomentosis vel subglabris. *L. linearis* Lessing! DC. l. c. n. 2. *L. gracilis* Walpers! Linn. XIV. p. 317. n. 4.

Prope Bethanien, Novemb. (Dr. Behr). Ad oppidulum Gawlertown, Septemb. Ad latera montium Barrossa-range, Septemb. In solo fertili et sterili mont. Bugle-range. Decemb. Van Diemensland (Stuart). *β.* ad latera montis Lofty, Dec. (Compar. spec. Lessingian. in herb. reg. Berol.)

Planta polymorpha. Capitula in omnibus speciminibus a me examinatis semper heterogama, floribus paucis foemineis in ambitu. Involucrum plantae florentis turbinatum, fructiferae hemisphaericum. Squamae involucri in aliis speciminibus fusco-apiculatae, in aliis concolores.

Leptorhynchos nitidulus β. leucocaulon DC. l. c. n. 3. ex specim. Sieberiano non hujus generis sed *Podolepidis* species est.

Capitula in speciminibus a me examinatis semper heterogama, floribus paucis foemineis in ambitu.

Variat: foliis subtus canescentibus vel glabratis virescentibus, capitulorum squamis fusco-apiculatis vel concoloribus.

2. **L. pulchellus** F. Muell. msc. *Doratolepis? tetrachaeta* Schldl.! Linn. XX. p. 593. excl. synon.

Bethanien, locis arenosis, Dec. et inter Saltcreek et Pfeiffer's section, Nov. Dr. Behr. Enfield, Tonunda, Port Lincoln.

Flores foeminei marginales pappo 2 — 3-seto, flores hermaphroditi pappo 4-seto. Antherae basi bicaudatae.

3. **L. Waitzia** Sond. laxe lanata, caulibus lateralibus adscendentibus, foliis sessilibus lanceolato-linearibus margine revolutis calloso-mucronatis scabridis subtus concoloribus supremis scariosis, capitulo hemisphaerico, involucri squamis margine ciliatis, extimis sessilibus oblongis obtusis scariosis glabris opacis punctato-rugulosis, intermediis conformibus herbaceo-stipitatis, intimis linearibus herbaceis dorso scabris apice appendiculatis, achaeniis rostrum dimidium aequantibus.

Waitzia decolor F. Muell. in sched.

Locis montosis argillaceis ultra Saltcreek, Novemb. (Dr. Behr). In collibus siccis ad oppidulum Gawlertown. Sept.

Herba $^1/_2$ — 1-pedalis ramosa. Folia 1 — 1 $^1/_2$ poll. longa, 2 lin. lata, infima latiora, superiora sensim minora. Capitula in ramulis solitaria, diametro circ. semipollicari, involucro pallido ecolorato. Squamae involucri decolores, non albae, intermediae stipite brevi herbaceo, basi sublanatae, intimae viridulae, dorso et praesertim in nervo prominente pubescenti-scabrae, disco breviores, 4 lin. longae, appendice lanceolata ciliata scariosa auctae. Receptaculum planum, alveolatum, nudum. Flores omnes aequales hermaphroditi. Corolla tubuloso-infundibuliformis, in medio glandulosa, breviter 5-dentata, circ. 3 lin. longa. Antherae lineares, apice subproductae, basi longe caudatae. Styli rami truncati, penicillati. Achaenium (non plane maturum) scabrum, 1 lin. longum, in rostrum semilineare scabrum attenuatum. Pappus flavescens corollam aequans, setis circ. 16, a basi ad apicem aequaliter serratis.

Similis *Leptorhynchus Podolepis* DC. (*Viraya Podolepis* Gaudich.! Voy. Freyc. bot. t. 89.) qui certe hujus ge-

neris, nec *Waitziae* species, est planta stricte erecta, glabra. Praeterea foliis longioribus glabris, involucri squamis albissimis discum aequantibus non ciliatis et pappo non flavescente a nostro facile distinguitur. (Compar. spec. authent. in herb. Kunth.)

4. **L. Rhytidanthe** Benth. annua, caule foliisque pubescentibus, foliis linearibus acutis margine revolutis scabris, infimis latioribus basi angustatis, pedunculo monocephalo squamas hyalinas gerente, involucri squamis exterioribus lanceolatis acuminatis hyalinis, interioribus linearibus herbaceis appendice acuminata auctis, achaenio rostrum dimidium aequante. DC. prodr. VI. p. 679. *Rhytidanthe scabra* Benth.! in Enum. pl. Hügel. p. 63. *Leptorhynchus humilior* F. Muell. in sched.

Gnichen-bay. Cudnaka.

Herba $^1/_2$ — 1-pedalis radice tenui. Rami capituligeri scapiformes (pedunculi squamati). Capitulum homogamum; flores marginales foemineos nec in hoc nec in sequente observavi. Flores lutei. Antherae exsertae basi longe caudatae.

5. **L. elongatus** DC. biennis, caule simplici elongato scabrido ad apicem usque foliato, foliis utrinque scabris subtus etomentosis, radicalibus oblongis basi angustatis, mediis linearibus margine revolutis apice callosis, summis apice aut totis scariosis, involucri squamis exterioribus lanceolatis acuminatis hyalinis, interioribus linearibus herbaceis appendice angustissima, achaenio rostrum aequante vel sesquibreviore. DC. prodr. VI. p. 160.

β. tasmanicus, caule glabriusculo ramoso, capitulis subminoribus, rostro breviore.

In collibus secundum rivulum Firstcreek, August. Barrossa-range, Sept. Tounnda. *β.* Van Diemensland. (Hook. fil., Gunn., Stuart.)

Radix crassa perpendicularis, $^1/_2$—1-pedalis, plerumque multicaulis. Caules $1^1/_2$—2-pedales (in *β.* pedales) teretes, simplices vel parce ramosi, scabridi, apice demum glabri, purpurascentes. Folia utrinque viridia, scabrida demum glabriuscula, inferiora pollicaria, intermedia $1^1/_2$—2-pollicaria, superiora sensim minora, suprema appendice hyalina acuminata aucta. Capitulum praecedentis vel parum majus. Flores (ex sicco) quam in praecedente pallidiores. Corolla 4 lin. in *β.* 3 lin. longa, glandulosa, apice ampliato subcampanulata. Antherae exsertae, basi longe caudatae. Styli rami emersi truncato-obtusi. Achaenium plane maturum non vidi. Pappus albus, setae serratae, corolla evoluta breviores.

Millotia Cass. DC. prodr. VI. p. 161.

1. **M. tenuifolia** Cass. DC. l. c. Steetz Pl. Preiss. I. 456. n. 1.

Van Diemensland (Stuart).

Corolla 4-dentata, rarius 5-dentata.

1. **M. myosotidifolia** Steetz l. c. n. 2. *Senecio myosotidifolius* Benth. in Enum. pl. Hügel. p. 66.

β. robusta. M. robusta Steetz l. c. n. 4.

γ. glabrescens. M. glabra Steetz l. c. n. 3.

Fiedler's Section, Nov. (Dr. Behr.) Gnichenbay. Lofty-range.

Corolla 5-dentata, rarius 4-dentata.

Aus der Untersuchung zahlreicher Exemplare von verschiedenen Lokalitäten hat sich ergeben, dass *M. robusta* und *glabra* nicht als eigne Arten, sondern nur als Varietäten von *M. myosotidifolia* angesehen werden können. Genau genommen ist auch diese nur eine schwache Art, und kaum von *M. tenuifolia* zu trennen; da aber bei der einen die 5-zähnigen, bei der andern die 4-zähnigen Blumenkronen vor-

herrschen, und überdiess der Habitus etwas verschieden ist, habe ich es vorgezogen, sie getrennt zu lassen.

Ixiolaena Benth. l. c. p. 66. DC. prodr. VI. p. 161.

1. **I. tomentosa** Sond. et Muell. caule ramoso sublanato, foliis alternis semiamplexicaulibus lanceolatis rigide calloso-mucronatis, margine revolutis, utrinque tomentosis, involucri subcampanulati tomentosi squamis linearibus, exterioribus brevioribus apice nudis, interioribus appendicula scariosa ciliato-lanata auctis, achaeniis cylindricis glabris basi glandulae crassiusculae insidentibus.

β. glabrata, foliis lanceolato-linearibus ramisque parce lanatis subglabrisve, involucri hemisphaerici squamis numerosioribus dorso scabridis, omnibus appendiculatis.

Murray-scrub. Cudnaka. *β.* Crystall-brook.

Caulis fruticosus, ramis patulis subangulatis laxe lanatis, demum glabrescentibus purpureis. Folia pollicaria, 2 lin. lata, superiora minora, omnia basi auriculata semiamplexicaulia, integerrima, mucrone brevi (in sicco) subpungenti terminata, albo-tomentosa. Capitula in ramulis solitaria, circ. 5 lin. longa et lata, florifera subturbinata, fructifera hemisphaerica subcampanulata. Involucri squamae 3 — 4-seriales, exteriores laxiusculae interioribus duplo breviores; appendicula squamar. inter. lanceolata scariosa, alba, ciliato-lanata, disco aequalis, in capitulis nondum florentibus connivens et disco longior. Receptaculum ut in *I. viscosa* Benth. tuberculato-fimbrilliferum. Flores omnes hermaphroditi. Corolla glabra, dentibus 5 revolutis. Antherae apice productae, basi longe bicaudatae, caudis saepe laciniatis. Styli rami truncato-capitellati. Achaenium (immaturum) cylindricum, glabrum, lineam longum. Pappi setae (circ. 24) albae, ima basi concretae, serratae.

Var. β. est planta ramosissima, caule subglabro, foliis caulinis sublinearibus, 1 — 1 1/2 poll. longis, 1 1/2 lin. latis, ramulis capituligeris infra involucrum minute glandulosis, involucri squamis 5-serialibus glabris scabridis, achaeniis minoribus apice subglandulosis et pappi setis paucioribus argutius serratis. An species distincta?

Panaetia Cass. DC. prodr. VI. p. 162.

1. **P. Muelleri** Sond. caule parce ramoso laxe lanato, foliis amplexicaulibus oblongis calloso-mucronatis, margine subrevolutis, utrinque lanato-tomentosis, supra demum glabratis, pedunculis glaberrimis monocephalis, involucri hemisphaerici glaberrimi squamis adpressis ovatis scariosis nitidis, achaeniis radii oblongis epapposis, disci ovatis pappo sub-8-seto.

Davenportia chaetopoda F. Muell. in sched.

Inter rivum Crystalbrook et sinum Spencer, Oct.

Herba annua, 3 — 4-pollicaris, radice tenui. Caulis a basi ramosus, cum ramis gracilibus flexuosis lanato-tomentosus, tomento demum evanescente glabriusculus. Folia radicalia oblongo-spathulata, caulina remotiuscula, alterna, amplexicaulia, oblonga, mucrone brevi calloso acutata, inferiora et internodia 12—8 lin. longa et circ. 3—2 lin. lata, superiora minora. Pedunculi tennes fusco-purpurei, 1/2—2-pollicares. Capitulum multiflorum, heterogamum, diametro 3-lineari. Involucrum hemisphaericum discum aequans, squamae imbricatae, scariosae, diaphanae, flavescentes, fimbriato-ciliatae, exteriores breviores sessiles, intermediae breviter unguiculatae appendice late ovata, intimae ungue lineari appendicem ovatam superante. Receptaculum planum, nudum, tuberculatum. Flores omnes tubulosi, radii uniseriales feminei, 3 — 4-fidi, disci conformes hermaphroditi 5-fidi. Corolla glabra. Antherae basi bisetae. Styli rami truncati. Achaenium

disci ovatum, laeve, erostre, radii oblongum. Pappus in flor. marg. femin. nullus, in flor. hermaphroditis uniserialis, setosus, setae plerumque 8, apice serrato-plumosae.

Panaetiae Lessonii DC. simillima.

2. **P. athrixioides** Sond. et Muell. caulibus araneosis demum glabrescentibus, foliis alternis, superioribus confertis, linearibus calloso-mucronatis margine arcte revolutis, supra pilosis, subtus araneoso-canescentibus, pedunculis elongatis tenuibus nudis monocephalis, involucro hemisphaerico basi lanato, squamis exterioribus et intermediis squarroso-patulis lineari-setaceis ciliato-plumosis, interioribus linearibus appendice brevi scariosa ciliata auctis, achaenio erostri, pappo 3—4-seto, setis apice plumosis.

Murray. In ditione portus Lincoln. In planitiebus sterilibus ad apicem sinus Spenceri, Oct.

Herba 3—6-pollicaris, radice annua tenui, caulibus pluribus, lateralibus adscendentibus (2—3-pollicaribus), pedunculo aequilongo vel longiore terminatis. Folia $^1/_2$ — 2 poll. longa, $1^1/_2$ — 2 lin. lata, in spec. minoribus 8—10 lin. longa, lineam lata, semiamplexicaulia, linearia vel lanceolato-linearia, radicalia subspathulata. Pedunculi ramos terminantes gracillimi, fusco-purpurei, glaberrimi vel puberuli. Capitulum hemisphaericum (diametro 4—5-lineari) multiflorum heterogamum; flores omnes tubulosi, pauci marginales 4—5-, rarius 3-dentati, disci conformes hermaphroditi 5-dentati. Involucrum pluriseriale, squamae exteriores a basi ciliato-plumosae, intermediae a basi ad medium usque glandulosae apice ciliato-plumosae apicula brevi nuda, intimae disci aequantes, lineares, nervo viridi, integerrimae, apice appendicula brevi lanceolata dense ciliata colorata auctae. Receptaculum convexiusculum, epaleaceum, punctato-tuberculatum. Corolla tubulosa, apice ampliata, in medio glandulosa, limbo

patente. Antherae subexsertae, basi bicandatae. Styli rami divergentes, truncato-obtusi, papillosi. Achaenia $^1/_2$ lin. longa, erostria, scabra. Pappus in floribus femin. et hermaphrod. 3 — 4-setus; setae corolla evoluta breviores, albae, scabrae, a medio ad apicem plumosae.

Podolepis Labill. DC. prodr. VI. p. 162.

Sect. I. Scalia DC.

1. **P. rugata** Lab. Nov. Holl. II. t. 208. DC. l. c. n. 1. *P. centauroides* F. Muell. in sched.

Fiedler's Section, Dec., Dr. Behr. In peninsula Levevre, Dec. Port Lincoln.

2. **P. acuminata** R. Brown. DC. l. c. n. 3. *Scalia jacoides* Sims bot. Mag. t. 956. *Podolepis macrocephala* F. Muell. in sched.

Van Diemensland (Stuart).

3. **P. affinis** Sond. caule erecto apice subcorymboso foliisque subtus parce lanatis, foliis subdecurrentibus lanceolatis calloso-mucronatis, superioribus margine revolutis, involucri squamis ovatis cuspidato-acuminatis subfusco-hyalinis planis, exterioribus sessilibus caeteris stipitatis, stipitibus intermediarum linearibus herbaceis glandulosis sublanatisque, interiorum hyalino-marginatis et cum squama confluentibus, ligulis 3-dentatis, achaeniis striatis papillosis, pappi setis basi subconcretis.

Murray. Port Lincoln. Dombey-bay.

Caulis pedalis vel ultra, plerumque ramosissimus. Folia radicalia desunt, caulina inferiora et intermedia circ. 2 poll. longa, 4 — 5 lin. lata, superiora pollicaria vel minora. Pedunculi lanati squamati. Capitula diametro 5 — 6-lineari magnitudine *P. gracilis*. Flores lutei. Ligulae tridentatae vel subtrifidae. Pappi albi setae ima basi tantum concretae.

B. aristatae Benth. et praesertim var. *β. chrysanthae* simillima, differt: squamis involucri cuspidatis nec longe acuminatis, ligulis unilabiatis tridentatis non bilabiatis.

4. **P. Mitchellii** Sond. caule erecto apice corymboso foliisque laxe araneosis, foliis radicalibus spathulato-oblongis, caulinis elongato-lanceolatis calloso-mucronatis margine revolutis, basi auriculata sessilibus, involucri squamis omnibus stipitatis, stipite seriei intimae longiore herbaceo margine denticulato, squama ovata aucto, stipitibus reliquis sensim brevioribus dorso glandulosis squama cordato-triangulari subfusco-hyalina basi macula fusco-aurea notata striato-plicata, plicis a medio ad margines divergentibus, ligulis 3-dentatis, achaeniis scabris, pappi setis basi subconcretis.

Nov. Holland. subtropica. Sir Th. Mitchell. (Spec. comm. cl. Lindley.)

Herba, ut videtur annua, 1 — 1½-pedalis. Caulis demum purpurascens. Folia radicalia 3 — 4-pollicaria, caulina inferiora 3 — 2-pollicaria, circ. 3 lin. lata, superiora pollicaria vel breviora. Pedunculi squamati. Capitulum hemisphaericum, diametro 7—8-lineari. Involucrum nitidum subfusco-flavescens, maculis aureis. Stipites squamarum intimarum non hyalino-marginati. Flores lutei. Pappus albus Achaenium maturum non vidi.

5. **P. longipedata** A. Cunnigh. DC. l. c. n. 4.
Fiedler's Section, Decemb. Dr. Behr.

P. rugatae habitu et foliis affinis, involucro diversissima. Flores lutei, sed pallidiores quam in *P. rugata*. Ligulae trifidae vel quadrifidae. Pappi setae basi in annulum longiusculum concretae.

Siemssenia Steetz Pl. Preiss. I. p. 467.

1. **S. capillaris** Steetz l. c.!

Ad fl. Murray, Febr. Boston point. Cudnaka.

Specimina Muelleriana Preissianis altiora ultra pedalia ramosissima, ramis semipedalibus divaricatis repetito-dichotomis. Folia linearia, marginibus revolutis teretiuscula, in spec. majoribus 8—12 lin. longa, lineam lata. Ligulae extus plerumque purpureae.

Dimorpholepis A. Gray. Hook. Icon. pl. t. 856.

1. **D. australis** A. Gray l. c. *Duttonia sessiliceps* F. Muell. l. c. p. 409. n. 62.

In pratis prope rivum Rocky-creek.

Swammerdamia DC. prodr. VI. p. 164.

1. **S. Antennaria** DC. l. c.

Van Diemensland (Hook. fil., Gunn., Stuart).

Ozothamnus R. Brown. DC. prodr. VI. p. 164.

Sect. II. Petalolepis Cass.

1. **O. ferrugineus** DC. l. c. n. 4. *Eupatorium ferrugineum* Lab. Nov. Holl. II. t. 180.

Van Diemensland (Stuart).

Var. *β. angustifolius*, foliis linearibus margine subrevolutis supra glabris subtus cinereo-tomentosis.

Accedit ad *O. rosmarinifolium* DC. differt tamen, foliis supra glabris laevibus non rugulosis, margine parum tantum revolutis et capitulis minoribus glabrioribus.

2. **O. thyrsoideus** DC. l. c. n. 7.

Van Diemensland (Stuart).

3. **O. Hookeri** Sond. *O. lepidophyllus* Hook. fil. in Lond. Journ. (1847), non Steetz in Plant. Preiss. I. p. 468. (1845.)

Van Diemensland (Stuart).

4. **O. selaginoides** Sond. et Muell. fruticosus, caule foliisque glabris, foliis parvis ramos sexfariam dense vestientibus oblongis crassiusculis semiadnatis, parte libera squarroso-patula obtusiuscula integerrima, capitulis terminalibus aggregatis sessilibus cylindricis flavescentibus basi araneosis, squamis obtusis, intimis radiantibus albis.

Table mountain, Van Diemensland, 3000′, (Stuart).

Frutex humilis ramosissimus. Ramuli glabri, foliorum substantia adnata angulati. Folia carnosula, supra plana, subtus nervo prominente convexiuscula, integerrima, lineam longa, semiadnata, parte libera ($^1/_2$ lin. longa) horizontaliter patente vel subrecurva. Capitula 4—8 in apicibus ramorum ramulorumque sessilia, pauciflora, 2 lin. longa. Squamae adpressae obtusae, intimae flores superantes appendice brevi obtusa, alba. Flores omnes hermaphroditi. Pappi setae apice clavellatae serrulatae.

Sect. III. **Euozothamnus** DC.

5. **O. obcordatus** DC. l. c. n. 8.

Van Diemensland (Stuart).

Capitula heterogama! flores pauci marginales feminei, 3—4-dentati epapposi; flores disci hermaphroditi.

6. **O. retusus** Sond. et Muell. fruticosus, ramis ramulisque angulatis glabris, foliis linearibus subcuneatisve mucrone reflexo retusis, margine revolutis, supra glabris subtus incanis, corymbo composito, capitulis sub-10-floris, involucri turbinato-cylindrici albi nitidi squamis obtusis, interioribus longioribus erectis, floribus paucis marginalibus tenuioribus femineis 3—4-dentatis epapposis, flor. disci hermaphroditis, achaenio papposo.

Swammerdamia ossea Behr. msc.

In summis montibus ad dextram Gawleri, Januar, et ultra Saltercek, Novemb. Dec. (Dr. Behr). In fruticetis pone Strait Albyn, Oct. In lapidosis ad fl. Light, Dec. Murray-scrub et in collibus arenoso-calcareis ad Enfield, Oct.

Frutex hominem altus. Folia ramorum pollicem longa, lineam lata, ramulorum 4 — 6 lin. longa, apice $^1/_2$ lin. lata. Corymbus compositus polycephalus, ramis cano-tomentosis. Capitula 2 lin. longa. Squamae interiores erectae non appendiculatae nec radiantes. Capitula circ. 10-flora, flores 7—8 hermaphroditi, 2—3 in ambitu feminei. Corolla fl. hermaphr. tubulosa, 5-dentata, dentibus glandulosis, styli ramis apice truncatis. Corolla fl. femin. gracilior, 3 — 4-dentata, dentibus acutioribus. Achaenia minima oblonga vel teretiuscula (matura non vidi) subpapillosa, in floribus femineis epapposa, in fl. hermaphr. pappo albo instructa, setae circ. 12 albae apice subclavellato serratae.

7. **O. scaber** F. Muell. l. c. n. 59.

In montibus saxosis Flinders-range juxta Ultonulta et Cudnaka, etiam ad Crystal-brook. Oct.

Auch bei dieser Art finden sich, wie bei den beiden vorhergehenden, allezeit weibliche Blüthen im Umfange des Köpfchens. Man scheint dieses bisher übersehen zu haben. *Ozothamnus* nähert sich dadurch der Gattung *Swammerdamia* noch mehr, und es bleibt eigentlich für letztere nur noch das vielblüthige Köpfchen, so wie die mit einem Pappus versehenen weiblichen Blüthen als Unterscheidungsmerkmale übrig. Der Pappus antenniformis von *Swammerdamia* ist bei vielen Arten von *Ozothamnus* anzutreffen.

8. **O. adnatus** DC. l. c. n. 11?

Murray.

Specimen incompletum differt a descriptione Candolleana: foliis bilinearibus patulis, non adpressis.

Helichrysum DC. prodr. VI. p. 169. §. 2. *Xerochlaena.*

1. **H. acuminatum** DC. l. c. p. 188. n. 102.

Van Diemensland (Stuart).

2. **H. bracteatum** Willd. DC. l. c. n. 105.

Ad Tounda, Novemb. Dr. Behr. Murray. Mount Gambir. Ad latera montium Lofty-range prope cataractam. Oct. Van Diemensland (Stuart).

3. **H. viscosum** Sieb. pl. exs. Nov. Holl. n. 345. *H. bracteatum* var. *γ. viscosum* DC. l. c.

Australia felix.

4. **H. dealbatum** Lab. Nov. Holl. II. t. 190. *H. argyrocaule* F. Muell. in sched.

Van Diemensland (Stuart).

5. **H. (Blepharolepis) Blandowskianum** Steetz msc. lanato-tomentosum, caule herbaceo foliato, foliis sessilibus oblongo-lanceolatis mucrone acutissimo hamato nudo terminatis, pedunculis corymbosis, bracteis foliaceis lanceolatis, involucri basi lanati squamis stipitatis glabris albis radiantibus, exterioribus acuminatis denticulatis, intermediis oblongis acutis stipite duplo longioribus, intimis longe stipitatis squama brevissima obtusa alba auctis, achaenio papilloso, pappi setis serratis apice plumoso-penicillatis.

β. dichroon Sond. involucri squamis exterioribus amoene roseis. *H. dichroon* F. Muell. in sched.

Encounter-bay. *β.* Nov. Holl. austro-occidentalis.

Herba pedalis. Folia caulina intermedia 2 poll. longa, 3—4 lin. lata, superiora circ. pollicaria, omnia utrinque cum pedunculis bracteis pedunculis et involucri basi tomento denso molli albicante vestita et mucrone nudo acutissimo uncinato lineam longo terminata. Pedunculi ramosi corymbosi bracteis foliaceis appendice minuta alba auctis suffulti. Capitula ex-

pansa diametro pollicari. Involucri squamae exteriores lana semiimmersae, lanceolatae, subacuminatae; intermediae stipite 1—1½-lineari lanato insidentes, oblongae vel ovato-oblongae, breviter acutae vel obtusiusculae, 4—5 lin. longae, 1½ lin. latae, integerrimae vel apice summo vix denticulatae; intimae fere ad stipitem reductae, stipite herbaceo 1½-lineari, lamina rotundata semilineari auctae. Receptaculum nudum, glabrum, punctato-tuberculatum. Flores hermaphroditi glabrae 5-dentatae, dentibus extus glandulosis. Achaenium minutum, oblongum, hyalino-papillosum. Pappus albus corollam aequans, setae circ. 16 a basi serratae, apice subincrassatae et argutius vel subplumoso-serratae.

6. **H. obtusifolium** Muell. et Sond. caule ramisque adpresse tomentosis, foliis linearibus planis rotundato-obtusis supra glabris lucidis, subtus adpresse tomentosis, capitulis terminalibus solitariis, involucri squamis sub-5-serialibus, seriebus 2 exterioribus ferrugineis, extima ovata sessili, interiore oblonga substipitata, seriebus interioribus radiantibus albis oblongo-lanceolatis obtusiusculis stipite sublanato, achaenio papilloso, pappi setis serratis apice barbellatis.

Encounter-bay. Novemb.

Herba pedalis radice annua perpendiculari, caule erecto demum lignescente. Ramuli parce ramulosi foliati, uti pagina foliorum inferior tomento adpresso nitidulo albicantes. Folia alterna sessilia linearia obtusa, longiora pollicaria lineam lata, reliqua 8 — 6 lin. longa, plana vel marginibus subrecurva, subcoriacea, pagina superiore viridia, nervo impresso. Capitula semipollicem longa, folio supremo suffulta. Squamae involucri intimae lacteae 4 lin. longae, lineam latae, stipite lineam longo, extimae sessiles ferrugineae 2 lin., intermediae oblongae subferrugineae vel partim albae cum stipite 4 lin. longae. Capitulum heterogamum, flores pauci mar-

ginales feminei reliquis hermaphroditis tenuiores. Corollae lineam longae, apice glandulosae. Achaenium (immaturum) papillis linearibus hyalinis obsitum. Pappus in floribus femineis nullus, in fl. hermaphr. albus corollam aequans.

Habitu *Heliptero niveo* Steetz Plant. Preiss. I. p. 475. simillimum.

7. **H. leucopsideum** DC. l. c. p. 193. n. 128.

Port Lincoln. Australia felix.

Pappi setae apice parce plumulosae.

8. **H. scorpioidès** Labill. Nov. Holl. II. t. 191. DC. l. c. p. 194. n. 133.

Barossa, in valle turfosa, Januar. Dr. Behr. Gnichenbay. Van Diemensland (Stuart).

9. **H. Gunnii** Hook. Icon. pl. t. 320.

Van Diemensland (Stuart).

10. **H. leptolepis** DC. l. c. p. 194. n. 136.

Flindersrange.

11. **H. erosum** Schldl.! l. c. p. 595. n. 72.

Tonnnda creek, Februar. Murray-scrub.

Chrysocephalum Walpers Linn. XIV. p. 503. *Helichrysi* spec. DC.

1. **C. vitellinum** Sond. et Muell. annuum lanatum, caulibus adscendentibus, foliis amplexicaulibus oblongis apiculatis superioribus minoribus longiuscule mucronatis, corymbo laxo, capitulis hemisphaericis pedicellatis, involucri basi lanati squamis linearibus acutis longe ciliatis stipitatis, stipite squamarum exteriorum et intermediarum basi sublanato, intimarum nudo glanduloso squamam aequante vel sublongiore, achaenio scabriusculo, pappi setis 4 basi nudis apice barbellatis.

Ultra Saltcreek, Novemb. Dr. Behr. In planitie circa urbem Adelaïde. Nov. Lofty-ranges.

Herba debilis spithamaea tota lanata. Caules e radice annua plerumque plures adscendentes, foliati, ramis subfastigiatis. Folia alterna pollicem longa, $2^1/_2$ — 3 lin. lata, inferiora basi subangustata, reliqua oblonga apiculo brevissimo, superiora minora 6 — 4 lin. longa, mucrone elongato apiculata, utrinque laxe lanata. Corymbus paniculatus laxus. Capitula diametro 3-lineari, hemisphaerica, vitellina, nitentia, pedunculo capitulum aequanti insidentia. Squamae lineares, exteriores et intermediae acutae, ad apicem usque ciliatae, stipite brevi lanuginoso, interiores patulae stipiti longiusculo insidentes, apice summo denticulatae non ciliatae, obtusae vel apiculatae. Receptaculum nudum. Flores hermaphroditi 5-dentati. Pappus apice aureus.

Caule annuo debili, foliis oblongis, capitulis minoribus nec non pappo 4-seto a *C. apiculato* et *flavissimo* distinguitur.

2. **C. semipapposum** Steetz Pl. Preiss. I. p. 474. (adnot.) *Gnaphalium semipapposum* Lab.! Nov. Holl. II. t. 187. *Helichrysum semipapposum* DC. l. c. n. 138.

Van Diemensland (Stuart).

3. **C. squarrulosum.** *Helichrysum squarrulosum* DC. l. c. p. 195. n. 139. *H. ciliatum β. Sieberi* DC.! l. c. n. 142. *H. semipapposum* Schldl.! Linn. XX. p. 594. n. 70. *H. subturbinatum* F. Muell. in sched. (*Chrysocephalum squarrulosum* Steetz. Pl. Preiss. I. p. 474. n. 1. est *C. canescens* Turcz.! Bullet. Mosc. Tom. XXIII. 1850. Synanth. p. 33. n. 46. *β. glabratum* Sond. herb.)

β. capitulis aurantiacis.

γ. brevifolium, caule vix spithamaeo ramosissimo glabro, foliis parvis (1 — 3 lin. longis) lineari-subulatis glabris subglutinosis in parte caulis inferiore paucis longioribus inter-

mixtis, capitulis terminalibus solitariis vel 2 — 3 aggregatis. *Helichrysum microlepis* DC. l. c. p. 195. n. 137. *H. glutinosum* F. Muell. in sched.

Calyx 5-partitus persistens, laciniae obovato-spathulatae acuminatae lepidoto-incanae fructu paulo breviores.

Ovarium sessile 3-loculare lepidotum, loculis 1-ovulatis.

Styli 3 hirsuti 2-partiti, laciniae graciles longiusculae plerumque inflexae. Capsula 3-cocca, matura virescens sparse

lepidota, loculis 2-valvibus 1-spermis. Semen cinereo-fuscum ovale subtrigonum glabrum minutissime reticulato-rugulosum. Hilum ovali-oblongum concavum carunculatum. Caruncula albida apicem versus sensim dilatata transverse latior, apice ipso truncata, antice fissa v. aperta, dorso rotundata integra.

Flores masculi racemosi parvi. Rachis erecta angulata gracilis lepidota pauciflora petiolum aequans v. superans, pedicelli flore longiores erecti bracteolati, bracteolae setaceae pedicello breviores. Calyx 5-partitus, laciniae ovatae acutae lepidoto-tomentosae incanae. Petala 5 obovato-spathulata calyce paulo longiora margine dense ciliata. Stamina erecta exserta, filamenta libera glabra antheris longiora, antherae introrsae glabrae.

Auf sterilem Boden unweit Neubraunfels. Lindheimer legit Julio 1846.

Blätter 1″ lang, $^2/_3$″ breit. Die ganze Pflanze 1—2′ hoch.

Die männlichen und weiblichen Blüthen kommen aus denselben Blattwinkeln, stehen aber auf getrennten Blüthenstielen. Da nun der männliche, traubentragende Blüthenstiel (Spindel) aufrecht ist und länger als die weiblichen, herabgebogenen Blüthenstiele, so entsteht der Schein, als ob die weiblichen Blüthen die unteren und die männlichen die oberen wären und auf derselben Spindel ständen.

Hat einige Aehnlichkeit mit (*Angelandra elliptica* (*Croton ellipticum* Nutt.), unter welchem sie auch wächst, und lag zwischen den Lindheimer'schen Pflanzen unter dem Namen *Croton ellipticum*?

2. Tyria myricaefolia.

Fruticosa dioica erecta ramosissima 6—10-pedalis, rami ramulique teretes squarrosi incani, ramuli brevissimi tomentosi. Folia brevipetiolata alterna stipulata coriacea ovali-oblonga

v. obovata repando-dentata utrinque obtusa margine recurvata supra glaucescentia demum glabrata, subtus cano-tomentosa, 6—9 lineas longa, 3—4 lineas lata; petioli tomentosi 1—2 lineas longi stipulis minutis longiores.

Flores masculi axillares aggregati pedicellati bracteolati, pedicelli graciles hirsuti flore sublongiores. Calyx 3-partitus, laciniae lato-ovatae hirtae reflexae staminibus longiores. Stamina 13 — 15 receptaculo inserta. Filamenta erecta distincta antheris longiora propter calycem reflexum exserta. Antherae erectae breves cruciatim bisulcae biloculares flavescentes, loculis oppositis divaricatis, pollen atrosanguineum.

Flores feminei terminales solitarii tribracteati. Calycis foliola brevissima ovata acuta. Germen triloculare globoso-triangulare tomentosum. Stigmata 3 sessilia brevissima conduplicata coccinea margine fimbriata. Capsula 3-cocca tomentosa, coccis bivalvibus 1-spermis.

Semina magnitudine *Viciae sativae* ovali-ovata glabra fuscescentia dorso rotundata carinata, antice ad latus utrumque umbilici areolata, areolae ovali-oblongae plano-depressae.

An Waldrändern auf felsigem Boden, nördlich von Neubraunfels, am Rande der Hochebene. Lindheimer leg. Junio — Sept. 1846.

Die Zahl der Staubgefässe fand ich variirend zwischen 13—15. Endlicher giebt der Gattung *Tyria* bekanntlich 15 Staubgefässe. Ob nun zufällig in etlichen von mir untersuchten Blumen 1 — 2 Staubgefässe verkümmert oder abgestossen sind, also die Zahl 15 normativ und wesentlich ist, oder ob dieselbe wirklich zwischen 13 und 15 variirt — das kann nur durch Beobachtungen an der lebenden Pflanze entschieden werden.

3. Cluytia Drègeana.

Fruticosa dioica glabra ramosa dense foliosa cortice flavo-fusco, rami angulati sulcati. Folia brevissime petiolata quadrifariam imbricata ovalia v. oblonga coriacea concolora 1-nervia margine cartilaginea integerrima subrevoluta apice obtusa, nervus subtus valde prominens, venae tennissimae curvatae infra marginem confluentes.

Planta mascula: Flores axillares aggregati (3 — 4), pedunculi erecti graciles 2 — 3 lineas longi petiolo floreque suo multo longiores. Calyx 5-partitus, laciniae obovato-oblongae. Petala 5 calycem subaequantia. Filamenta corollam aequantia, antherae glabrae.

Planta feminea: Flores axillares subbini, pedunculi angulati erecti bilineares florum masculorum pedunculis crassiores. Calycis 5-partiti laciniae oblongae margine membranaceae. Styli 3 bifidi laciniis reflexis. Capsula . . . . . .

In Africa australi legit Drège. No. 8229.

Cluytia ovalis Sond. proxima differt: foliis mucronatis denticulatis aveniis, floribus solitariis, sepalis lanceolatis et cet. *C. heterophylla* Thunb. differt: foliis ovatis acuminatis v. acutis, summis lanceolatis, pedunculis petiolum subaequantibus.

Planta nostra occurrit duabus formis:

1) foliis ovalibus semipollicaribus,
2) foliis oblongis pollicaribus apicem versus lanceolato-angustatis.

Meine männlichen Exemplare gehören zur ersten, meine weiblichen zur zweiten Form.

4. Phyllanthus Roemerianus.

Caulis fruticosus erectus cinereus glaber striatus ramosissimus, ramuli virgati angulati sulcati parce pilosi v. subglabri basi purpurascentes.

Folia simplicia alterna brevissime petiolata patentia 1-nervia lato-ovalia v. obovato-subrotunda glabra v. subtus nervo venisque parce pilosa subtus pallidiora glaucescentia reticulato-venosa integerrima v. obsolete repanda basi truncata apice rotundata brevissime v. obsolete mucronulata, nervus subtus praesertim basi prominens. Stipulae ovato-lanceolatae ciliatae petiolum subaequantes.

Flores dioici. Flores masculi axillares bini, rarius solitarii. Pedunculi filiformes glabri elongati folium aequantes. Calycis 10-partiti laciniae biseriales flavido-virescentes, 5 exteriores longiores ovali-oblongae apice ciliatae, 5 interiores breviores obovato-oblongae petaloideae. Stamina 5, filamenta in columnam basi disco phoeniceo 5-lobo cinctam coalita, antherae biloculares extrorsae adnatae. Flores feminei . . . . . .

Am felsigen Flussufer bei San Antonio. Römer legit.

Blätter 4—6‴ lang, 3—4″ breit, unterseits manchmal mit etlichen blutrothen Drüsen versehen.

Ausgezeichnet durch die 10-theiligen Kelche, und dadurch von allen mir bekannten Arten unterschieden und ein neues Subgenus ausmachend! Die Gattung *Phyllanthus* zerfällt demnach, nachdem *Phyllanthus verrucosus* als *Pleiostemon* von Sonder generisch von ihr getrennt ist, in 3 Gruppen:

1) *Xylophylla*: rami aphylli.

2) *Euphyllanthus*: rami foliati, calyces 6-partiti.

3) *Phyllanthopsis*: rami foliati, calyces 10-partiti.

Leider haben alle meine Exemplare nur männliche Blüthen. Ständen mir weibliche Blüthen und Früchte zu Gebote, so würde dadurch klar werden, ob die vorliegende Pflanze sich über das Niveau eines Subgenus zu einer selbstständigen Gattung erhebt.

5. Phyllanthus vaccinioides.

Suffruticosus dioicus glaber glaucescens. Caules e radice lignosa plures infrapedales erecti simplices v. ramosi (subtrigono-) angulati sulcati. Folia simplicia alterna brevissime petiolata ovata (inferiora subrotundo-, superiora oblongo-ovata) integerrima marginata basi apiceque acutiuscula 1-nervia concolora utrinque anastomosantia. Stipulae ovato-lanceolatae petiolum subaequantes eove breviores.

Pedunculi axillares solitarii filiformes erecti glabri folium dimidium subaequantes. Calyx 6-partitus mediocris, laciniae obovatae acutiusculae. Capsula . . . . . .

In Africa australi legit Drège. No. 8221.

Blätter 6—8‴ lang, 3—4‴ breit. Hat die Blätter eines *Vaccinium*, daher der Name.

Phyllanthus revolutus E. M. differt caule ramosissimo altiori foliisque margine revolutis discoloribus supra obscure viridibus subtus glaucis; *P. myrtaceus* Sond. caule ramosissimo, pedunculis 6 lineas longis apice incrassatis, foliis 12—15 lineas longis.

6. Phyllanthus Drègeanus.

Fruticosus dioicus ramosus glaber. Caulis teres cinereus pluripedalis, rami teretes erecti virgati.

Folia internodio longiora simplicia alterna longiuscule petiolata subcoriacea subrotundo- v. ovali-ovata plana subintegerrima v. obsolete denticulata 1-nervia basi acutiuscula apice plerumque obtusa brevissime mucronata supra viridia subtus pallidiora venosa, venae tenuissimae curvatae infra marginem confluentes.

Flores masculi . . . . .

Flores feminei solitarii axillares, pedunculi fructiferi deflexi apice incrassati folio paulo breviores. Calycis segmenta purpurascentia reflexa ovali-oblonga obtusa.

Capsula tricocca purpurascens reticulato-rugosa, coccis 2-valvibus 2-spermis. Semen triangulare coccineum dorso convexum rimosum. —

Inter Morley et Omtata locis lapidosis 1000—2000′ alt. legit Drège. Majo. No. 8220.

Folia pollicem longa, 6—9‴ lata. Pedunculi 6 — 9‴ longi. Petioli bilineares.

Hat unter allen mir bekannten Arten die grössten Blätter und einigermassen den Habitus eines *Rhamnus*.

Phyllanthus myrtaceus Sond. differt: foliis acutis, petiolo semilineari, laciniis calycinis margine albidis, capsulae coccis seminibusque laevibus.

7. Tragia teucriifolia.

Caulis volubilis teres gracilis pubescens ramosus. Folia longepetiolata e basi cordata deltoideo-oblonga dentata 1-nervia venosa subtus pallidiora utrinque appresse pubescentia nervis venisque pilosa, dentes mucronati apice i. e. mucrone setiferi, petioli hirti sulcati folio dimidio longiores. Stipulae oblongo-lanceolatae hirtae petiolo multoties breviores.

Racemi oppositifolii pauciflori gracillimi solitarii folium subaequantes, pedunculi pubescentes, flores omnes parvi pedicellati, infimus femineus, superiores masculi. Calyx femineus 6-partitus, laciniae oblongo-lanceolatae erectae pedicellum hirtum aequantes eove breviores stylum dimidium aequantes; stylus 3-fidus, stigmata 3 elongata papillosa apice revoluta. Bractea ovato-lanceolata pedicellum aequans ad basin pedicelli. Capsula tricocca hispida. Semina globosa ferruginea glabra.

Flores masculi pauci (2—3), pedicellati. Bracteae lato-lanceolatae hirtae pedicellum subaequantes. Calyx 3-partitus, laciniae oblongo-obovatae staminibus longiores. Stamina 3, filamenta antheris longiora.

Am Rande von Gebüsch und im Pflanzengestrüpp an sonnigen Stellen bei Neubraunfels: Lindheimer legit Julio — Septbr. 1846.

Blätter 2″ lang, 1″ breit.

8. Tragia scutellariaefolia.

Perennis multicaulis ramosa decumbens. Caules ramique pubescentes, caules striati, rami angulati apice flexuosi. Folia pollicem longa petiolata e basi truncata sensim angustata triangulari-lanceolata serrato-dentata 1-nervia discolora supra obscure viridia sparse strigosa subtus pallida glaucescentia pulcherrime venosa nervis venisque strigosa, dentes horizontaliter patentes mucronati setosi. Stipulae erectae (oblongo-) lanceolatae apice setosae petiolo breviores. Petioli pubescentes 1—2‴ longi.

Spicae oppositifoliae folium subaequantes, flos femineus ad basin unicus, masculi plures (6 — 7). Calyx masculus tripartitus, laciniae spathulatae obovatae staminibus longiores. Stamina 3, antherae filamenta subaequantes.

Capsula 3-cocca hispida. Semina subrotunda laevia glabra ferrugineo-maculata, umbilicus linearis.

Bei Neubraunfels: Lindheimer. Juli 1846.

„Seine ausdauernden Wurzeln in Felsenritzen einzwängend.“

Tragiae brevispicae affinis.

9. Acalypha lamiifolia.

Suffruticosa dioica? Caulis angulatus villosus ramosus. Folia longepetiolata e basi cordata triangulari-ovata discolora grosse crenata acuta supra obscura parce pilosa subtus canescentia tomentoso-villosa, crenae rotundatae supra medium mucronatae. Petioli sulcati villosi folio breviores. Stipulae minutae lanceolato-subulatae reflexae.

Spicae masculae solitariae axillares graciles interruptae pedunculatae folio plerumque longiores. Bracteae ciliatae.

Spicae femineae . . . . .

In Africâ australi legit Drège. No. 8242.

Blätter über 1″ lang, 1″ breit; die unteren länger gestielt, Blattstiel derselben 1″ lang.

Cycadis Rumphii stirps femina.

Adumbravit

F. A. Guil. Miquel.

(Cum tabula II.)

Speciem a *Cycade circinali* Linn. distinctam olim (*Bulletin d. sc. phys. et naturell. in Néerl. anni* 1839) indicatam, auctis observationibus continuo corroboratam, jam in ipso Horto Amstelodamensi simul cum genuina *C. circinali* florentem observare licuit. Carpophyllorum utriusque speciei discrimen, ex Rheedii et Rumphii iconibus et Roxburghii in Horto Calcuttensi factis observationibus antea derivatum, jam nunc arbores nostrae magnificae luculentissime comprobant. Quomodo arbores masculinae differant, in Analectorum indicorum Parte II. p. 32—34. tab. V. exposui, et synonyma utriusque speciei enumeravi.

Cycas Rumphii *Miq. in Bullet. sc. phys. et nat. Néerl.* 1839. *p.* 45. *Monogr. p.* 29. *excl. var. timorensi.* — *Cycas circinalis Roxb. Flor. ind. III. p.* 744. *excl. syn. Loureir., haud Linn., Cycas Wallichii Miq. Monogr. p.* 32. *Olus Calappoides Rumph. Herb. Amboin. Tom. I. p.* 86. *Tab. XXII. XXIII.* Squamis masculis breviter api-

culatis, carpophyllis 1 — 5- vulgo 2-ovulatis, lamina pauci-pinnatifida terminatis. (Conf. iconem hic adjectam Tab. II.)

Cycas circinalis *Linn. excl. syn. praeter Herb. Malab.* (Todda Panna Tom. III. p. 9. Tab. III — XXI.) — *Miq. Monogr. p.* 27. et *in Linn. Tom. XIX. p.* 413. *Tab. I.* — *Blume Rumphia Tom. IV. Cycas sphaerica Roxb. Flor. Ind. III. p.* 147. Squamis masculis longe acuminatis, carpophyllorum 3 — 8-ovulatorum lamina tota plus minus profunde serrata.

Cycas Rumphii femina. Stirps ante plures annos ex Horto Bogoriensi allata, frondium segmentis paullo latioribus et sub uberiore vegetatione quandoque glaucescentibus ab ipsius *C. circinalis* speciminibus jam discrepare solebat. Anno 1851, postquam praecedenti anno novam frondium coronam efformasset, gemmam floralem e coronae frondosae centro femineam globoso-ovoideam protrudere coepit, quae ineunte aestate 1852 floruit. *Truncus* arboris nunc est 5 pedum altitudinis, basi $1\frac{1}{2}$ vertice $\frac{3}{4}$ pedis in diametro, inferne aequabilis (lapsis frondium ac perularum reliquiis) caeterum ex annuo vel bienni suo incremento superstitibus petiolorum et perularum alternantium basibus manifesto annulatus. *Frondes* patentes, duplici fere triplici serie in coronam elegantem compositae, tomento tenui rufulo subpersistente praesertim circa rhachides obductae (quod in foliolorum juniorum pagina inferiore itidem observari solet) 6 — $6\frac{1}{2}$ pedes circiter longae. *Stipes* (petiolus) e basi incrassata tri- vel tetragono-semicylindricus, dorso valde convexus, antice leviter convexus vel subbifacialis, pollicem vel digitum crassus, $1\frac{1}{2}$ — $1\frac{3}{4}$ pedes longus, inferne ad $\frac{1}{2}$ — $\frac{1}{3}$ a basi usque nudus, caeterum 16 — 20 circiter utrinque spinulis lineam longis fusculis rectis vel leviter curvatis munitus. *Rhachis* utrinque

canali, secus quam foliola inserta sunt, exarata, dorso anticeque convexa, versus apicem valde attenuata. *Foliola* utrinque 80—85, patentia, singula plerumque arcuatim decurva plumosum elegantemque frondis adspectum efficientia, inferiora $^1/_2$ pedem, media 10 — 11 pollices longa, 4 $^1/_2$ lineas lata, e basi constricta lineari-lanceolata, fere omnia quidquam falcata, acuta, subacuminata, non pungentia, praesertim versus apicem undulata, coriacea, supra saturate viridia nitida, nervo mediano convexe prominente pertensa, subtus pallida haud nitentia, nervo pallido prominente notata. *Inflorescentia feminea* carpophyllis numerosis adhuc imbricatis subglobosa, basi constricta, perulis exsiccatis rigidis (ab iis quae gemmam frondosam includunt non diversis) carpophyllisque sterilibus linearibus, lanceolatis, indivisis vel partitis, ancipitibus 3 — 5 poll. longis munita. *Carpophylla normalia* pluriserialia. Eorum *pars inferior* (seu pedunculus) 4 — 5-gona, angulis anterioribus praesertim acutis, faciebus planis, superne in *laminam* crassam oblongam longe acuminatam crassam carnosam in segmenta pauca (1 — 3, raro 4 utrinque) pinnatifide partitam excurrens. Totum carpophyllum 6 — 9 poll. longum, quarum *pedunculus* 3 — 5 habet; hic basi 3 lin. crassus, superne crassior; *lamina* subangulato-tumidula, *segmentis* utrinque vulgo 2—3, alternis vel oppositis, $^1/_2$—2 $^1/_2$ poll. longis, teretiusculis in apicem fuscum glabrum laevem vix duriusculum excurrentibus, caeterum ut totum carpophyllum tomento denso rubiginoso-fusco obductis, eo deraso epidermide viridi tectis. *Ovula* 2 (utrinque 1), perraro 3, in paucis unicum tantum, in plerisque alterna, infra laminam pedunculi lateribus inserta, foveis propriis integerrimis vel sinuatis innixa partimque recepta; in aliquibus 2 ovula coalita in unica fossula vidi. *Ovulum* singulum primo pallide flavescens, dein viridescens, glabrum, 3—4 lin. aequans, sub-

globosum obtuse angulatum, *exostomio* brevi ore obsolete subbilabiato terminatum, *integumento* more congenerum duplici. Serius ovula vel exsiccata difformia vel intumescentia, lacte viridia, sed sterilia. — Peracta floratione carpophylla omnia reflectuntur.

Incunte Julio, paullo post peractam florationem, sed quae maris defectu frustranea, jam nova frondium corona e centro inflorescentiae protruditur, quae medio Julio jam fere efformata frondes habet foliolis latioribus subtus etiam fere glabris, basi valde constrictis (infimis quasi petiolulatis) supra tenuissimo rore glauco suffusis, marginibus haud undatis ab iis praecedentis vegetationis diversis.

Similem praecipitatam coronae frondosae evolutionem in *C. circinali femina* florente etiam vidi, et ex impedita foecundatione explicandam esse crederem.

Explicatio Tab. II.

Figurae n. m.

Fig. 1. Carpophyllum sterile ex extima inflorescentiae serie, a dorso.

Fig. 2. Carpophyllum ejusdem seriei, cujus ovula ceciderunt, gemina superposita, a latere.

Fig. 3 — 5. Carpophylla a facie antica et a latere, post florationem, quorum ovula vel exsiccata vel viva tumidaque.

Observationes quaedam de plantis, quas in itinere alpino a. 1851 suscepto

legerunt

A. Grisebach et *A. Schenk.*

Papilionaceae.

1. **Ononis caduca** Vill. — Syn. *O. procurrens* Wallr. var. *γ. alpina* Gren. et Godr. Videtur species distincta, foliis caulinis parvis rotundis, floralibus calycis tubum aequantibus pilis brevibus glanduliferis ab *O. repente* L. (*O. procurrens* Wallr., Gren. et Godr.) dignoscenda. Ulterius, cum specimibus germanicis plane conveniens in monte Séuze prope Gap! observata fuit.

Delphinatus: In collibus siccis solo calcareo prope Briançon cum *Artemisia nana* Gaud., *Helianthemo penicillato* Thib. et *Ononide cenisia* L.!

2. **Lotus corniculatus** L. var. *ciliatus* Koch, Gr. spicil.!

Delphinatus: In pinetis solo calcareo prope Briançon!

3. **Lotus tenuis** Kit. — Syn. *L. tenuifolius* Rchbch., Koch syn.

Delphinatus: In humidis ad viam publicam prope La Mure!

4. **Potentilla inclinata** Vill., Gren. et Godr., Koch syn.! — *G. inclinata* Gr. spicil. est *P. canescens* Bess., quae e Podolia, Moravia, Silesia, Thuringia et Macedonia exstat, a *P. inclinata* Vill. antheris ovoideis (nec connectivo minus dilatato oblongatis), foliolis e basi cuneata spathulato-lanceolatis (nec oblongo-linearibus), serraturis patentibus utrinque 3—4 (nec 5—6) diversa, et *P. argenteae* L. magis accedit, foliis subtus incanis (nec niveis) magis dilatatis margine planiusculis parum distincta, specimine Besseriano (*P. intermedia* var. *canescens* ej. pl. podol.) recognita.

5. **Potentilla heptaphylla** Mill. Lehm. — Syn. *P. intermedia* Koch syn., Gren. et Godr. *P. intermedia* L. a nobis non visa, sec. verba Linnaeana foliis quinatis et sec. Fries in summa veget. Scand. habitu *P. inclinatae* Vill., longe aliena est. *P. thuringiaca* Bernh. a cl. Lehmannio infauste var. *parviflora* *P. heptaphyllae* Mill. dicitur; petala calycem duplo superant in speciminibus thuringiacis prope Suhl et Römhild lectis.

Delphinatus: Lautaret (Grenier).

6. **Potentilla maculata** Pourret sec. Lehm. — Syn. *P. alpestris* Hall., Koch syn., Gren. et Godr. Specimina var. *pyrenaicae* Lehm. (*P. pyrenaica* Gren. et Godr.!) e Pyrenaeis prope Bagnères de Luchon lecta, communicavit Grenier; var. *γ. firma* Lehm. in Helvetiae orientalis valle Engadin in glareosis schistosis inter Silva plana et Sils nobis obvia!

7. **Rosa rubiginosa** L. var. pedicellis glanduloso-hispidis, fructu glabro ovali-oblongo. Varietatem hanc memorabilem fructus forma ad *R. sepium* Thuill. accedentem, pedicellis glanduloso-hispidis diversam in Delphinatus collibus calcareis ad viam inter Gap et Montayer observavimus!

8. **Poterium Sanguisorba** L. — Syn. *P. dictyocarpum* Spach, Gren. et Godr. Nomen Linnaeanum restituendum quod haec species in locis Linnaeanis primariis v. c. Jenensi et in dunis Hollandiae sola provenit. *P. microphyllum* Jord. sec. specimina culta a Grenier communicata varietatem *P. Magnolii* Spach foliolis minoribus sistit.

Alchemilla pyrenaica Léon Dufour ab *A. fissa* Schumm., Koch syn.!, cui Grenier adscripsit, foliorum lobis ovalibus (nec rotundatis) et stipulis angustioribus differt.

Onagrarieae.

9. **Epilobium crassifolium** Lehm. ind. semin. hort. Hamb. 1824. — Syn. *E. Fleischeri* Hochst. (182.)! Koch syn.

Helvetia: In glareosis fluvii Oeni in valle Engadin inter Schuls, Samaden et Sils, 3000—5500′!

Geraniaceae.

10. **Geranium modestum** Jord.! nobis judicantibus forma *G. Robertiani* L. valvulis densius rugulosis (*G. Robertianum* L. var. *parviflorum* Viv., Gren. et Godr.), *E. commixtum* Jord.! forma *E. cicutarii* L.; *E. trilobatum* Jord.! ab *E. malacoide* L. non differt.

Hypericineae.

11. **Hypericum perfoliatum** L., Sm. Gr. spicil. — Syn. *H. ciliatum* Lam., Gren. et Godr., Billot exsicc. n. 739! Distinguuntur formae: altera foliis latioribus ovato-triangularibus (specimina culta cum icone Desf. Annal. du Mus. XI. tab. 41. exacte convenientia), altera foliis angustioribus lanceolatis (specim. gallica, graeca) dignoscenda. Speciem adhuc indescriptam olim ab un. it. sub n. 421. in Schimper pl. Arab. petr. distributam proponimus:

Hypericum incanum, caulibus basi suffrutescentibus teretibus foliisque pilis brevibus crispulis incanis oblongis ob-

tusis basi cordata sessilibus ciliatis margine nigro- in lamina pellucido-punctatis, inflorescentiae ramis glabriusculis, bracteis lanceolato-linearibus glanduloso-ciliatis, sepalis glaberrimis ovatis acutis margine apiceque nigro-striatis, brevissime ciliato-denticulatis, dentibus glandula nigra terminatis, petalis calyce triplo longioribus striatis margine nigro-ciliatis, ovario pellucide striato calyce duplo longiore. *H. brachyphyllum* Griseb. (*H. leprosum* Boiss.!) caule glabro pube foliorum scabra, calycis segmentis lanceolatis multo angustioribus, *H. papillare* Boiss. „papillis tuberculiformibus foliis ovato-rotundis calycis segmentis oblongis obtusis", *H. origanifolium* Willd. calycis segmentis pubescentibus oblongatis breviter acuminatis (nec breviter ovatis acutis) differunt.

Caryophylleae.

12. **Dianthus Carthusianorum** L.

Helvetia orientalis: In valle Engadin, 5500′!

13. **Dianthus atrorubens** All., Koch syn. Lombardia: Inter fruticeta ad lacum Comensem prope Colico, 700′!

14. **Dianthus Seguierii** Chaix, Godr. — Syn. *D. Seguierii* var. *α. asper* Koch syn.

Lombardia: Inter fruticeta ad viam inter Bellagio et Civanna ad lacum Comensem, 800′.

15. **Dianthus sylvestris** Wulf. Rchbch. ic. f. 5039. — *D. sylvestris β. humilior* Koch syn.

Tyrolia: In rupibus calcareis prope Tarenz, Imst, Landeck, 2450—2600′!

16. **Dianthus Scheuchzeri** Rchb. ic. fig. 5048. — Syn. *D. sylvestris* Godr. *D. sylvestris* var. *α.* Koch syn.

Delphinatus: In rupibus calcareis montis Bastille prope Grenoble! e Jurasso prope Pontarlier comm. Grenier.

17. **Sagina Linnaei** Presl — Syn. *S. saxatilis* Wimm. Koch syn. *Spergella saginoides* et *S. macrocarpa* Rchb.

18. **Alsine rostrata** Koch. — Syn. *A. mucronata* Gren. Lam. nec L., quae radice annua distincta.

Delphinatus: In loris petrosis solo calcareo prope Briançon! in rupibus calcareis prope Mont Dauphin!

19. **Alsine Cherleri** Fenzl. — *Cherleria sedoides* L. Koch syn.

20. **Herniaria hirsuta** L. ab *H. glabra* L. capsula inclusa nec exserta acuta distincta. *Paronychia nivea* DC. (*Illecebrum capitatum* Sibth. fl. gr.) in Peleponneso sec. specim. prope Naupliam a beato Berger lecta crescit.

Delphinatus: In agris prope Briançon!

Cistineae.

21. **Helianthemum italicum** Pers., Rchb. — Syn. *H. penicillatum* Thib.

Delphinatus: In collibus calcareis prope Briançon.

22. **Helianthemum vineale** Pers. — Syn. *H. oelandicum* var. *γ. canescens* Koch! *H. canum* Gren. et Godr. *).

Cruciferae.

23. **Erysimum helveticum** DC. Koch syn. — Syn. *E. pumilum* Gren. et Godr. Ab *E. Cheiranthо* Pers. stylo latitudinem siliquae bis terve superante, ab *E. ochroleuco* DC.

---

*) Cl. Ledebour in fl. rossica I. p. 438. *Hibiscum Trionum* L. cum *H. sphaerocarpo* Bouché confudit. Species l. c. memoratae sunt emendandae:

H. Trionum L. ex loc. nat. — Syn. *H. ternatus* Ledeb. (forsan Cav.). Specim. hungarica! Europ. austral.!

H. sphaerocarpos Bouché. — Syn. *H. Trionum* Ledeb. (specim. cult.).

siliquis quadrangulis angulis virentibus, ab utroque siliquis angustioribus pedicellis horizontaliter patentibus (nec ascendentibus) distinctum. Erysima florae germanicae synopseos emendanda: *Erysimum strictum* Fl. Wett. Koch! = *E. virgatum* Roth; *E. suffruticosum* Spreng., Koch = *E. murale* Desf.

Delphinatus: In collibus calcareis prope Briançon!

24. **Bunias Erucago** L. — *Bunias arvensis* Jordan! a cl. Grenier nobis communicata varietatem cristis minus elevatis sistit. *Camelinae* species florae germanicae sunt:

1) *C. microcarpa* Andrz. (1821.) — Syn. *C. sylvestris* Wallr. (1822.)

2) *Camelina dentata* Pers. Koch. syn. — Syn. *C. foetida* Fr.

3) *Camelina sativa* Cr.

25. **Thlaspi alpestre** L. — Ad hanc speciem pertinent: *Thlaspi arvense* Jord.! (Billot exs. n. 321!) et *T. vogesiacum* Jord.! (Billot exs. n. 319!). Exhibent formas petalis minoribus coerulescentibus vel roseis cum *T. coerulescente* Presl e ditione florae Pragensis convenientes.

26. **Lepidium hirtum** DC., Rchb. ic. f. 4213. — Syn. *L. Smithii* Hook. *Thlaspi hirtum* L. Sm. sec. specim. originar. Hook. in herb. Gr. *L. heterophyllum* var. *β. canescens* Gren. et Godr. (specim. prope Vire a Lenormand lecta).

Papaveraceae.

27. **Fumaria Wirtgeni** Koch.

Helvetia orientalis: In muris pagis Schuls in valle Engadin, 3000′!

Ranunculaceae.

28. **Thalictrum nutans** Desf. (fide Grenier!). — Syn. *Th. sylvaticum* Koch! sec. specim. cult. origin. in herb. Sch.

Lombardia: In locis graminosis prope Bellagio ad lacum Comensem, 800′!

29. **Thalictrum flexuosum** Bernh. — Syn. *T. Jacquinianum* Koch! sec. specim. origin. cult. in herb. Sch.

Helvetia orientalis: In collibus vallis Puschiavo prope Puschiavo, 3100′!

Dispositionem Aquilegiarum europaearum addimus:

* Staminodia obtusa.

1) *A. vulgaris* L. Rchb. 14. t. 114. folia segmentis breviter lobulatis.

2) *A. Haenkeana* Koch folia segmentis incisis. (Schneeberg, Fiume, Bosnien herb. Gr.)

3) *A. atrata* Koch. Rchbch. 14. t. 115. stamina petalis sesquilongiora. Tractus alpinum borealium calcar. in Bavariae superioris planitiem descendens.

** Staminodia acuta vel apiculata, stamina inclusa.

a. Petalorum lamina late obovata-retusa.

4) *A. alpina* L. Rchb. t. 119. folia segmentis multifidis lobulis oblongo-linearibus (Mont Cenis.).

5) *A. viscosa* Kit. t. 169. Folia segmentis breviter lobulatis. (Croatien, Pyrenäen, Thessalischer Olymp herb. Gr.)

b. Petalorum lamina obovata, apice rotundata.

a. Calcaria tenuia ad apicem cernuum rectiuscula.

6) *A. pyrenaica* DC. Rchb. t. 117. sepala late elliptica, petala lamina calcar aequante, stamina superante. Pyrenaeen.

7) *A. Einseleana* F. W. Schultz sepala elliptico-lanceolata, petala lamina calcar aequante stamina superante. (Berchtesgaden.)

Var. *carnica* Gr. herb. sepala elliptico-lanceolata, petala lamina calcare duplo longiore stamina paullo supe-

rante vel subaequante. — Syn. *A. viscosa* Rchb. t. 116. (nec alior.). *A. pyrenaica* Koch. *A. pyrenaica* var. *decipiens* Godr.? (in arce Peitelstein Tyrol. austro-orient. (Griseb.), ad lacum Comensem (collect. Seenus n. 6. loc. Koch) in Kirschbaumer alpe prope Lienz Tyroliae (Schenk.)).

β. Calcar crassiusculum arcuatum apice hamatum.

9) *A. Sternbergii* Rchb. t. 118. Col de Tende (Reuter pl. pedemont.) Apenin. apuan. (Ball), Allos Dép. des Basses Alpes.

Crassulaceae.

30. **Sempervivum alpinum** (Stegozoon) foliis rosularum glabris margine ciliatis, breviter acutatis, caulinis oblongo-lanceolatis acuminatis margine pilis septatis ciliatis, subtus sparse pilosis, petalis 12 stellato-expansis lineari-lanceolatis glanduloso-ciliatis purpurascentibus stria dorsali obscuriori calycis foliola triplo superantibus, staminibus a medio versus basin dilatatis, staminodiis brevissimis glanduliformibus. Species, ut videtur, in alpinis Europae mediae divulgata differt a proximo *S. Funkii* Braun foliis rosularum glabris (nec glanduloso-pubescentibus, vix conspicue ciliatis) et staminodiis, a *S. tectorum* L., cui habitu proxima, pubescentia foliorum caulinorum, petalis calycis foliola triplo (nec duplo) superantibus, margine ciliatis (nec glanduloso-pubescentibus). In *S. Funkii* Braun stamina versus basin dilatata, nec teretia, ut cl. Koch vult.

Helvetia orientalis: In glareosis schistosis vallis Engadin inter St. Maurice et Silva plana sub finem mensis Augusti florens, 5400′! Exstant specimina a Grisebach in Pyrenaeis lecta prope Canterets et ad lacum Séculejo (*S. Funkii* Spruce it. pyren. ex loc. natal.) et in herb. Schenk e vâlle Panteba prope Veronam (Bracht.).

Saxifrageae.

31. Saxifraga oppositifolia L. var. *grandiflora*, petalis calycis foliola eglanduloso-ciliata duplo vel triplo, stamina duplo superantibus a forma vulgatiori differt. Ad hanc varietatem pertinent: *S. oppositifolia* Gren. et Godr. Fl. de Fr. sec. descr., Rainer et Hohenwart Reise tab. 3. f. 6. et *S. oppositifolia* Koch syn. ex parte sec. icon. Hohenwart. In forma vulgatiori petala minora stamina aequantia, ut in icon. All. fl. pedem. tab. 21. fig. 3. Specimina *S. oppositifoliae* L. in Tyrolia (Griesgletscher) et in Silesiae Sudetis lecta calycem molliter pubescentem, foliola calycis eglanduloso-ciliata praebent et transitum formant in *S. Rudolphianam* Hornsch. Ulterius nobis est: *S. oppositifolia* L. var. *Rudolphiana*, calycis foliolis glanduloso-ciliatis. *S. Kochii* Hornung, ut recte monuit Heer, *S. biflorae* All. var. *grandiflora*.

Tyrolia: In glareosis micaschistosis montis Finnberjoch supra Ischgl in valle Patznaun ad nives perennes 8000′!

Umbelliferae.

32. Laserpitium angustifolium L. spec. pl. ed. II. 357. ic. Moris. s. 9. tab. 19. fig. 9. — Syn. *L. Gallicum* Gren. et Godr. ex parte sec. descr. et loc. nat. Species inter *L. gallicum* L. et *L. Siler* L., ab utroque distincta, a priori, quocum fructibus convenit, foliolis lineari-lanceolatis vel cuneiformibus indivisis (nec tri- vel quinquepartitis, lobis plerumque apice bidentatis), ab ulteriori fructibus, fasciculis pilorum in petioli partitionibus, foliolis parce venosis (nec reticulato-venosis) recedit.

Delphinatus: In locis lapidosis solo calcareo, in pineto montis Genevre prope Briançon.

33. Laserpitium Panax Gouan. — Syn. *L. hirsutum* Lam. Koch syn.

Helvetia orientalis: In locis lapidosis gregarie inter fruticeta vallis Engadin prope Guarda, Zarneby, Cellerina, 3700—3500′! in monte Bernina usque ad finem superiorem regionis sylvaticae 6000′! in valle Puschiavo prope Puschiavo 3100′!

31. **Laserpitium Gaudini** Moretti, Koch syn.

Helvetia orientalis: Inter fruticeta in regione sylvatica vallis Zuort ad viam versus Sins 4000′!

Primulaceae.

35. **Primula Murettiana** Moritzi var. *integrifolia*. — Syn. *P. Dinyana* Lagger, Koch syn. A speciminibus e loco classico (Albula) foliis integerrimis recedit. Capsula matura calycem dimidium aequans.

Tyrolia: In glareosis micaschistosis ad nives perennes montis Fimberjoch supra Ischgl in valle Patznaun 8000′!

36. **Primula villosa** Jacq. (1778) Koch syn. — Syn. *P. viscosa* Vill. (1787), Gren. et Godr. *P. latifolia* Rocco pl. pyren. exsicc. prope Barèges in loco *P. latifoliae* Lap. lecta. Capsula matura calycem subaequans.

Tyrolia: In rupibus micaschistosis regionis montis Fimberjoch supra Ischgl in valle Patznaun 6000′!

Helvetia orientalis: Ad rupes micaschistosas in valle Engadin inter Zutz et Ponte, 4000′! prope Silva plana, 5500′!

37. **Primula graveolens** Hegetschweiler. — Syn. *P. latifolia* Koch syn. an Lap.? Capsula matura e calyce longe exserta. *P. pedemontana* Thomas pedunculo crasso folia aequante vel superante, capsula matura calycem aequante dignoscitur.

Helvetia orientalis: In rupibus micaschistosis prope hospitium montis Bernina 6600′!

Scrophularieae.

38. **Verbascum pulverulentum** Vill. sec. descr. et loc. nat. Benth. in DC. prodr. X. p. 237, nec Koch syn. — Syn. *V. floccosum* Kit. tab. 79. Koch syn.

Delphinatus: Ad vias solo calcareo prope Mont Dauphin!

39. **Scrophularia Neesii** Wirtgen! — Syn. *S. aquatica* Benth. in DC. prodr. X. p. 309. ex parte sec. descr. staminodii. Specimina sub *S. Ehrharti* prope Pontarlier lecta a cl. Grenier communicata omnino ad speciem Wirtgenianam spectant; an *S. Ehrharti* Fl. de Fr. .= *S. Neesii* Wirtgen, an species mixta?

40. **Pedicularis atrorubens** Schleich. Koch syn.

Tyrolia: In graminosis substrato micaschistoso regionis alpinae montis Fimberjoch supra Ischgl in valle Patznaun, 6000′!

41. **Euphrasia minima** Schleich. Koch syn. — Euphrasiae species ditionis florae germanicae hoc modo disponi possunt:

* Folia ovata vel breviter oblonga.

a) Folia superiora glandulifera.

1) *E. officinalis* L. corollae lobis superioribus reflexae galeae accumbentibus, stylo erectiusculo leviter arcuato, capsula oblonga calycem subaequante, seminibus ovoideis. — Syn. *E. Rostkoviana* Hayne Arzneigew. 9. t. 7. *E. officinalis* var. *a. pratensis* Koch syn. *E. campestris* Jordan! forma ramosa, foliis breviter oblongis (specimina in graminosis prope Briançon lecta;); *E. montana* Jordan! (in herb. Gr.); forma simplex, foliis ovatis remotis.

b) Folia eglandulosa, pube brevi crispa.

† Flore coerulescente.

2) *E. nemorosa* Pers. corollae lobis superioribus recur-

vis a galea patentibus, stylo uncinato, capsula oblonga vel oblongo-lineari, seminibus elliptico-oblongis utrinque acutis.

Var. *α. vulgaris*, foliis ovatis, flore majusculo, capsula oblongata calyce superata. Syn. *E. officinalis parviflora* Fries (sec. specimina prope Upsaliam lecta in herb. Schenk.); *E. majalis* Jordan! (in herb. Griseb.).

β. gracilis Fries foliis superioribus oblongatis, flore parvo, capsula oblongo-lineari subinclusa. *E. cuprea* Jordan! (in herb. Griseb.) (Germania bor., Franconia).

γ. alpina DC. nana, foliis ovatis subeglandulosis, dentibus saepe remotiusculis, capsula oblongata calycem subaequante. Syn. *E. officinalis* var. *alpestris* Koch. (In graminosis vallis Patznaun Tyroliae!)

†† Flore flavo.

3) *E. minima* Schl. corollae lobis superioribus rotundato-obtusis reflexis galeae accumbentibus, stylo apice uncinato, capsula oblongo-lineari exserta, seminibus linearibus. Legimus in valle Patznaun prope Ischgl! in valle Engadin prope Sils! in monte Bernina!

** Folia lanceolata vel linearia.

4) *E. salisburgensis* Funk, Koch syn. foliis lanceolatis vel lanceolato-linearibus acuminatis utrinque bi- — tridentatis, dentibus remotis cuspidatis, capsula oblongo-lineari inclusa, seminibus elliptico-oblongis utrinque acutis. (In graminosis prope Füssen Bavariae super.!)

5) *E. tricuspidata* L. foliis linearibus utrinque unidentatis vel integerrimis dentibus obtusis, capsula oblongo-lineari inclusa, seminibus elliptico-oblongis utrinque acutis.

Orobancheae.

42. **Orobanche gracilis** Sm. (1798) respondet plantae in alpibus! et in Bavariae superioris planitie! vulgatae; *O.*

cruenta Bertol. (1810) sec. specimina authentica prope Bologna lecta sistit formam corolla majori supra ventriculum basilarem sensim ampliata.

43. **Orobanche lucorum** A. Br. Koch syn. — Tyrolia: In radice *Berberidis vulgaris* L. parasitica inter Reutte et Heiterwang, 2800′! in valle Patznaun prope Langensteyen et im See, 3000′! ·

Bavaria superior: Var. *β. Rubi* Koch syn. parasitica in radice *Rubi caesii* L. in sylvaticis inter Füssen et Hohenschwangau, 2500′!

44. **Orobanche variegata** Wallr. Rchbch. ic. crit. fig. 904. — Differt ab *O. gracili* Sm. statura majori, sepalis a basi remotis (nec basi contignis), corolla ampliori fere *O. Spartii* Guss.! (sed forma *O. cruentae* Bertol. simili), labii inferioris lobo medio lateralibus majori, staminibus altius, 1‴ supra basin insertis, denique stigmate flavo margine purpureo destituto. *O. variegatae* Wallr. descriptio apud Grenier bene convenit enim nostra, exceptis sepalis basi contignis, quo solo charactere speciem novam constituere noluimus. *O. Spartii* Guss.! recedit a nostra sepalis basi contiguis, area corollae dorsi magis basi ejus approximato et staminibus basi parce piligeris, supra basin glabris.

Delphinatus: In radice *Cytisi sessilifolii* L. parasitica in monte Sénze prope Gap!

45. **Orobanche amethystea** Thuill.

Pedemontium: In radice *Eryngii campestris* L. parasitica prope Sesannes!

Boragineae.

46. **Cerinthe auriculata** Ten. — A *C. minori* L. limbo tubum aequante (nec duplo breviori) et limbi dentibus coeruleis (nec flavis) recedit.

Delphinatus: In pratis pagi Montayer prope Gap medio mense Septembris florentem legimus!

Labiatae.

47. **Galeopsis Ladanum** L. sec. specim. suec.! Gap. — Syn. *G. intermedia* Vill. Gren. et Godr. *G. Ladanum* var. *latifolia* Koch syn. Latent sub *G. Ladanum* auct. species duae: altera, vera Linnaeana, foliis ovalibus in petiolum subito contractis, verticillastris remotis, altera, *G. angustifolia* Ehrh. (*G. Ladanum* var. *angustifolia* Koch syn.) foliis lanceolato-linearibus sensim in petiolum attenuatis verticillastris superioribus approximatis dignoscitur.

Tyrolia: In rupibus micaschistosis vallis Patznaun prope Wald!

48. **Melissa Nepeta** L. — Syn. *Calamintha Nepeta* Koch syn. Observavimus formam cymis laxis folia floralia superantibus. *Calamintha menthaefolia* Host., nec Gren. *C. nepetoides* Jordan! *C. Einseleana* F. W. Schultz ex loc. nat.! *C. menthaefolia* Gren. et Godr. Fl. de Fr. excl. syn. Hostii ad *M. intermediam* Lej. spectat, et forsan speciem a *M. Calamintha* L. separandam sistit. *M. Calamintha* L. (*C. sylvatica* Bromf. *C. officinalis* Moench., Koch nec Benth.) nuperius in Franconia lecta est.

Tyrolia: In rupibus calcareis prope Imst! Helvetia orientalis: In rupibus micaschistosis vallis Engadin!

49. **Stachys dasyantha** Raf. (sec. specim. sicul. a cl. Todaro communic.), perennis, caule ramoso laxe lanato superne eglanduloso, foliis petiolatis ovato-oblongis crenatis basi rotundatis supra pilosis viridibus subtus canescentibus, floralibus lanceolatis in petiolum brevem attenuatis, inferioribus caulinis conformibus, superioribus sensim decrescentibus apice dentatis verticillastris brevioribus, verticillastris supremis

approximatis reliquis remotis, bracteis calycem aequantibus, bracteolis lineari-lanceolatis calyce superatis, tubo calycis obliquo, dentibus ovatis spinosis supremo majore, corollae roseae extus lanatae labio inferiori superius excedente, annulo tubi transversali. A *S. alpina* L. caule superne eglanduloso (nec glanduloso), foliis crenatis subtus canescentibus (nec dentatis pilosis basi cordatis), a *S. germanica* L. dentibus calycinis ovatis (nec ovato-lanceolatis acuminatis), corollae labio inferiori superius excedente (nec aequante) distincta.

Pedemontium: In sepibus ad viam publicam versus Casaretto prope Turin solo calcareo! in glareosis prope Susa!

Rubiaceae.

50. **Galium laevigatum** L. Vill. var. *β. aristatum* Gren. et Godr. — Syn. *G. aristatum* Lam. var. *scabriusculum* Koch. *G. aristatum* Gaud. ex descr. et loc. nat. *G. laevigatum* Vill. ob folia margine denticulata huic adscribendum.

Helvetia australis: In rupibus ad pedem montis Generoso inter Melano et Rovis!

51. **Galium insubricum** Gaud. — Syn. *G. Mollugo* var. Koch syn. ed. II. *G. elatum* Thuill. var. *umbrosum* Gren. et Godr. A *G. elato* Thuill. corollae lobis aristatis (nec apiculatis), foliis tenuibus obovatis apice rotundatis mucronatis (nec oblongo-obovatis vel oblongo-lanceolatis coriaceis) differt.

Helvetia australis: In *Castaneae vulgaris* Lam. sylvis montis Generoso inter Melano et Belano ad locum Luganensem!

52. **Galium corrudaefolium** Vill. — Syn. *G. lucidum* Koch syn.

Helvetia orientalis: In muris prope Schuls in valle Engadin, 3000′!

Delphinatus: In collibus calcareis prope Briançon!

53. **Galium purpureum** L. Pedicelli ante anthesin nutantes, mox, floribus apertis, erecti.

Lombardia: In rupibus micaschistosis inter Bellagio et Civenna ad lacum Comensem, 600 !*).

Campanulaceae.

54. **Campanula linifolia** Lam. Gren. et Godr. — Syn. *C. Scheuchzeri* Koch syn. ex parte.

Tyrolia: In pratis vallis Patznaun prope Ischgl, 4400 !

55. **Phyteuma betonicaefolium** Vill. — Syn. *P. Michelii* var. *α. betonicaefolium* Koch syn.

Tyrolia: In locis graminosis regionis sylvaticae vallis Patznaun prope Ischgl solo micaschistoso!

Helvetia orientalis: In regione sylvatica vallis Engadin, 4000—6000′!

56. **Phyteuma Charmelii** Vill. — *P. Scheuchzeri* All. Rchbch. a planta delphinensi differt caule elatiori (nec humili vix spithameo), foliis caulinis remotioribus, stigmatibus tribus (nec duobus) et inprimis seminibus margine unilaterali destitutis.

Compositae.

57. **Senecio rupestris** WK. ic. tab. 128. — Syn. *S. nebrodensis* DC. prodr. Koch syn. ex parte sec. loc. natal. A *S. montano* Willd. spec. plant. III. 1989. (*S. nebrodensis* Koch syn. ex parte sec. descr.) radice perenni distincta.

Helvetia orientalis: In rupibus calcareis vallis Engadin prope St. Maurice, 5500′!

58. **Senecio erraticus** Bertol. nec Koch.

Lombardia: Ad ripas Addae in salicetis prope Sondrio in valle Tellina, 1060′!

---

*) *Asperula sinaica* Delile sec. specimina ad montem Sinai lecta ob antheras globosas et corollae structuram *Galium* est: *Galium sinaicum* nominanda.

59. **Centaurea menteyerica** Vill. — Syn. *C. Kotschyana* Gren. et Godr.! A *C. Kotschyana* Koch sec. specim. in Austria lecta involucri appendicibus argenteo-ciliatis (nec brunneo-ciliatis), ciliis appendice brevioribus (nec superantibus) recedit.

Delphinatus: In monte Séuze prope Gap (Grenier).

60. **Centaurea axillaris** Willd. Koch syn. Gren. et Godr. Specimina a cl. Grenier in Delphinatus alpibus (Lautaret) lecta nobisque communicata ad var. *α. strictam* Rchb. fil. pertinent. Var. *γ. Fischeri* Rchb. fil. in Monachii ericetis a Sch. lecta est.

61. **Centaurea microptilon** Godr. et Gren.

Delphinatus: Ad vias prope Briançon!

62. **Centaurea pseudophrygia** C. A. Meyer. — Syn. *C. phrygia* Koch nec Linné. *C. phrygia* Billot exs. no. 581. ad *C. cirrhatam* Rchb. spectat.

Tyrolia: In pratis prope Heiterwang! prope Berwang, 4000′!

63. **Centaurea transalpina** Schleich. Observavimus formam involucri foliolis adpressis, superioribus sese non tegentibus (*C. vochinensis* Rchb. fil. ic.), a *C. nigrescente* Willd., nec Godr. et Gren., quae *C. pratensis* Thuill., vix specifice distinguenda.

Lombardia: In locis graminosis prope Colico et Bellagio ad lacum Comensem, 700—900′!

64. **Centaurea amara** L. var. caule erecto ramoso, ramis elongatis, foliis anguste lineari-acuminatis integris, appendicibus scariosis albis integris.

Lombardia: In glareosis Addae prope Colico ad lacum Comensem, 700′!

65. **Carduus hamulosus** Ehrh. Koch syn. — *C. vivariensis* Jord.! sec. specimina a cl. Grenier communicata ad *arctioidem* Willd. spectat.

Helvetia orientalis: Ad vias vallis Zuort versus Sins indeque per vallem Engadin usque Schuls, 3600—4000′!

66. **Leontodon crispatus.** — Syn. *L. crispus* Rchb., Koch. *L. hispidus* var. *pseudocrispus* Schultz Bip. in Bischoff Cichorac. sec. descr. et loc. nat. *L. proteiformis* var. *crispatus* Gren. et Godr. Medium inter *L. crispum* Vill. et *Leontodon hispidum* L. nobis distinctum videtur: a priori achaeniis erostratis costatis costis majoribus cum tenuioribus alternantibus, marginalibus apice brevissime contractis, (nec tenuiter costatis, rostratis, rostro achaenium aequante vel superante), ab ulteriori achaeniis compressis (nec cylindricis), erostratis (nec in rostrum breve attenuatis), pappo albo, radiis usque ad basin plumosis (nec pappo sordido, radiis basi membranaceo-dilatatis, membrana dentata), pilis foliorum et caulis partim apice bi-—trifurcatis, partim apice glochidiatis intermixtis simplicibus (nec omnibus apice bi-—trifurcatis), radice verticali simplici (nec praemorsa).

Delphinatus: In glareosis calcareis montis Genevre prope hospitium!

67. **Lactuca augustana** All. tab. 52. f. 1. — A *L. Scariola* L. foliis horizontalibus, a *L. virosa* L., cui habitu proxima, achaeniis griseo-brunneis (nec atris) distincta.

Delphinatus: Ad vias solo calcareo in valle Quayras cum *L. virosa* L. consociata!

68. **Crepis jubata** Koch.

Tyrolia: In glareosis regionis alpinae montis Fimberjoch supra Ischgl in valle Patznaun substrato micaschistoso, 6000′!

Plantagineae.

69. **Plantago serpentina** Vill. Gren. et Godr. Fl. de Fr. — Syn. *Pl. maritima* Koch syn. quoad plantam alpinam.

Tyrolia: In rupibus et glareosis substrato calcareo prope Tarenz et Imst usque Landek, 2500—2800′! in valle Patznaun usque Langensteyen!

Helvetia orientalis: In valle Engadin!

Delphinatus: In glareosis calcareis prope Briançon! Mont Dauphin!

Cupuliferae.

70. **Quercus pubescens** Willd.

Delphinatus: Sylvulas formant inter Embrun et Gap!

Betulineae.

71. **Alnus viridis** DC.

Tyrolia: Gregaria in pratis humidis montanis prope Berwang substrato calcareo, 4000′!

Coniferae.

72. **Pinus Cembra** L.

Helvetia orientalis: Sylvulas formans ad viam publicam inter St. Maurice et Sils, 5000—6000′!

Liliaceae.

73. **Allium pulchellum** Don. — Syn. *A. carinatum β. capsuliferum* Koch syn. Differt ab *A. carinato* L., nobis in pratis humidis Bavariae superioris prope Füssen obvio, umbella capsulifera (nec bulbifera).

Lombardia: In rupibus prope Bellagio ad lacum Comensem!

Gramineae.

74. **Triticum glaucum** Desf. — Syn. *T. intermedium* Host. gramin. II. tab. 22.

Delphinatus: In glareosis substrato calcareo inter Gap et Menteyer!

Animadversiones quaedam in Callisiae genus

auctore

D. F. L. de Schlechtendal.

Callisiae nomen primum in Appendice ultima ad Loeflingii iter Hispanicum (eller resa til Spanska Länderna uti Europa och America etc. Stockholm 1758. 8.) p. 305 nominatur, addita generis descriptione jam prius in eodem itinere sub titulo „*Commelina*? *Wachendorfia* Authoris“ p. 177 deposita. Plantae tribuuntur sepala tria persistentia, petala totidem linearia acuta erecta apice patula; stamina tria, filamentis corolla duplo longioribus erectis, antheris subrotundis; stylus capillaris staminibus brevior, stigmate trifido patente; capsula bilocularis bivalvis, seminibus nonnullis subrotundis.

Serius a. 1763 cel. Jacquinius aetate major in plantis Americanis genus *Hapalanthus* descripsit et icone in Tab. XI. adumbravit, quod praecedenti, ut ipse profert, maxime affine, paucis notis discedere videtur, stylo scilicet capillari quidem sed stamina aequante et stigmate penicilliformi, licet praetervideas antherarum singularem structuram a Loeflingio non commemoratam et connectivum rotundatum praebentem, cujus interiori lateri antherae geminae (vel potius loculamenta duo ejusdem antherae segregata) insident. Jac-

quinii icon citata integram plantam repraesentat et stamen seorsim depictum, in cujus connectivo ovali duo circuli minuti ab invicem discreti conspiciuntur. Cujus staminis figura iis in iconibus, quae Norimbergae a. 1785 editae (Dreihundert auserlesene amerikanische Gewächse. 3 Bde. 8.) et secundum rariorem illam iconibus pictis illustratam editionem operis Jacquiniani confectae sunt, tantopere mutata est, ut germen globosum foliolis duobus lanceolatis suffultum ante oculos habere crederes. Vides vero ex hac icone, folia margine purpureo cincta esse in planta Jacquinii, quam in Martinicae humidis herbaceis et umbrosis frequentem inter Commelinas reperit auctor, dum Loeflingius suam in udis depressis sub fruticibus ubique circa Barcellonam Novam in provincia Cumanensi lectam indicat.

Lamarckius in Illustrationis generum tabula 35. duas species Callisiae generis repraesentat, quarum altera (fig. 1.) *Callisia repens*, altera (fig. 2.) *C. umbellulata* est. Prioris descriptio in Encyclopaedia fere nihil addit, sed pistilli indolem hisce verbis notat: „chargé d'un style que terminent trois stigmates frangés", additque Cayennam patriam. Altera posterius in eodem opere descripta species, de qua postea agendum est, a Kunthio ad *C. monandram* sine dubio ducitur.

Swartzius *C. repentem* a se ipso non repertam Tradescantiae generi inserit, *Tradescantiae Callisiae* sub nomine aliamque *Tradescantiam monandram* offert, dein ad Callisias rejectam.

Vahlius in secundo Enumerationis volumine (II. p. 132. ex a. 1806) duas habet *Callisias*, *repentem*, cui vaginas margine aliquantulum ciliatas adscribit ceterum nil novi addens, et *umbellulatam*.

Kunthius (Enum. IV. p. 61.) *Callisiam repentem* cum synonymis Loeflingii, Jacquinii et Swartzii enumerat,

Quoad structuram *Polyopidi* affinior. Strata **2** adsunt, interius e filis articulatis ramosis anastomosantibus, peripherieum e cellulis verticalibus minutis constans.

Halymenia Ag.

1. H. Müllеri Sond. fronde expansa gelatinosa subcarnosa oblonga e margine pinnatim prolifera, prolificationibus oblongis ovatisve acutis integerrimis vel dentatis.

Ad litus peninsulae Lefebre, Jul., Decbr.

Spithamaea, 5 — 6 poll. lata. Prolificationes majores circ. pollicem longae, 6 lin. latae, rarius iterum divisae; minores versus apicem frondes **2**—6 lin. longae, **1** — **3** lin. latae, plerumque integerrimae; omnes e basi latiore acutae. Fructus deest. Color roseus, cito pallescens.

H. spathulatae J. Ag. Alg. medit. p. **96.** similis, prolificationibus e basi latiore acutis et substantia firmiore subcarnosa diversa. An *Kallymeniae* species?

Chrysymenia J. Ag.

1. C. obovata Sond. Pl. Preiss. II. p. **176.** *Rhabdonia*? *globifera* J. Ag. Spec. II. **1.** p. **355.**

Ad litus peninsulae Lefebre. Julio. Holdfast-Bay.

Cystocarpia in ramulis vesiculosis sparsa, hemisphaerice prominentia, carpostomio aperta, glomerulum densissimum gemmidiorum includentia. Gemmidia placentae basilari affixa, pyriformia, membrana pellucida cincta.

Structura ramulorum: cellulae subhexagonae subbiseriatae, serie unica vel duabus cellularum minutissimarum circumdatae.

Epimenia Kütz.

1. E. angustata Sond. fronde carnosa in lacinias plures lineares elongatas dichotomas divisa, angulis obtusis, laciniis

erectis subpatulis integerrimis vel hinc inde denticulatis apice obtusis.

In sinu St. Vincentii.

Specimina spithamaea, distiche divisa, 3 — 4 lin. lata, laciniis linearibus furcatis vel dichotomis. Laciniae ecostatae, primariae infra divisuram subcuneatae, 2—3 lin. latae, ultimae 6—8 lin. longae, lineam latae. Fructus deest. Color subsanguineus. Substantia carnosa, madefactae subgelatinosa.

Structura: cellulae interiores oblongae, magnae, saepe materiam granulosam continentes; superficiales minutae, verticaliter pluriseriatae.

Habitu et ramificatione *E. variolosae* Kütz. Spec. p. 788. *Rhodym. variolosae* Hook. et Harv. Crypt. antarct. t. 180. similis, differt laciniis 2 — 3-plo angustioribus et substantia carnosa *Kallymeniae*. Quoad structuram fere cum *E. obtusa* Kütz. convenit, sed cellulae intermediae majores sunt et parietibus crassioribus gaudent.

Gigartineae J. Ag.

Callophyllis Kütz.

1. **C. cervicornis** Sond. fronde di- — trichotoma, segmentis anguste linearibus integerrimis vel hinc inde dente subulato integro bifidove instructis superioribus secundatis abbreviatis acute bi- — tridentatis, Kalidiis disco segmentorum supremorum immersis demum poro pertusis.

Encounter-Bay.

Frondes e callo minuto plures, 2—3-pollicares, supra basin latiorem 1—1 $^1/_2$ lin. latae. Segmenta nunc dichotoma nunc trichotoma vel irregulariter alterne pinnata. Dentes minuti, sparsi; subulati, acuti vel bifidi aut subramulosi, hinc inde in margine segmentorum. Segmenta superiora vel exteriora secundata, circ. semilineam lata, ultima apice acute 2—

3-dentata. Kalidia disco laciniarum ultimarum rarius penultimarum immersa, utrinque subprominentia, poro pertusa. Glomerulus gemmidiorum oblongus, e pluribus glomerulis separatis in cellulis majoribus nidulantibus constans. Gemmidia minuta, subrotunda. Substantia carnoso-membranacea. Structura generis. Color roseo-purpureus. Chartae vix adhaeret.

C. alcicorni J. Ag. Spec. II. 1. p. 299. simillima videtur, substantia firmiore et colore differt.

2. **C. coccinea** Harv. Alg. tasm. p. 8. J. Ag. l. c. p. 301. *Sphaerococcus australis* Harv. Lond. Journ. III. p. 445.

Van Diemensland (Stuart).

Variat substantia firmiore.

Rhodocladia Sond.

Structura Callophyllis. Kalidia disco laciniarum immersa, in utraque pagina hemisphaerice prominentia, gemmidiis minutis rotundatis, in cellulis majoribus nidulantibus. Sporophylla orbiculata, brevissime pedicellata, in disco frondis sparsa, sphaerosporas numerosas (non seriatas) triangule divisas includentia.

1. **R. Lamberti** Sond. *Fucus Lamberti* Turn. t. 237. *Rhodomenia Lamberti* Grev. Syn. p. XLVIII. *Callophyllis Lamberti* J. Ag. Spec. II. 1. p. 300.

Rivoli-Bay. Guichen-Bay. Octob.

Mychodea Harv.

1. **M. Müllerі** Sond. fronde carnoso-cartilaginea tereti plicato-striata spinulis minutissimis sparsis obsita undique ramosa, ramis erecto-patulis decomposito-ramulosis, ramulis filiformibus saepe subsecundatis, ultimis dentiformibus acutissimis furcatisve, coccidiis hemisphaericis ad ramos primarios sessilibus spinulaque bracteatis.

Ad litus peninsulae Lefebre, Decemb.

Spithamaea vel pedalis, a basi ramosissima, *Gracilariam armatam* fere aemulans. Rami primarii pennam columbinam crassi, in statu sicco plicato-striati vel subsulcati, hinc inde spinulis, circ. $^1/_3$ lin. longis, e basi latiore acutissimis armati. Ramuli sensim breviores, superiores filiformes, ultimi $^1/_2 - 1$ lin. longi, dentiformes, saepe furcati, acuti. Coccidia in ramis primariis sparsa, plerumque spinulae adnata, hemisphaerica, non apiculata, demum carpostomio aperta. Glomerulus sphaericus, placenta basilari. Gemmidia subangulata vel pyriformia, minutissima. Color fuscus. Transversaliter secta cellulas offert rotundatas, parietibus crassis, quarum interiores maximae, nunquam granulis amylaceis farctae, exteriores versus peripheriam sensim minores.

Spyridieae J. Ag.

Spyridia Harv.

1. **S. filamentosa** Harv. in Hook. Brit. Fl. II. p. 336. Phyc. Brit. t. 46.

Holdfast-Bay, Februar.

2. **S. tasmanica** J. Ag. Spec. II. 1. p. 342. *S. filamentosa β. verticillata* Harv. Hook. Lond. Journ. 1844. p. 449.

Van Diemensland (Stuart).

3. **S. dasyoides** Sond. fronde primaria subcornea solida depresso-quadrangulari distiche ramosa, ramis tenuioribus ramulos monosiphonios articulatos ramelliferos gerentibus, ramellis densis piliformibus rigidiusculis subincurvatis acutis articulatis, articulis diametrum aequantibus, geniculis purpureis, cystocarpiis obtuse 3-lobatis pedicellatis.

Holdfast-Bay, Febr.

Specimen 4-pollicare, in parte inferiore lineam latum, subdichotome divisum, ramis aequalibus sed tenuioribus in

nostr. spec. circ. 2—3 poll. longis. Ramuli ramellos gerentes 3—6 lin. longi, monosiphonii, articulati, articulis diametro brevioribus. Ramelli rigidiusculi, acutissimi, circ. semilineam longi. Cystocarpia in ramulis lateralia, breviter pedicellata, lobata. Color purpureus.

Dumonticae J. Ag.

Rhabdonia Harv.

1. **R. Harveyi** Sond. *R. coccinea* et *nigrescens* Harv.! Alg. tasm. n. 78 et 79. J. Ag. l. c. p. 354.

Van Diemensland (Stuart).

Die von Stuart gesammelten Exemplare stellen in dem unteren Theile die *R. nigrescens* dar, die obere Hälfte ist von *R. coccinea* nicht zu unterscheiden. Von beiden habe ich Original-Exemplare zur Vergleichung.

Chylocladia Grev.

1. **C. multiramea** Sond. fronde gelatinoso-membranacea filiformi (siccata) compressa ramosissima, ramis patulis divaricatisve basi attenuatis, ramulis secundatis abbreviatis subulatis subinenrvis, capsulis minutis in ramulis ultimis semiimmersis.

In litore peninsulae Lefebre, Decemb.

Frons pedalis vel ultra, pennam passerinam crassa. Rami distichi, pluries ramulosi; ramuli secundati subulato-setacei, ultimi 1—1 $^1/_2$ lin. longi vel longiores. Capsulae minutae in medio ramulorum intumescentium, in nostris specim. non perfecte evolutae. Color pallide roseo-violaceus, cito albescens. Substantia subgelatinosa. Chartae arcte adhaeret. Stratis tribus contexta est: interius filis constat elongatis articulatis anastomosantibus; intermedium seriebus plerumque duabus cellularum angulato-rotundarum; exterius filis minutis epidermidem punctatam exhibentibus.

A *Chylocladia divaricata* J. Ag. Spec. II. 1. p. 367. (*Fucus divaricatus* Turn. t. 181.) cui structura interna affinis, distinguitur fronde longiore laxius ramosa nec non ramificatione secundata. An revera *Chylocladiae* species? Frons enim non tubulosa, an nov. genus?

Champia Desv.

1. **C. tasmanica** Harv. in Hook. Lond. Journ. III. p. 407. t. XIX.

Holdfast-Bay.

Rhodymenieae J. Ag.

Euthora J. Ag.

1. **E.? Gunnii** J. Ag. Spec. II. 1. p. 386. *Cladhymenia Gunnii* Harv.! Lond. Journ. IV. p. 540. Ner. austr. t. XXXII.

Van Diemensland (Stuart).

Plocamium Harvey.

1. **P. flexuosum** Harv. Ner. austr. p. 124. t. XLIII. f. 2. *S. coccineum* var. *flexuosum* Hook. fil. et Harv. in Lond. Journ. vol. VI. p. 404.

Van Diemensland (Stuart).

2. **P. Preissianum** Sond. Pl. Preiss. II. p. 192.

Guichen-Bay.

3. **P. procerum** Harv. Ner. austr. p. 122. *Thamnophora procera* J. Ag. Symbol. p. 10. Spec. II. 1. p. 400.

Van Diemensland.

4. **P. Mertensii** Harv. Ner. austr. p. 122. *Thamnophora Mertensii* Grev. Sond. Pl. Preiss. II. p. 193.

Guichen-Bay. Encounter-Bay. Holdfast-Bay, Aug.

5. **P. angustum** Harv. Ner. austr. p. 122. *Thamnophora angusta* J. Ag. Symb. p. 10.

Van Diemensland (Stuart). Rivoli-Bay, Oct.

6. **P. leptophyllum** Kütz. Spec. p. 885.

Van Diemensland.

Praecedentis varietas?

Hypneaceae J. Ag.

Acanthococcus Hook. et Harv.

1. **A. Gracilaria** Sond.* fronde carnosa tereti dichotomo-ramosissima hinc inde ramellis brevibus subulatis obsita, ramis ramulisque erecto-patulis superioribus sensim brevioribus a basi aequali subulato-attenuatis, sphaerosporis in cellulis peripheriicis nidulantibus zonatim quadridivisis.

Ad litus peninsulae Lefebre, Decbr.

Pedalis et ultra. Frons prope basin $1\,^1/_2$ lin. lata, irregulariter dichotoma. Rami inferiores vel primarii subhorizontaliter patentia; superiores magis erecti, angulo acuto patentes, $^1/_2$—1 poll. longi, circ. $^1/_4$ lin. lati, nunc indivisi, nunc ramulis brevibus, $^1/_2$ — 2 lin. longis, acutis, erecto-patulis, saepe incurvis instructi. Sphaerosporae per totam frondem sparsae, in strato peripherico nidulantes, oblongae, zonatim divisae. Cystocarpia desunt. Color plantae vivae forsan carneo-ruber, exsiccatae nigrescens. Chartae adhaeret. Structura: fila axin constituentia, in fasciculum aggregata, elongata, articulata, dichotome ramosa, versus peripheriam laxiora et inter cellulas magnas, oblongas strati intermedii excurrentia. Cellulae stratum medium efficientes seriebus duabus, cellulae superficiales minutae serie singula disposita sunt.

Acanthococco aciculari J. Ag. Spec. II. 1. p. 436. valde affinis videtur. An nostra eadem ac *Mychodea carnosa* Harv.?

Hypnea Lamourx.

1. **H. musciformis** Lamourx. Ess. p. 43. *Fucus musciformis* Turn. t. 127.

Encounter-Bay.

2. **H. episcopalis** Hook. et Harv. Alg. tasm. p. 9. Kütz. Spec. p. 760.

Van Diemensland (Stuart).

3. **H. rigens** Sond. elata virgato-ramosissima, ramis elongatis, ramulis abbreviatis subulatis, inferioribus saepe nudis apice incrassato circinatis, reliquis omnibus ramellos fructiferos undique egredientes gerentibus, sporiferis erectis simplicibus siliquaeformibus lanceolatis rostratis basi attenuata sterili pedicellatis, capsuliferis spinescentibus simplicibus ramosisve patentibus.

Holdfast-Bay.

Frondes elongatae, pedales vel ultra, basi pennam columbinam crassae. Rami alterni virgati, 3 — 5-pollicares, intermedii plerumque longissimi; ramuli saepius simplices, pollicares vel breviores, acumine brevi rectiusculo. Ramelli fructiferi simplices, rarius subramosi; sphaerosporis instructi circ. lineam longi, evidenter stipitati, medio tumidi, apice in rostrum longiusculum, rectum vel subincurvum attenuati. Sphaerosporae oblongae, zonatim quadridivisae. Ramuli capsuligeri rigidiores, spinescentes, plerumque ramulosi. Cystocarpia ramulis adnata, solitaria vel 2—4 aggregata, minuta, subsphaerica, apiculo obtuso terminata, demum carpostomio aperto subovata. Glomerulus gemmidiorum subglobosus, gemmidia obovata, singula perisporio hyalino inclusa et filis articulatis fasciculato-ramosis adnata, non seriata. Color corallino-ruber, marcescentis albidus. Substantia cartilaginea. Structura frondis cellulosa, stratum medullare nullum. Cellulae subconformes oblongae, parietibus crassiusculis; sectione transversali centrales et exteriores plerumque minores, intermediae majores apparent; cellulae periphericae verticales minutae.

4. **H. seticulosa** J. Ag. Spec. II. 1. p. 446. *H. charoides* Sond. Pl. Preiss. II. 189.

Ad litus peninsulae Lefebre, Decbr.

5. **H. divaricata** Sond. Pl. Preiss. II. 190. J. Ag. l. c. p. 448.

Holdfast-Bay, Febr.

6. **H. Cenomyce** J. Ag. l. c. p. 452?

Holdfast-Bay.

Gelidieae J. Ag.

Gelidium Grev.

1. **G. corneum** Lamourx. Ess. *Fucus corneus* Turn. t. 257. *Sphaerococcus corneus* Ag. Spec. I. 279.

Van Diemensland (Stuart).

2. **G. glandulosum** Hook. et Harv. Alg. tasm. p. 10. Kütz. Spec. p. 766.

Van Diemensland (Stuart).

Nostra specimina sterilia fertilibus subrigidiora.

3. **G. asperum** Grev. Kütz. Spec. p. 764. J. Ag. Spec. II. 1. p. 475.

Rivoli-Bay, Octobr.

Pterocladia J. Ag.

1. **P. lucida** J. Ag. l. c. p. 483. *Fucus lucidus* Turn. t. 238. *Gelidium lucidum* Sond. Pl. Preiss. II. p. 174.

Guichen-Bay. Holdfast-Bay.

Squamarieae Zanard.

Peyssonnelia Decaisne.

1. **P. australis** Sond. frondibus aggregatis basi adnatis estipitatis coriaceis coccineo-purpureis demum virescentibus integris vel obtuse sublobatis obsolete zonatis subtus pallidis radiculis tennissimis tomentosis versus marginem glabris, verrucis fructiferis sparsis (non zonatim dispositis) pupureis.

Holdfast-Bay, August.

Differt a *P. squamaria* Decaisne frondibus indivisis pollicem longis et latis fructibusque sparsis. A *P. Novae Hollandiae* Kütz.! Bot. Zeitg. 1847. p. 33, quae bona species, nec varietas *P. squamariae* videtur, fronde indivisa, non in lacinias angustas divisa distinguitur. *P. major* Kütz.! Spec. p. 693. est planta multo major, et lobis evidenter concentrice zonatis stipitatis diversa.

P. caulescens Kütz.! l. c. p. 694. non hujus generis sed *Mastophorae* species est.

Ad *P. replicatum* Kütz.! l. c. p. 694. pertinet *Zonaria rugosa* Suhr! quam in Algoa-Bay, non in Madagascar legit cl. Ecklon.

Corallineae Decaisne.

Melobesia Aresch.

1. **M. membranacea** Lamourx. Hist. Pol. fl. p. 315. Aresch. in J. Ag. Spec. gen. et ord. Alg. II. 2. p. 512.

Ad litus peninsulae Lefebre, Cauliniae antaret. insidens.

2. **M. farinosa** Lamourx. l. c. p. 315. t. 12. f. 3. Aresch. l. c.

Ad litus peninsulae Lefebre, algis insidens.

3. **M. Patena** Hook. fil. et Harv. Ner. austr. p. 111. t. XL.

Rivoli-Bay, Balliae Brunonis insidens.

Amphiroa Lamourx.

1. **A. tasmanica** Sond. fronde intricata lapidescente crassiore irregulariter di- — trichotoma vel verticillata superne attenuata, ramis ramulisque patentibus flexuosis teretibus, articulis diametrum aequantibus vel duplo longioribus, eramiferis cylindraceis, ramiferis duplo crassioribus saepe subcuneatis, geniculis omnibus lineaeformibus.

Van Diemensland (Stuart).

A. breviarticulatae Aresch. l. c. p. 532, affinis, differt colore albo, ramis undique patentibus rigidis fragilibus, primariis triplo crassioribus et articulis inaequalibus nunc ultra lineam, nunc semilineam latis.

Frons bi- — tripollicaris. Rami horizontaliter patentes vel erecto-patuli, apicem versus sensim paullulum attenuati, in nonnullis speciminibus apice subincrassati.

2. **A. dilatata** Lamourx. Aresch. l. c. p. 536. *A. galaxauroides* Sond. Pl. Preiss. II. p. 188.

Port Lincoln.

3. **A. charoides** Lamourx. Sond. Pl. Preiss. II. p. 187. Harv. Ner. austr. t. XXXIX.

Holdfast-Bay. Port Gawler.

4. **A. stelligera** Lam. *A. elegans* Sond. l. c. p. 187.

Ad litus peninsulae Lefebre.

Jania Lamourx.

1. **J. tenuissima** Sond. l. c. p. 186. Harv. Ner. austr. t. XL. *J. micrarthrodia* Lamourx. Aresch. l. c. p. 555.

Holdfast-Bay.

Corallina Lamourx.

1. **C. pilifera** Lamourx. Aresch. l. c. p. 571.

Ad litus peninsulae Lefebre.

2. **C. Cuvieri** Lamourx. Aresch. l. c. p. 572.

Holdfast-Bay. Rivoli-Bay.

Sphaerococcoideae J. Ag.

Corallopsis Grev.

1. **C. australasica** Sond. fronde inferne continua, ramis alternis erecto-patulis articulato-constrictis pluries verticillatim divisis, articulis (in verticillis inferioribus 12 — 20, in superioribus 4 — 6) lineari-subclavatis teretibus inaequalibus.

Encounter-Bay.

Frons primaria pennam corvinam crassa, cylindrica, continua, stricturis nullis. Rami alterni, parum tenuiores, articulato-constricti. Verticilli inferiores articulos numerosos, superiores pauciores gerentes. Articuli in vertice rotundato-obtusi, basi attenuati, brevissime stipitati; majores 5—6 lin. longi, madefacti lineam lati, minores (in eodem verticillo) 2—3 lin. longi. Articuli verticilli supremi suboblongi, lineam circ. longi. Fructus desunt. Color purpureus. Substantia madefactae carnosa. Frons interna constat cellulis maximis oblongis (sectione transversali rotundatis), strati peripherici cellulis minimis obtectis. In articulis adultis cellulae interiores saepe glomerulo granulorum amylaceorum farctae.

A *Cor. Salicornia* Grev., cui structura interna simillima, facile distinguitur: colore, substantia magis carnosa, fronde inferne continua, articulis in verticillo numerosioribus apice rotundato-obtusis.

Cor. dichotoma Suhr! Bot. Zeitg. 1839. p. 70. f. 44. t. III. a cl. Harvey ad *Ginnaniam furcellatam*, a cl. J. Agardh ad *Scinaiam salicornioidem* relata, ab utraque diversa est, et distincti generis esse videtur. Fructificatio in specimine meo authentico deest.

Gracilaria J. Ag.

1. **G. confervoides** Grev. Alg. brit. p. 123. *Fucus confervoides* Turn. t. 84. *Sphaerococcus confervoides* Ag. Spec. p. 303.

Ad oras maritimas prope port. Adelaïde, Febr., Mart. Van Diemensland (Stuart).

Acropeltis Montagne.

1. **A. phyllophora** Hook. et Harv. Alg. tasm. n. 72.

Van Diemensland (Stuart).

Melanthalia Montagne.

1. **M. obtusata** Mont. Pl. cell. ex. cent. IV. p. 35. *Fucus obtusatus* Lahill.! Nov. Holl. II. t. 255. Turn. t. 145.

Rivoli-Bay.

2. **M. Jaubertiana** Mont. l. c. p. 36. c. icone. J. Ag. l. c. p. 613.

Rivoli-Bay.

Thysanocladia Endl.

1. **Th. laxa** Sond. caule primario coriaceo-cartilagineo compresso ancipiti, ramis bi- — tripinnatis basi plerumque nudis, pinnis ambitu lineari-lanceolatis pinnulisque oppositis linearibus compresso-planis basi apiceque acutis.

Rivoli-Bay.

Caulis primarius pedalis et ultra, lineam latus. Pinnae primariae 4—5 poll. longae, $^3/_4$ lin. latae, basi nudae vel remote pinnulatae; pinnulae patentes, 2 — 3 lin. distantes, ultimae sensim minores, planae, acutae, ima basi subconstrictae.

Differt a proxima *Th. oppositifolia* J. Ag. (*Gelid. oppositifolium* Sond.) caule ramisque laxis remote pinnulatis, et pinnulis planis non filiformibus. *Th. pectinata* Harv.! Ner. austr. p. 91 est omnino eadem ac *Th. oppositifolia*, Novae Hollandiae et Cap. bon. spei incola. In planta capensi coccidia video hemisphaerica, in alterutra pagina prominentia, aggregata, rarius solitaria, poro pertusa, in pagina plana pinnarum pinnularumve, nunquam infra apices pinnarum ut in *Th. dorsifera* evoluta.

Callibleparis Kütz.

1. **C. ramentacea** J. Ag. Spec. II. 2. 621. *Delesseria ramentacea* Ag. Spec. p. 177.

Ad litora peninsulae Lefebre, Julio.

Phacelocarpus Endl. et Dies.

1. **Ph. Labillardieri** J. Ag. l. c. p. 648. *Fucus Labillard.* Turn. t. 137. *Ctenodus Labillardieri* Kütz. Phycol. gen. p. 407. *Eucteodus Labill.* Kütz. Spec. p. 770.

Rivoli-Bay, Octobr.

2. **Ph. australis** J. Ag. l. c. *Halymenia australis* Sond. Pl. Preiss. II. p. 173.

Holdfast-Bay.

Thamnocarpo? *Ptilota* Harv. proximus.

Nitophyllum Grev.

1. **N. crispum** Kütz. Spec. p. 868. J. Ag. Spec. II. p. 662. *N. punctatum* Harv. Ner. austr. p. 119.

Van Diemensland (Stuart).

2. **N. Gunnianum** Harv. Hook. Lond. Journ. VI. p. 403. Ner. austr. t. XLVII. *Aglaophyllum Gunnianum* Kütz. Spec. p. 868.

Van Diemensland (Stuart).

Specimina juniora obscure purpurea, adulta fuscescentia et in parte inferiore foraminibus cribrosa.

3. **N. multipartitum** Hook. et Harv. l. c. p. 404. J. Ag. l. c. p. 664.

Van Diemensland (Stuart).

Delesseria Grev.

1. **D. amansioides** Sond. pusilla, fronde lineari avenia e costa prolifera, prolificationibus conformibus, sporophyllis e costa egredientibus pedicellatis reniformibus sphaerosporas sparsas includentibus.

Encounter-Bay.

Frons plana, linearis, obtusiuscula, indivisa, 8 — 12 lin. longa, lineam lata, e costa media tenui prolifera, avenia, sub lente areolata, areolis rotundato-hexagonis. Prolificatio-

nes brevissime stipitatae, minores, sed conformes, utroque latere e costa prorumpentes. Sporophylla in nostr. spec. circ. semilineam lata, reniformia, apice saepe brevissime emarginata. Sphaerosporae in sporophyllis sparsae, plerumque versus medium aggregatae, numerosae, rotundatae, triangule quadridivisae. Coccidia desunt. Color roseus. Substantia membranacea. Structura: costa e cellulis longioribus confertis, lamina frondis e stratis duobus contexta est; stratum intermedium e cellulis uniseriatis hexagonis inanibus constans, utrinque unica serie cellularum superficialium obtectum est.

An novum genus?

Hemineura Harv.

1. **H. frondosa** Harv. Ner. austr. p. 116. t. XLV. *Delesseria frondosa* Hook. et Harv. in Hook. Lond. Journ. VI. p. 403. *Hypoglossum frondosum* Kütz. Spec. p. 876.

Van Diemensland (Stuart).

Wrangelieae J. Ag.

Wrangelia Ag.

1. **W. nobilis** Hook. et Harv.! Alg. tasm. n. 94. Kütz. Spec. p. 665. J. Ag. Spec. III. 1. p. 709.

Van Diemensland (Stuart).

Chondrieae J. Ag.

Erythroclonium Sond.

Frons primaria cartilaginea, teres, vage ramosa. Rami subsimiles tenuiores, articulato-subconstricti, ramulis obsiti di-— trichotomis verticillatisve articulato-constrictis. Articuli ovales vel oblongi. Sphaerosporae strato superficiali articulorum immersae, sparsae, oblongae, zonatim quadridivisae. Structura: axis tubulosus, articulatus, frondem totam percurrens, fila emittit elongata, dichotoma, articulata, in stratum exterius desinentia. Stratum exterius cellulis minutis sub-

angulatis, in fronde primaria sub-6-, in articulis (ramulis) 1—2-seriatis constat.

1. **E. Müllеri** Sond. fronde primaria crassa, ramulis (articulis) ovalibus oblongisve basi acutis.

Ad litora peninsulae Lefebre, Julio.

Frons pyramidata, semipedalis vel ultra *Lomentariae articulatae* similis, primaria erecta, teres, pennam columbinam crassa, cartilaginea, hinc inde ramis vagis oppositione consimilibus at tenuioribus, teretiusculis vel articulato-subconstrictis obsita. Rami emittunt ramulos longiores breviores-ve, plerumque oppositos, di- — trichotomos vel verticillatim divisos, articulato-constrictos. Articuli oblongi vel ovales, saepius substipitati, circ. 1 lin. longi, $^1/_2$ lin. lati, supremi minores. Sphaerosporae in articulis ramulorum, zonatim divisae. Color coccineo-purpureus; alga recens ex adnot. cl. Müller vivide rubra. Substantia ramulorum membranacea. Articuli filorum interiorum, stratum frondis intermedium exhibentium diametro subtriplo longiores, membrana pellucida cincti.

2. **E. angustatum** Sond. fronde setacea e basi dichotoma ramosissima, ramis trichotomis verticillatisve, ramulis (articulis) verticillatis inaequalibus lanceolatis basi apiceque acutis.

Ad litus peninsulae Lefebre, Julio.

Planta 4—5 poll. longa et lata, paniculatim ramosissima, facie *Chylocladiae clavellosae* Grev. Frons a basi setacea, $^1/_4$—$^1/_3$ lin. lata. Rami digitales iterum divisi, uti ramuli saepius verticillis articulorum obsiti. Articuli inaequales, longiores 2—3 lin., minores $^1/_2$—1 lin. longi, circ. $^1/_3$ lin. lati. Color coccineus. Substantia membranacea. Chartae adhaeret.

Lomentaria Lyngb.

1. **L. australis** Aresch. msc. an *Chylocladia tasmanica* Harv. Hook. Lond. Journ. III. p. 444?

Encounter-Bay.

2. **A. affinis** Kütz. Spec. p. 863. *Chylocladia affinis* Hook. et Harv. Lond. Journ. VI. p. 402. Ner. austr. t. XXIX.

Van Diemensland (Stuart).

3. **L. (Gastroclonium) Mülleri** Sond. caule brevi solido ramoso, ramis repetito di- — trichotomis rarius verticillatis tubulosis moniliformiter articulatis, articulis linearibus, supremis minoribus oblongis, omnibus pedicello brevissimo filiformi sejunctis, keramidiis in ramulis sparsis sphaericis limbo pellucida cinctis.

In peninsula Lefebre, Decemb.

Caulis brevissimus, solidus, cartilagineus. Rami articulati, semipedales. Articuli infimi lineari-cuneati, 8—10 lin. longi, apice latiore 2 lin. lati; intermedii lineares, basi apiceque obtusi, circ. pollicem longi, 1—1 ½ lin. lati; superiores semipollicem longi, lineam lati, ultimi brevissimi, oblongi. Stipes in articulis inferioribus ⅓—½ lin. longus, in superioribus brevior et tenuissimus. Keramidia parva, globosa, sessilia, in articulis solitaria rarius subaggregata, carpostomio pertusa. Gemmidia radiantia ad placentam basilarem subelevatam, glomerulo gemmidiorum multo minore affixa. Color viridis vel subviolaceus. Substantia articulorum membranacea. Chartae arcte adhaeret. Structura: articuli ex stratis cellularum duobus contexti; cellulae interiores majores, oblongae et subrotundatae subangulatae, cellulae exteriores minores.

Lomentariae Opuntia J. Ag. Spec. III. 1. p. 737. affinis.

Laurencia Lamourx.

1. **L. Forsteri** Grev. Sond. Pl. Preiss. II. p. 178. *Fucus Forsteri* Turn. t. 77.

Holdfast-Bay, sinus Sti. Vincentii, August. Ad litus peninsulae Lefebre. Julio.

2. **L. affinis** Sond. l. c. p. 178.

Holdfast-Bay.

3. **L. filiformis** Montagne Voy. Pol. Sud. p. 125. J. Ag. l. c. p. 745. *Chondria filiformis* Ag. Spec. I. p. 358.

Van Diemensland (Stuart).

Sphaerosporae ramulis incrassatis immersae, rotundatae, triangule quadridivisae. Keramidia lateralia, sphaerica, ore parum prominulo apiculata. Gemmidia pyriformia, placentae elevatae affixa.

4. **L. obtusa** Lamourx. Ess. p. 42. *Fucus obtusus* Turn. t. 21. *Chondria obtusa* Ag. Spec. p. 340.

Ad litora sinus Holdfast-Bay, Febr.

5. **L. clavata** Sond. fronde tereti bi- — tripinnata, ramis primariis subhorizontaliter patentibus ramulisque alternis, ramellis erectis sparsis rarius geminis ternatisve clavatis apice obtusis, basi in stipitem brevissimum attenuatis, sporiferis infra apicem sphaerosporas includentibus, keramidiis lateralibus brevissime stipitatis.

Ad litus peninsulae Lefebre, Julio.

Frons basi fere pennam columb. crassa, pyramidata, 5—6 poll. alta et lata. Rami subhorizontales, indivisi vel laxe ramulis brevioribus, in apicem clavatum, circ. $^3/_4$ lin. latum dilatatis obsiti. Ramuli plerumque solitarii, hinc inde gemini vel terni subunilaterales, 2—4 lin. longi, $^1/_2$ — $^3/_4$ lin. lati; supremi minores, eximie clavati, basi in stipitem brevissimum attenuati, apice rotundato-, vel subtruncato-obtusi; sporiferi

sphaerosporas rotundatas triangule quadridivisas includentes. Keramidia solitaria, minuta, carpostomio aperta. Placenta basilaris conica. Gemmidia pyriformia, in filis ramosis apice solitaria, erecta. Color roseo-purpureus. Substantia cartilaginea, ramellorum submembranacea. Cellulae corticales hexagonae.

L. tasmanicae Hook. et Harv. proxima videtur, sed non omnibus notis convenit. A var. elata *Laurenciae Forsteri* ramellis clavatis facile distinguitur.

6. **L. botryoides** Gaill. Sond. Pl. Preiss. II. p. 179. *F. botryoides* Turn. t. 178.

Van Diemensland (Stuart).

7. **L. dasyphylla** Grev. Alg. brit. p. 112. Harv.! Ner. austr. II. p. 85.

Van Diemensland (Stuart).

Hymenocladia J. Ag.

1. **H. Usnea** J. Ag. Spec. III. 1. p. 772. *Fucus Usnea* Turn. t. 225.

Holdfast-Bay.

Die Struktur dieser Gattung ist von Herrn J. Agardh vortrefflich beschrieben; ich möchte nur noch hinzusetzen, dass die inneren Zellen, wenigstens in dem unteren Theile der Frons, immer einen Knäuel Endochrom, der indess die Zelle nur halb ausfüllt, enthalten. — Es ist mir niemals gelungen, eine grosse, mit mehreren kleineren umgebene Centralzelle zu sehen, ich möchte deshalb glauben, dass ein solches von Herrn Agardh angegebenes Vorkommen auf einer Täuschung beruht hat.

Unsere Exemplare haben auch nur Sphärosporen.

Von *Cladhymenia* Hook. et Harv. ist *Hymenocladia* schon durch die Struktur hinreichend verschieden, wie die von Harvey mitgetheilte *C. Lyalii* nachweist.

Thamnoclonium Kütz.

1. **T. hirsutum** Kütz.! Spec. p. 793. *Polyphacum dichotomum* J. Ag. Symb. p. 3.

Ad litora peninsulae Lefebre, Julio.

Rhodomelcae J. Ag.

Claudea Lamourx.

1. **C. elegans** Lamourx. Ess. p. 34. t. II. f. 2. Harv. in Hook. Lond. Journ. III. t. 20. *Fucus Claudei* Turn. t. 243.

Van Diemensland (Stuart).

Thuretia Decaisne.

1. **T. quercifolia** Decaisne. Kütz. Spec. p. 673.

Kangaroo-Island.

Lenormandia Sond.

1. **L. Müllеri** Sond. caulescens, caule tereti crasso apice dichotomo et e margine foliifero, phyllodiis oblongo-linearibus membranaceo-subcartilagineis integerrimis submarginatis e nervo crasso utrinque prominente phyllodia percurrente proliferis, prolificationibus minoribus oblongis emarginatis nervo tenui percursis.

Rivoli-Bay, Octob.

Caulis in spec. pedali pennam columbinam crassus. Phyllodia 3—4 poll. longa, 6—10 lin. lata, prolificationes minores $^1/_2$—1 poll. longae, 3—4 lin. latae.

Differt e *L. spectabili* Sond. fronde caulescente, phyllodiis lineari-oblongis firmioribus nervo crasso praeditis. A *L. marginata* Harv. praeter caulem et nervum crassum phyllodiis subcartilagineis integerrimis non ciliatis distinguitur.

2. **L. marginata** Harv. Ner. austr. p. 19. t. II.

Van Diemensland (Stuart).

Keramidia marginalia, minuta, sphaerica, carpostomio aperta. Placenta basilaris.

Jeannerettia Harv.

1. **J. lobata** Harv. Ner. austr. p. 20. t. IV.

Ad litus peninsulae Lefebre, Jul.

Keramidia in fronde sparsa, sphaerica, pedicellata, carpostomio aperta. Gemmidia pyriformia vel oblonga, basi stipitato-angustata, perisporio hyalino cincta, in filis ramosis, e placenta basilari radiantibus terminalia.

Sarcomenia Sond.

1. **S. delesserioides** Sond. Pl. Preiss. II. p. 194. Harv. Ner. austr. p. 21.

Guichen-Bay.

Pollexfenia Harv.

1. **P. pedicellata** Harv. Hook. Lond. Journ. III. p. 431. Ner. austr. p. 22. t. V.

β. angustata Harv. in litt. fronde subangustiore laciniis angustis obtusiusculis acutiore.

Van Diemensland (Stuart). *β.* ad litus peninsulae Lefebre, Julio, Decembr.

Dictymenia Grev.

1. **D. tridens** Grev. fronde basi caulescente tereti pinnato-ramosissima, ramis ramulisque patulis alternis planis membranaceis costatis margine fimbriato-dentatis, dentibus bi—tricuspidatis, stichidiis pedicellatis ramosis e costa frondis media vel nervis lateralibus enatis sphaerosporas triangule divisas foventibus.

Fucus tridens Turn. t. 143.

Ad litora peninsulae Lefebre, Julio.

Radix fibrosa. Frons pedalis vel ultra. Caulis pennam anserinam crassus, distiche ramosissimus. Rami majores circ. spithamaei, ramuli sensim minores. Costa crassa, ramos primarios percurrens, in ramis secundariis sensim tenuior, in

ramulis superioribus planis oculo nudo vix perspicua, nervis alternantibus in dentes frondis marginales transit. Rami et ramuli 1 — 1½ lin. lati, margine serrato-dentati, dentibus 2—3 setaceis inaequalibus. Stichidia in ramulis pedicellata, ad costam mediam vel ad nervos laterales posita, teretia, dichotomo-ramosissima, apicibus acutis. Sphaerosporae rotundatae, triangule quadridivisae. Keramidia ignota. Frons pulchre areolata, areolis oblongo-hexagonis. Color badius, caulis et rami primarii nigri. Substantia caulis cornea, ramulorum membranacea tenuis. Structura interna ab illa *D. Harveyanae* vix diversa.

2. **D. Harveyana** Sond. *D. tridens* Harv. Ner. austr. p. 28. t. 7. non Grev.

Van Diemensland (Stuart) et ad litus peninsulae Lefebre, Julio.

Differt a praecedente: colore roseo-purpurascente, minus perspicue areolata, ramulis tenuioribus quorum dentes magis divisi, et praecipue stichidiis e dentibus marginalibus evolutis.

Dictymenia spiralis Sond. (*Delesseria spiralis* Lamourx.) ist von Harvey zu einer eigenen Gattung „*Epineuron*“ erhoben, und zwar weil die Früchte hier auf der Mittelrippe der Frons, bei den eigentlichen Arten von *Dictymenia* aber am Rande derselben stehen. Es muss aber Harvey und nach ihm auch Kützing entgangen sein, dass ich schon in den Plant. Preiss. II. p. 182 angeführt habe, dass die Kapselfrucht von *Dict. spiralis* bald auf der Mittelrippe, bald auf den Randzähnen gefunden werde. Will man die Gattung *Epineuron* aufrecht erhalten, so muss auch *D. tridens* mit einem neuen Gattungsnamen belegt werden, denn wegen der über die Seitennerven sich verbreitenden Stichidien stimmt diese letztere weder mit *Epineuron*, noch mit

Dictymenia überein. Eine solche Vervielfältigung der Gattungen halte ich aber nicht für rathsam, denn gerade bei den Rhodomeleen ist der Fruchtstand in einer und derselben Art bisweilen ein ganz verschiedenartiger. Ausser dem angeführten Beispiel an *Dict. spiralis* will ich namentlich noch auf *Kützingia canaliculata* aufmerksam machen, bei der die Oberseite des Laubes Stichidien trägt, die auf der Mittelrippe stehen und also eine Längsreihe bilden; auf der Unterseite der Frons aber sind sie gewöhnlich nicht an die Mittelrippe angewachsen, sondern erstrecken sich über die Seitennerven und bilden parallele Querreihen.

Acanthophora Lamourx.

1. **A. tasmanica** Sond. fronde tenui vage ramoso, ramis elongatis, ramulis alternis abbreviatis, spinulis undique egredientibus minutis pinnatifido-dentatis solitariis subaggregatisve saepe spinula subulata indivisa fulcratis, sphaerosporis in spinulis nidulantibus.

Van Diemenslaud.

Specim. nostr. 5—6 poll. longa et lata. Rami horizontales, 2—3-pollicares. Ramuli ultimi 4—6 lin. longi. Spinulae minutissimae, pleraeque pinnatifidae, acutae, hinc inde aliis subulatis indivisis denticulatisve intermixtae. Sphaerosporae triangule quadridivisae, dentibus spinularum inclusae. Color siccatae nigrescens. Structura frondis interna reliquarum hujus generis, sed cellulae parum crassiores.

Spinularum forma ab omnibus diversa.

Rhodomela Ag.

1. **R. (Lophura) elata** Sond. fronde primaria crassa tereti dichotoma vel sparse ramosa, ramis patentibus, secundariis ambitu subcorymbosis dichotome-multifidis, laciniis undique egredientibus erecto-patulis filiformi-setaceis acutis

spurie articulatis, keramidiis in axillis ramulorum superiorum solitariis pedicellatis subglobosis, sporophyllis minutis (non articulatis) clavatis oblongisve in axillis ramulorum aggregatis brevissime pedicellatis sphaerosporas triangule divisas includentibus.

Ad litus peninsulae Lefebre, Julio.

Pedalis, spithamam lata. Frons ubique teres, primaria crassa, circ. 2 lin. lata, bis terve dichotoma. Rami primarii diametro 1 1/2—1-lineari, basi subnudi, secundarii patentes vel divaricati, 3—4 poll. longi, 2—3 poll. lati, ambitu plerumque corymbosi, in ramulos (lacinias) undique emissos multifidos divisi. Laciniae inferiores 4—6 lin., supremae 2—3 lin. longae, filiformes, setaceae, spurie articulatae, articulis (oculo armato visis) diametro brevioribus. Keramidia in laciniis ramulorum lateralia, subglobosa, 1/2 lin. longa, carpostomio aperta; placenta basilaris; gemmidiis clavatis vel pyriformibus, in apice filorum solitariis, perisporio hyalino inclusis. Sporophylla 1/3—1/2 lin. longa, semper aggregata et axillaria, saepe penicillo filorum tennissimorum terminata, infra apicem sphaerosporas nonnullas rotundatas includentia. Color niger, madefactae fuscescens. Substantia frondis primariae et ramulorum cornea. Frons primaria intus dense cellulosa, continua. Rami et ramuli intus articulati, e cellulis 4—5 maximis, tubum centralem cingentibus, et strato peripherico pluriseriali, cellulis minutis composito, constant.

Rytiphlaea Ag.

1. **R. australis** Endl. gen. Suppl. III. p. 48. *Rhodomela australis* Montagne! Flor. canar. 154. in not. *Halopithys australasica* Kütz. Spec. p. 841. *Lophura australasica* Kütz. l. c. p. 851.

Ad litora peninsulae Lefebre, Julio.

Specimen nostrum pedale. Rami 3—4 poll. longi, $^1/_4$ lin. lati, uti ramuli filiformes, dichotomi, subunilaterales, in parte inferiore indivisi, ramellis minutis, ternis, $1^1/_2$ — 2 lin. distantibus obsiti. Ramuli apice circinnato-incurvi, filis articulatis dichotomis penicillati. Fructus deest. Color siccatae badius vel subnigrescens. Structura: frons spurie articulata (articulis diametro subbrevioribus), opaca, corticata, e cellulis 5 maximis, axin centralem articulatum cingentibus, et strato cellularum rotundatarum, versus peripheriam minorum constat.

Specimen e manu cl. Montagne cum nostro omnino convenit.

Polysiphonia Grev.

1. **P. Hookeri** Harv. Ner. austr. p. 40. t. XII. *P. acanthophora* Harv. Lond. Journ. III. p. 441. (non Kütz.)

Van Diemensland (Stuart).

2. **P. hystrix** Hook. fil. et Harv. Ner. austr. p. 41. t. XIV.

Van Diemensland (Stuart).

Praecedentis varietas mihi videtur.

3. **P. mollis** Hook. fil. et Harv. Ner. austr. p. 43.

Van Diemensland (Stuart).

4. **P. cladostephus** Montagne Voy. Pol. Sud. Bot. p. 132. t. 13. f. 4 a. Harv. Ner. austr. p. 45. excl. synon. nonnull.

Van Diemensland (Stuart). Ad litus peninsulae Lefebre, Julio.

5. **P. versicolor** Hook. fil. et Harv. Ner. austr. p. 48. t. XVI.

Van Diemensland.

6. **P. cancellata** Harv. Lond. Journ. III. p. 400. Ner austr. t. XV.

Van Diemensland (Stuart).

7. **P. nigrita** Sond. Pl. Preiss. II. p. 181.

Ad litus peninsulae Lefebre, Decemb.

8. **P. fuscescens** Harv. Lond. Journ. III. p. 439. Ner. austr. p. 52. *P. frutex* Harv. l. c.

Van Diemensland (Stuart).

Dasya Ag.

1. **D. Gunniana** Harv. Ner. austr. p. 59. t. XVII. *Polysiphonia Gunniana* Harv. Lond. Journ. III. p. 437.

Van Diemensland (Stuart).

2. **D. Lawrenciana** Harv. Ner. austr. p. 60. *Polysiphonia Lawrenciana* Harv. Lond. Journ. III. p. 438.

Van Diemensland (Stuart).

3. **D. villosa** Harv. in Hook. Lond. Journ. III. p. 433. Ner. austr. p. 61. t. XX.

Van Diemensland (Stuart). Ad litus peninsulae Lefebre, Decembr.

4. **D. tasmanica** Sond. caule crasso elongato cartilagineo nudo alterne ramoso, ramis subelongatis iterum ramosis inarticulatis, ramulis divaricatis densissime ramellis roseis monosiphoniis vestitis, ramellis patentibus dichotomis, articulis diametro duplo triplove longioribus, terminali obtusissimo, keramidiis ovato-subglobosis brevissime pedicellatis.

Van Diemensland (Stuart).

Dasyae elongatae Sond. Pl. Preiss. II. p. 179. Harv. Ner. ausstr. p. 63. t. XXIII. simillima, differt ramulis brevioribus, ramellorum ramificationibus minus divaricatis, et articulo terminali obtuso, in illa acuto.

5. **D. verticillata** Harv. in Hook. Lond. Journ. III. p. 434. Ner. austr. p. 64. t. XXIV.

Van Diemensland (Stuart).

6. **D. bolbochaete** Harv. in Hook. Lond. Journ. III. p. 434. Ner. austr. p. 65. t. XXV.

Van Diemensland (Stuart).

7. **D. crouanioides** Sond. fronde continua tenuissima monosiphonia, ramis alternis patentibus, ramulis sensim minoribus, omnibus cum fronde primaria fasciculis ramellorum brevissimorum verticillatim sejunctorum vestitis, verticillis superioribus confluentibus, ramellis articulatis callithamnoideis divaricato-ramosissimis, articulis diametro subduplo longioribus.

Van Diemensland (Stuart).

Herba purpurea, *Crouaniae attenuatae* simillima. Specimina 2—3-pollicaria, pyramidato-ramosa. Frons primaria setacea, continua, non articulata, subcartilaginea, monosiphonia. Rami inferiores circ. pollicem longi, attenuato-ramulosi, ramulis dichotomis. Frons tota ramellis subverticillatis vestita. Verticilli brevissimi, in parte frondis inferiore subregulariter sejuncti, in parte suprema subconfluentes. Fila ramellorum fasciculato-ramosissima, callithamnoidea. Fructificatio deest. Chartae adhaeret.

Bostrychia Montagne.

1. **B. (Stictosiphonia) mixta** Hook. fil. et Harv.! Ner. austr. II. p. 70.

St. Vincents Golf.

Polyzonia Suhr.

1. **P. incisa** J. Ag. Symb. p. 24. Harv.! Ner. austr. p. 71.

Van Diemensland (Stuart).

Characeae.

Auctore

A. Braun.

---

1. **Nitella Stuarti** (A. Braun n. sp.) monoica, flexilis et pellucida; caule tenui, verticillis inferioribus remotis, superioribus laxe congestis, vix capitatis, e foliis 8 elongatis, duplicato-furcatis, radiis divisionis primae 5 — 6, secundae 3—5, segmentis omnibus elongatis, ultimis angustis ex articulo unico apice acuminato formatis; seminibus aggregatis, parvis, coronula brevinscula, fasciis 8—9.

Tasmania (Stuart 13 sub nomine *Charae congestae* R. Brown., quae diversissima).

2. **N. Gunnii** (A. Br.) *β. fastigiata*, laxior et major, verticillis longifoliis, inferioribus remotis, superioribus fastigiatim congestis.

Tasmania (Stuart 1025). Altera hujus speciei varietas descripta est in Hook. Journ. of Bot. 1849 sub nomine *Nitellae penicillatae.*

3. **N. Sonderi** (A. Br. n. sp.) dioica, laxe caespitosa, caule tenuissimo, verticillis omnibus laxis e foliis 6 — 7 duplicato-divisis, segmentis ultimis mucrone imposito conico elongato instructis; seminibus perminutis, solitariis vel geminatis, oblongis, coronula brevi obtusa, nuclei laevis fasciis 7.

In aquis stagnantibus prope Melbourne legit Dr. F. Müller.

Habitus *Nit. gracilis* (Sm.), sed fructificatio dioica; a *Nit. Gunnii* differt tenuitate omnium partium, praesertim seminibus multo minoribus.

4. **N. Lhotzkyi** (A. Br. in Linnaea XVII. p. 114. sub *Chara*) var. *minor* interjectis foliis minoribus rarissimis. Ad truncos putridos Eucalyptorum in fluvio Torrens Nov. Holl. australis, Jan. 1848 l. Dr. F. Müller (52).

5. **N. aemula** (A. Br.), species propter specimina incompleta valde dubia, *Nit. heterophyllae* A. Br. similis sed foliis minoribus interjectis carens.

In aquis stagnantibus versus montem Barkeri Nov. Holl. australis, Apr. 1848 l. Dr. F. Müller.

6. **N. gelatinosa** (A. Br. in Linn. XVII. p. 115.) forma incrustatione opaca et glaucescens.

Tasmania (Stuart 1027).

7. **N. gelatinosa** *β.* **podostachya** (A. Br. var. nov.) minor et humilior, capitulis elongato-spiciformibus, interruptis, pedunculatis; foliis fertilibus plerumque simpliciter divisis.

In Tasmania ad flumen Mersey-River (Stuart 559).

8. **N. gelatinosa** *γ.* **cladostachya** (A. Br. var. nov.) elongata, capitulis majoribus, sessilibus, spicatim elongatis, interruptis, ramosis, hinc inde proliferis; foliis fertilibus duplicato-divisis.

In Nov. Holl. australi ad flumen Torrens l. Dr. F. Müller 1847 (501).

9. **N. gelatinosa** *δ.* **cryptostachya** (A. Br. var. nov.) humilior, verticillorum sterilium approximatorum foliis longius furcatis; capitulis majoribus, parum elongatis, in fundo verticilli sterilis supremi absconditis; foliis fertilibus duplicato-divisis, segmentis longioribus.

In Tasmania ad flumen Mersey-River (Stuart 559).

10. **N. gelatinosa** *ε.* **microcephala** (A. Br. in Hook. Journ. of Bot. 1849. p. 198.) tennior, verticillorum sterilium remotorum

foliis longius furcatis, capitulis minimis subglobosis sessilibus, foliis fertilibus plerumque duplicato-divisis, segmentis antheridia vel semina non multo superantibus.

In Tasmania (Stuart 752).

11. **N. gelatinosa** ζ. **polycephala** (A. Br. var. nov.) tenuior, verticillorum sterilium foliis profunde furcatis, capitula minuta in axillis aggregata longe superantibus; foliis fertilibus simpliciter divisis, articulo primo brevissimo, segmentis antheridia vel semina non multo superantibus.

In stagnis prope *Yarra* flumen (Melbourne) Oct. 1852 legit Dr. F. Müller. Habitus fere *Nitellae syncarpae*. Capitula minus gelatinosa.

12. **N. cristata** (A. Br. sp. nov.) dioica; caule elongato, valido; verticillis sterilibus remotis e foliis 6 elongatis, simplicibus et mucrone tricellulari apiculatis vel furcatis, segmentis triarticulatis; verticillis fertilibus multo minoribus, in comas elongatas interruptas et ramosas concatenatis, foliis abbreviatis, duplicato-divisis, segmentis ultimis rigidis, divergentibus, triarticulatis, sensim attenuatis, acutis; seminibus solitariis magnis, coronula brevi, fasciis 6—7, nuclei cristis crassis valde prominulis.

In Tasmania ad flumen South Esk River 1848. (Stuart 219 fructifera; 5, 217 et 788 specimina sterilia, sub nomine *Charae australis* R. Brown communicata, statum juvenilem hujus speciei sistunt.)

13. **N. cristata** β. **ambigua** (A. Br.) verticillis sterilibus in fertiles sensim abeuntibus, foliis fertilibus minus rigidis, seminibus paulo minoribus, cristis minus crassis.

In aquis stagnantibus prope Melbourne Sept. 1852 legit Dr. F. Müller. Inter *N. cristatam* et *tasmanicam* quasi media.

14. **N. tasmanica** (Ferd. Müller herb. sub Chara), dioica, minus valida, verticillis sterilibus remotis e foliis 6—8 simpliciter furcatis, segmentis 3—4-articulatis; verticillis sterilibus minoribus, laxe concatenatis, gelatinosis e foliis minus rigidis, duplicato-divisis, segmentis ultimis 3—5-articulatis, sensim attenuatis, acutis, antheridia vel semina longe superantibus; seminibus solitariis minoribus, coronula brevi, nuclei laevis fasciis 7.

In Tasmania ad flumen South Esk River. (Stuart 218).

15. **Chara (Lychnothamnus) macropogon** A. Br. Linnaea l. c. p. 116.

In stagnis subsalsis ad ostium fluminis *Yarra* Nov. 1852 formam juniorem heterophyllam hujus speciei legit Dr. F. Müller.

16. **Ch. australis** R. Brown Prodr. p. 346.

Ch. Stuartiana Ferd. Müller herb.

In Tasmania ad flumen South Esk River. (Stuart 1565).

17. **Ch. myriophylla** (Ferd. Müller herb.), monoica, rigidiuscula, subdiaphana (leniter incrustata); caule tubulorum seriebus numero foliorum corticato, aculeis crebris subverticillatis armato; verticillis 10—14-meris, stipularum corona simplici cinctis; stipulis numero foliorum iisque oppositis, elongatis, acuminatis; foliis omnino ecorticatis, articulis plerumque 6, ultimo mucroniformi; foliolis in omnibus foliorum geniculis verticillatis, angustis, acuminatis, semina longe superantibus, antheridiis seminibusque solitariis, majusculis.

In Tasmaniae fluvio South Esk River l. Stuart. Habitus fere *Charae crinitae* majoris.

18. **Ch. Hookeri** A. Br. in Hook. Journ. of Bot. 1849. p. 202.

Ch. microphylla Ferd. Müll. herb.

In Tasmania ad flumen South Esk River l. Stuart (4).

19. **Ch. Gymnopitys** (A. Br. n. sp.) monoica, flexibilior vel rigidula, subdiaphana (leniter incrustata); caule tubulorum seriebus numero foliorum duplis corticato, aculeis sparsis acuminatis in medio internodio abbreviatis, versus basin et apicem internodii elongatis armato; verticillis 10 — 15-meris, stipularum corona simplici subpatula cinctis; stipulis duplici foliorum numero, elongatis, acuminatis; foliis omnino ecorticatis, articulis 5 — 7, ultimo attenuato et acuminato, foliola geniculum ultimum coronantia paulo superante; foliolis in omnibus foliorum geniculis verticillatis, angustis, acuminatis, semina plus minusve superantibus; seminibus (et antheridiis) in geniculis foliorum solitariis, majusculis, coronula modice elongata papillis acutiusculis, nucleo atro, fasciis 10 — 11.

Speciem valde variabilem, *Ch. Hydropityi* proxime cognatam, sed constanter gymnophyllam in Tasmania ad flumen South Esk River legit Stuart (583.); in Novae Hollandiae australis regione Devils Country (formam brachyphyllam) Dr. Ferd. Müller. Specimina depauperata, coenosa, nigricantia ad lacum Victoriae lecta cl. Müller sub nomine *Ch. batrachioidis* misit.

20. **Ch. scoparia** (Bauer herb.) *β.* **Mülleri** A. Br. *Ch. inconspicua* Ferd. Müller herb.

In Novae Hollandiae australis lacu Alexandrinae, nec non in stagnis ad lacum Victoriae 1848 legit Dr. F. Müller. A *Ch. scoparia α. Baueri*, hucusque nonnisi in Germania boreali reperta, differt habitu laxiore, caule inermi, foliolis posterioribus deficientibus et seminibus majoribus.

21. **Ch. contraria** (A. Br. in Kütz. Phyc. 258.) var. *australis* (A. Br.) caule minute papilloso; foliis inferne corticatis, acutiusculis; foliolis quam semina vix longioribus, acutis; seminibus majoribus.

In Nova Hollandia australi interiore prope Cudnaka legit Dr. F. Müller.

22. **Ch. contraria** var. *Behriana* (*Ch. Behriana* F. Müll. herb.) papillis caulis inconspicuis, foliis omnino vel articulo infimo excepto ecorticatis, obtusis; foliolis semina subaequantibus obtusiusculis, seminibus minoribus.

In Nov. Holl. australi legit Dr. Ferd. Müller.

23. **Ch. fragilis** (Desv.) forma laxa, longifolia.

Ad truncos putridos Eucalyptorum in flumine Torrens Novae Hollandiae australis 1848 legit Dr. Ferd. Müller (51. 52).

Lichenes Ach.

Determ.

E. Hampe.

Lecidea Ach.

1. **L. parasema** Ach.

In cortice Banksiae australis. Van Diemensland (Stuart).

2. **L. Stuartii** Hpe. thallo globoso lobato pallido, apotheciis intermixtis margine tenui persistente intus fusco-nigricantibus.

Van Diemensland (Stuart).

L. myrmecinae Fr. affinis.

Biatora Fries.

1. **B. byssacea** Hpe. thallo byssaceo stellato adnato fusco, laciniis subclavatis adscendentibus pulverulentis, apotheciis centralibus difformibus convexis immarginatis (fusco-nigricantibus) fusco-pruinosis intus nigricantibus carnosis.

Van Diemensland (Stuart).

An status degenerans?

Parmelia Ach.

1. **P. parietina** Ach.

Ad rupes prope litus maris, Van Diemensland (Stuart).

2. **P. rubiginosa** Ach.

Ad cort. *Acac. mollissimae*, Van Diemensland (Stuart).

3. **P. saxatilis** Ach.

Ad arbores, Van Diemensland (Stuart).

4. **P. conspersa** Ach.

In montibus petraeis Nov. Holl. austr., Van Diemensland ad rupes (Stuart).

5. **P. speciosa** Ach.

Van Diemensland (Stuart).

6. **P. perlata** Ach. var.

Van Diemensland (Stuart).

7. **P. physodes** Ach. var. *vittata*.

Van Diemensland, ad rupes (Stuart).

8. **P. spinosa** Hook. et Tayl. *P. chrysophthalma* Ach.

Van Diemensland, ad rupes (Stuart).

9. **P. tenuissima** Hook. et Tayl.

Van Diemensland (Stuart).

P. saxatilis var. *β. omphalodes* Fries proxima nisi eadem.

10. **P. rutidota** Hook. et Tayl.

Nov. Holl. austr. Van Diemensland, ad cort. *Acaciae melanoxylon* (Stuart).

11. **P. pallescens** Fries.

Van Diemensland, in cortice *Banksiae australis* (Stuart).

Sticta Ach.

1. **S. sylvatica** Ach.

Van Diemensland (Stuart).

2. **S. scrobiculata** Ach.

Van Diemensland (Stuart).

